IOANNIS IACOBI PAVESII,

COGNOMENTO CALABRI,

GENERE SAVONENSIS,

ORDINARIAM PHILOSOPHIAM Romæ profitentis Peripateticæ disputationes in prima Aristotelis Philosophia:

AD AMPLISSIMVM FRANCISCVM CARDINALEM GONZAGAM.

Cum Priuilegio Illustrißimi Senatus Veneti.





VENETIIS,

Ex Officina Marci de Maria Salernitani Bibliopolæ Neapolitani.

M D LXVI.

IOANNES IACOBVS PAVESIVS,

FRANCISCO GONZAGAE Illustriss. ac Reuerendiss. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali S. P. D.



AXIMARVM artium disciplinam Gonzaga clarissime qui ab humanis rebus ad Dei contemplationem transferunt, eos uideo, cum homines sint diuinitatis fructum quærere. quorum consuetudinem quia non tam probare quàm imitari, præclarum esse intelligis, philosophiæ studium, in quo multos, atque illustres habes progressus, ad ea, quæ ueteres Theologi sanctissime scripta reliquerunt, summa cum laude traduxisti, ut in amplissimi sacerdotij dignitate, quasi in luce religionis, uirtus efflorescat tua; egregia doctrinæ conuersio: ut earum reum, quæ sunt scripta diuinitus, diuina tibi cognitio à philosophia detur. quæ cum sit non modo innocentiæ, et pietatis, aliarumq; uirtutum parens, sed omnium cupiditatum moderatrix, ac certa quædam lex, unde illa hauriri possit uberius, non dispicio. nec uero te nonnullorum hominum mouet oratio temere affirmantium, philosophandi scientiam cum religione semper pugnare. quid enim magis erigere animos ad Deum potest, quàm naturæ, & rerum æternarum cognitio? quæ sine adiumento philosophiæ aut uix, aut nulla ratione, nosse possumus. ergo religionem intelligentia, intelligentiam sapientiæ, studium peperit. at enim non ita ab religione stant omnes philosophorum sententiæ, perinde quasi omnium impietas, ac stultitia sit philosophiæ præstanda. In Christiana republica quàm piè, quàm sanctè, quàm integrè constituta sunt omnia: tamen neque inuidiam, neque uituperatores potuit effugere. In hac uero temporũ inclinatione quàm multi sunt, qui permiste mala cum bonis inducere in religionem dum uolunt, fundamenta pietatis conuellere uideantur: tantum in his ualet deprauata uel opinio, uel uoluntas. itaque non scientiæ uitio, sed animi peruersitate, ac cæcitate peccatur. quod cum uideres à puero, etsi excellens, eximiaque natura te ad summa finxerat; tamen si egregiam indolem, si admirabilem ingenij uim, si

moderationem animi multa industria, & optimarum artium præsidijs munires, non tam tibi salutare, quàm gloriosum, fore statuisti. Patauium ab ineunte adolescentia profectus triennium in philosophia ita es uersatus, eam ut aßiduè coleres, teque identidem ipse urgeres in studijs; tantus autem industriæ tuæ cursus fuit, ut credibile non sit, quantum in hoc genere profeceris: Nam aliarum litterarum ornamenta planè puer es consequutus. Ad tam multiplicem, uariamque doctrinam, Theologiam adiungis; &, quid te deceat, idest quàm ab hac disciplina instructũ ac paratum Cardinalem esse oporteat, pulchrè intelligis. Macte diuina sapientia iuuenis, ista ætate cum tam alte perspicias, & mentem à corpore ad cælestem uim naturamque conuerteris, uideo quam uiuendi rationem ineas. Quod iam pridem sapientißimus uir, Hercules patruus tuus, perfecit, ut in omni uirtute excelleret, id tu eadem uestigia persequens, præstare uis. Est hoc uestri animi, ac generis quo quisq; gloriæ studio ducitur, in eo principem locum quærere. Atque ut Ferdinandi patris tui, grauitate, consilio, auctoritate, robore animi, cæterisque bellicis uirtutibus præcellentißimi imperia, res gestas, prouinciarum administrationes, & in summa potestate prudentiam, integritatemque prætercam; quid in uitæ splendore, quid in usu militari, quid in omni genere laudis Cæsar frater iam non est assecutus? reliquis fratribus est cum illo in dispari ætate, par uoluntas, ut non tã forma similes sint: quàm uirtute. His luminibus decoratam domum, tua liberalitate, magnificentia, magnitudine animi, liberalium disciplinarum uarietate amplificas, neque à præstantia officij unquam declinas. Non adhibeo me blandum in tuis laudibus: quæ tot sunt illuminata uirtutibus: ut in ijs nulla assentationi sit latebra. Soleo in te atque Carolo Borromeo, qui cum coniunctißimè uiuis, ingenij, & morum similitudinem admirari, quòd uterque Cardinalatus insignia ab adolescentia adeptus, & opibus, & copijs, & amicorum amplitudine florentißimus temperantiam à summa potestate nunquam seiungat: tantaque in utroque sit dignitatis altitudo, tanta humanitas, ut & gratiam suauitas sermonis, & auctoritas gloriam conciliet. neque uerò tam ex affinitate illius amor in te, quàm ex hoc fonte, profluxit. Amorem quidem affinitas informauit, ubi Pius IIII. Pontifex maximus Camillam eius sororem neptem suam Cæsari fratri tuo despondit: uoluntatum, studiorumque coniunctio auxit, & confirmauit. Ac Borromei ingenium diuinumque consilium in om-

nium

nium ferè gentium moderatione, atque custodia, tanquam in specula maximè elucet. Te uero, & cognitio, & exercitatio uirtutis ita perpoliuit, ut penè excelsior humana natura esse uidearis. Nunc, quoniam disputationes de rebus diuinis, quas tuo rogatu, uel impulsu potius, inchoatas absolueram, diligentius recognoui, uide quid mihi in mentem uenerit ratiocinari. Harum explicationem censui cum tuis studijs posse congruere. Nam si probo peripateticorum opiniones, ubi falsa initia pro ueris constituunt, a nostris Theologis discrepare; ne, ueri praescriptio unde petenda sit, intelligis non quod in philosophia culpa resideat, sed in eorum institutis, quorum cognitio nihil interdum eminet à sensibus. Teq́, uides, dum Theologia mysteria perscrutaris, his quasi gradibus ad Deum proxime accedere. Nec philosophiae auctoritatem imminuo: cuius non disciplina, sed ignoratio, tum errorem, tum pertinaciam aluit in multis. Eos tamen conor refellere, qui etiam diuinis in rebus Aristotelem, reliquosque Peripateticos non tam constanter, quàm pertinaciter tueri contendunt. Quo in officio, quid praestiterim, tuum, tuique similium, idest doctissimorum hominum, sit iudicium. Misi igitur ad te quaestiones de diuinis rebus meas; quas si probaris, senties, quae domi tua nascuntur, earum rerum tibi non modo fructum, uerum etiam mancipium deberi: sin minus, non recuso, quin, plus tibi ad promerendum, quàm mihi ad remunerandum esse facultatis, cum tu praeclare noris, etiam caeteri intelligant.



VID? Nouum esse genus scribendi, recensq; opus nuncupandi illius cineri, quem obijsse iampridem nouimus. Obijt Amplissimus Cardinalis Franciscus Gonzaga in interregno (quod in Conclauio uulgus ait) non sine lachrimis, fletu, atque mœrore Ioannis Iacobi Pauesij Clarissimi Philosophi, qui dum Typographis Metaphysices opus excudendum dederit, illudq; tanto Præsuli nuncuparit, uix opere impresso, hunc è uita decessisse audiuit, in cuius nomine illud apparebat. Quare ne uis humanitatis, ne tanti Præsidis uirtutum merita perijsse uiderentur, tot tantisq; beneficijs ornatus, has quæstiones Metaphysices uel illius cineri nuncupare, ac ueluti æs alienum persoluere uoluit; ut qua semper illum est beneuolentia complexus, stabilis, firma, atque constans unicuique pateat. Tu itaque candide Lector tanti Præsulis memoriæ, quicquid id est operis, tribuas, & Auctori, quas uoles, gratias agas. Vale.

Quæstio-

QVAESTIONVM ELENCHVS.

EORVM QVAE CONTINENTVR in toto opere copiosus Index.



Mentes


FINIS.

IOANNIS IACOBI PAVESII

DISPVTATIO PRIMA

PERIPATETICA DE SVBIECTO PRIMAE PHILOSOPHIAE, AD AMPLISSIMVM FRANCISCVM CARDINALEM GONZAGAM.

Præfatio.





NTER multa, quę in Arist. prima philosophia ambigue, atq; obscure tradita leguntur, Amplissime Cardinalis, ea maxime cunctis latere uisum semper fuit, & ob eam causam nondum satis ab ullo explicata sunt, quæ de Deo, abiunctisq; mentibus pertractata in ea uidemus. Sunt & multa, quæ tamen magis urgent, & quæ apud ipsum Arist. minus perspicua sunt, & de quibus inter eius interpretes maior controuersia est. Hæc sunt, quorũ primũ est, quod ad huius sciẽtiæ materiam pertinet, quæ sit, & quæ eius sint causæ, partes atq; affectiones; Secundum quales singulis rebus naturę, atq; definitiones conueniant: Tertium sint ne Ideæ, & an ad rerum ortum, earumq; scientiam conferant: Quartum, de separatis mentibus, quo pacto cognoscuntur, ad quam philosophiam earum disceptatio pertineat, sint ne earum quæ sunt principia, & denique, quo pacto rerum causæ, & principia existant. De his enim, inter Peripateticos non satis liquet; siquidem in his dissoluendis, nullus est Arist. doctrinæ quantumlibet peritissimus, qui ad hunc usq; diem non se torserit, omnesq; suos conatus in his non adhibuerit. Quod tamen paucis feliciter successit, ut monumenta eorum in quibus huiusmodi disputationes tractantur, nobis fidem faciunt. Quocirca quæstiones has dissoluendas suscipimus, ac dicemus aperte, id tantum quod nobis Arist. sentisse uidebitur. Ad horum itaque inuestigationem, eorumq; indagationem primum materiam, quam alij subiectum, nõ nulli uero scopum, intentionemq; appellarunt, explicare decreuimus. Hæc enim in primis iure optimo inquirenda est; siquidem unaquæque ars in faciendo, simulq; in docendo, ex præcogni to fine, instituitur, quem ipsa efficere, aut docere intendit: quemadmodum secundo huius monuit Philosophus, & ideo, qui intentionem ignorant, ijs similes esse, inquit Alex. qui iter habent, quò uero ferãtur, nesciunt, quiq; in multos incidũt labyrinthos. Hæc recte perfecta, inquit Simp. intellectum nostrum dirigit, ut à ueritate procul non uagemur, & temerè, ac frustra in diuersa trahamur. Iure igitur primum obtinet locum. Cæterum quoniam scientia subiectum, non simpliciter dicitur, eius primum significata erunt in medium afferenda, atque ita, id, de quo disceptatio proposita est, patebit; quemadmodum in singulis rebus, quæ ita se habent, faciendum iussit Aristoteles. Subiectum itaque bipartiri cõsueuit, (quemadmodum latius postea docebimus) alterum namque totius, quod à latinis adæquatum dicitur, alterum uero partis, quod totius subiecti species est. Veruntamen quoniam species ita sunt à natura inter sese constitutæ, ut altera potior altera sit ea, quæ præstantior est, subiecti principalis nomine nuncupari consueuit. Quare cum bipartitum sit subiectum, de utroque quæstio proposita est. In qua quidem quæstione dissoluenda, cõsueta progrediemur uia; namque primum aliorum opiniones referemus, & quantum ueritati consentiant, demum quid nos ipsi sentimus, adijciemus.

Prima opinio. Cap. I.

DE subiecto itaque huius scientię adæquato non concordes peripatetici sunt, nonnulli (quemadmodum ex Arabibus, Alpharabius) huius contemplationis adæquatum subiectum Deũ esse instituunt, atq; huius opinionis duo sunt fundamenta. primum, subiectum scientiæ est, quod primum in scientia consideratur, & ad quod omnia referuntur. cum itaq; Deus ita se habeat, ipse erit in hac scientia subiectum. Secundum fundamentum, ex Aristotele, texto huius ortũ trahit, qui scientiarum discrimen largiens, asserit primam philosophiam uersari circa id quod re, & ratione separatum est, quod non nisi Deus est. Verum horum opinio rationi non consentit; namque primum, est diminuta; quoniam cum in subiecto duo includantur, res considerata, & modus considerandi, modum considerandi non exponunt, sed derelinquunt, qui maxime in sub-

lecto deſideratur; quandoquidem modus hic, eſt ratio, qua ſubiectum in ſcientia intelligitur,& qua ſcientia a ſcientia ſeparatur. Secundo peccat, quoniam conditiones ſubiecto neceſſario re- E
179 quiſitas non afferunt. Ariſtoteles enim primo de demoſtratione aſſeruit, ſubiectum ſcientiæ prin
cipia,ſpecies,& affectiones habere, quibus omnibus Deus uacat;fieri igitur nequit,ut ſubiectum
73 ſit.Rurſus ſubiectum eſt,quod ſcientiæ affectionibus ſubijcitur, ut eodem libro monet Ariſtoteles. atqui affectiones accidentia per ſe ſunt, ergo ſubiectum, id eſt quod accidentibus ſubijcitur. Deus uero cum ſubſtantia ſimplex ſit, atque à materiæ ſordibus prorſus ſeparata, accidentibus
26 ſubijci non poteſt, quemadmodum duodecimo huius Auerroes docet. Verum horum rationes ſolutionem quærunt,ideo diluendæ ſunt,atque in primis accipere licet,id quod cauſæ, & principij rationem habet non propter ſe ipſum, ſed alterius gratia conſiderari,& ideo nulla cauſa ſcientiæ ſubiectum eſſe ualet, nempe alia ad ſubiectum referuntur,ipſum uero nullius gratia eſt, quare cum Deus in contemplatiuis ſcientijs non niſi ut principium cōſideretur, nullo pacto ſubiectum eſſe poteſt; ob aliud enim Deus in ſpeculatiuis conſideratur, & non alia ob ipſum. Mens enim, quæ in ſe manet, & per ſenſus inter medios non operatur,Deum ut in ſe conſiſtit contemplatur,
36 quemadmodum Auerroes ſatis aperte 3. de anima docuit. Diluitur ſecūda;præcipua enim ſcientiarum diſtinctio ex ſubiecto habetur propter conſiderandi modum, quem includit,quare ueluti F
neque res conſiderata ſcientias ſeparat, ita neque principia; utrunque enim à ſcientijs diuerſis conſiderari poteſt,ſed ob rationem formalem, quam eorum quodque includit,ita Deus abſolute non ſeparat hanc ſcientiam ab alijs,utpote à naturali facultate; quoniam etiam naturalis facultas Deum contemplatur;quare Deus ut conſiderandi modum includit, quatenus uidetur,modo ſeparato conſideratur,& eius quod eſt prout eſt,principium, primam philoſophiam à reliquis ſcientijs diſtinguit.

Secunda opinio. *Cap.* 2

NOnnulli uero alij huius ſcientiæ adequatum ſubiectum, primam cauſam eſſe inſtituunt; quandoquidem Ariſt. ſecundo huius demoſtrat in unoquoque genere cauſæ ad primam eſſe deueniendum, utpote ad primam materiam, primum agens,primam formam, atque ultimum finem, quare prima cauſa, quatenus prima cauſa eſt, primæ philoſophię materia eſt. Quorum opinio ex Ariſt. confirmari poteſt, qui in præfatione huius libri docuit hanc ipſam ſcientiam circa primas cauſas uerſari. Deinde appellat hanc ſcientiam primam philoſophiam, G
non ob aliam cauſam, niſi quia prima principia contemplatur: ſed id à quo ſcientia nomen ſortitur, ſubiectum eſt. Igitur prima cauſa erit ſubiectum. Demum nulla ſcientia primas cauſas ea ratione qua primæ ſunt conſiderat, niſi hæc;ſcientię ſpeciales proprias conſiderant cauſas,quoniam earum ſubiectum, primum ens non eſt; neque eius principia erunt prima; quamobrem, cum in nulla alia ſcientia particulari talis conſideratio habeatur, niſi in hac facultate, prima cauſa erit eius ſubiectum. Sed huius opinionis fautores plurimum decipiuntur, primo enim peccant, penes rem conſideratam, & penes modum conſiderandi. nam conſiderandi modus, qui huic ſcientiæ conuenit, eſt omnia, ut exiſtunt, conſiderare, quemadmodum Ariſtoteles, non ſemel in hac ſcientia monet. Prima igitur cauſa quatenus prima, non eſt ſubiectum. inſuper
12 philoſophus undecimo huius diſcrimen tradens inter naturalem philoſophiam & hanc ſcientiam inquit, quod licet utraque facultas, quatuor conſiderat cauſas, non tamen hoc fit eodem modo:prima enim philoſophia, quatuor cauſas ſpeculatur, ut ſunt entis, ea ratione qua ens,cauſæ. Naturalis uero, ut entis naturalis principia ſunt. Si igitur prima cauſa eſſet conſiderandi modus, diſcrimen utique eſſet, quod quattuor cauſę, ea ratione, qua primæ ſunt,ad primam philoſophiam pertinerent: at modo, inquit, quòd ut entis cauſæ conſiderantur. Ab Ariſt. etiam H
diſſentiunt, qui ubique locorum, huius ſcientiæ ſubiectum, aſſerit eſſe ens ea ratione qua ens. Demum prima cauſa conditionibus ſubiecti uacat; caret enim principijs exiſtendi; quæ quidem principia ſcientiæ ſubiectum habere neceſſe eſt, pariter & affectionibus caret; ſola enim ſubſtantia, quæ ex materia, & forma conflata eſt, accidentibus ſubijcitur.

Tertia opinio. *Cap.* 3

QVidam ex poſterioribus aſſeruere, ens, quod in ſe claudit quod in re eſt, atque id quod mente conſiſtit eſſe primæ philoſophiæ ſubiectum. Huius enim opinionis fautores credidere ens non ſolum dici de eo quod in re eſt, ſed eo etiam, quod in hominis mente eſſe haber, quod ex Ariſt. confirmant, qui ſexto huius diuidit ens in id quod eſt in re, atque in id, quod in mente eſt, quare utrunque eſt ens. de hoc itaque ente prima diſputat philoſophia; ad
2 hanc enim ſpectat, conſiderare ens, & ſpecies,atque ſpecierum ſpecies,uti quarto huius conſtat.
quare

A quare cum quatuor ſint, quæ in ſcientia conſiderentur, utpote ſubiectum, partes, principia, &
affectus, cumque huiuſmodi ens non poſsit conſiderari neque ut principium, uel ſpecies, ne-
que itidem ut affectio; igitur ut ſubiectum. Confirmatur ex Ariſt. vj. huius, ubi declarat mo-
dos entis, & primo declarat naturam entis per accidens, ſecundo naturam entis rationis; ergo
ſi de hoc ente differit, ens commune enti rationis, & ei quod eſt in re, ſubiectum erit. Ve-
rum ea ſe offert ab his diluenda dubitatio. nam id quod in mente conſiſtit non eſt ens,
quare ens quod hoc includitur non erit ſubiectum. ſed ſolnunt, & probant, quod dicatur ens;
nam de quo minus uidetur ineſſe, & ineſt; ergo & de quo magis; ſed minus uidetur quod nega-
tio dicatur ens, quam id quod mente conſiſtit; negatio tamen uti ex Ariſt. 4. huius conſtat, ens
eſt, nam dicimus non ens, quod eſt negatio, eſt non ens; ergo affirmamus de non ente eſſe; non
enim dicimus non eſt abſolute, ſed quod eſt non ens; & ita aliquo modo de non ente ens dicitur,
ergo magis ens rationis dicitur ens. Hanc opinionem ex multis confirmant. Primum, analo-
gum eſt ſcibile atque de eo una eſt ſcientia, uti quarto huius Ariſt. docet. atqui ens commune en-
ti, quod in re eſt, & quod mente conſiſtit eſt analogum, ergo ſcibile, ergo de eo eſt una quæ-
dam ſcientia quæ non eſt niſi prima philoſophia, quare eius ſubiectum erit ens commune utriq;.
Rurſus ens utrique commune eſt intelligibile, ergo ab aliqua facultate conſideratur, at hæc non
B eſt niſi methaphyſica, quæ non niſi ut ſubiectum illud conſiderat. Deinde Ariſt. quarto huius
tradens conuenientiam inter primam philoſophiam dialeticam, & ſophiſticam, inquit, quod
uerſantur circa idem, utpote circa ens, ſed dialeticus non ſolum uerſatur circa ens quod in re
eſt, ſed etiam circa id quod eſt in mente, ergo diuina philoſophia utrumque contemplatur; alio-
quin huiuſmodi facultates æqualis ambitus non eſſent. Inſuper illud eſt ſcientiæ adæquatum ſu-
biectum circa quod, ut circa totum, tota ſcientia uerſatur, ſed circa tale ens tota methaphyſica
uerſatur, ergo huiuſmodi ens ſubiectum eſt. Secundam propoſitionem inductione confirmant,
nam de hoc ente in ſua communitate fit diſputatio uſque ad ſextum: ut uero huiuſmodi ens in de-
cem prædicamenta partitur, fit ſubiectum ſeptimi, uſque fere ad dimidium duodecimi, nam
uſque ad particulam 29. ſi uero ſpectetur ut eſt ens increatum, ſic erit ſubiectum uſque ad finem
xij. neque tamen abſurdum eſt, ut in methaphyſica ſint tot ſubiecta, quoniam hęc ſunt partis ſub-
iecta quæ plura in ſcientia eſſe poſſunt, totius uero ſubiectum unicum eſſe debet, quod eſt ens
quatenus omnia hęc includit. Hoc idem ex Ariſt. oſtendunt, qui 4. huius, ſubiectum primæ 1
philoſophiæ conſtituens inquit eſſe ens ea ratione qua ens, deinde largitur differentiam inter di-
uinam ſcientiam, & reliquas, aſſerens alias ſcientias quandam entis partem abſcindere, ſi modo
C methaphyſicus non conſideraret ens uniuerſum, ſed quoddam ens ſequeretur, quod conſideraret
quandam entis partem, quare per ens omne ens Ariſt. intelligit. Auer. etiam quarto huius 2
inquit ens, quod eſt commune enti quod eſt in re, & quod eſt in mente eſſe analogum, quare de
utroque prima philoſophia diſputabit.

Refellitur poſteriorum opinio. Cap. 4

AT qui horum ſententia multifariam peccat, nempe & rationi, & Ariſt. refragatur, atque
prima ratio hæc eſt. Nullum æquiuocum ſubiectum eſſe poteſt, quoniam de eo una ars
non conſiderat. Quemadmodum quarto huius, & primo poſteriorum docet Auerroes,
ſed id quod eſt, ut includit id quod eſt in re, & quod in mente eſt, æquiuocum eſt: igitur ens
huiuſmodi ſubiectum eſſe nequit. Minor ita oſtendi poteſt; nam ſi non æquiuocum eſt, ergo aut
uniuocum, quod dici non poteſt, quoniam æque natura eius, quod eſt participaret utrunque, quæ
re quod mente conſtat, eſiſteret, & ſine mente eſſe poſſet. Erit igitur analogum, quod iuxta eos
dici nequit. namq; analogum uox eſt, quæ plures naturas ſignificat cum ordine, & prima cauſa
D eſt uel ſecundum materiam, uel ſecundum agens, aut ſecundum finem, quòd reliquis uox conue-
niat; quare ens primo id quod eſt in re, ſecundo id quod in mente conſiſtit, ſignificaret; quoniam
id, quod in ratione eſt, ſignificare nequit. illud igitur quod in re eſt, cauſa erit eius quod eſt in mẽ
te, ſed non eſt ſecundum materiam cauſa; quoniam ut in ſubiecto in mente eſt, neque ſecundum
agens, quoniam huius entis cauſam agentem mentem ſtatuunt, neque ſecundum finem. ſecundo
enim intellecta non ſunt gratia eorum, quæ in re ſunt: namq; id dicitur, finis, cuius gratia alia ſunt,
quemadmodum 2. de phyſico auditu Ariſt. monet. Quæ uero ad finem ſunt, aut producunt finẽ,
aut agunt, ut fini ſimillima fiant, aut inſtrumenta ſunt, quibus fines conſequitur. quare cum nul-
lo horum modorum ſecundo intellecta ſe habeant, reſpectu rerum, quæ in re ſunt, non igitur id,
quod in re eſt, cauſa eſt rerum, quæ mente conſtant, & quæ ſecundo intellecta uocantur. Ad idẽ
de analogo eſt una ſcientia, quemadmodum ſatis manifeſte Ariſt. 4. huius monet; ſed de eo quod
eſt in re, & in ratione, non eſt una ſcientia. ſub finem. n. libri vj. diuinæ ſapientiæ Ariſt. a conſidera
tione primi philoſophi, ens, quod circa uerum, & falſum eſt, excludit; quoniam hoc mentis qui-

dam est affectus, & Arist. hæc sunt uerba. ¶Cum autem complexio diuisioq; non in rebus sit, sed E
in mente, id autem quod hoc pacto est ens, diuersum est ab hisce, quæ proprie entia sunt, mens.n. aut substantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut quippiam aliud coniungit, aut seiungit, idē quidem ens quod est, ut accidens, & quod est ut uerum omittendum est sanè, nam causa illius qui dem indefinita est, huius autem affectus quidam est mentis. ¶ Ex his duo aperte colligimus, alterū quod ens, quod utrunq; includit, analogum non est; cum ad unam eandem scientiam eius species non pertineant: alterum quod neq; huiusmodi ens subiectum est. nam si subiectum, igitur prima philosophia de utroq; ente quod sub eo continetur disputaret. Idem & philosophus xj. huius, sub finē, secundum Alex. partitionem, prorsus à consideratione primæ philosophiæ ens quod mente consistit his uerbis secludit. ¶Id autem quod ut uerum est ens, & non per accidens in mentis complexione consistit, atque in hoc est affectus. ¶ quapropter circa id quidem, quod ita est, principia non quæruntur, sed circa id, quod est extra, & separabile. Quibus constat huiusmodi ens subiectum non esse, cum dicat quærere principia eius quod est extra, & separabile. Sed ea sese offere dubitatio diluenda, si ens quod dicitur de eo quod est in re, atq; in mente nō est uox unius ad unum, uel ab uno, quo pacto ab Arist. & Auer. dicitur huiusmodi ens, quarto huius analagum esse? Qui asserunt secundas notiones non nisi in mente consistere, fieri nequit, ut hanc soluant F
dubitationem, siquidem Arist. à semet ipso dissentire uidetur, qui 4. diuinæ sapientiæ, eiusmodi ens analogum esse asserit. Deinceps infert, quòd una scientia est de analogo: quare de utroque ente una erit scientia. sub finem uero sexti, & undecimi eiusdem operis, id quod mente constat à sua consideratione secludit. Nos uerò ita dubitationem diluimus, dicimusq;, eiusmodi entia, quæ secundo intellecta uocantur, trifariam considerari posse, aut ut in re sunt; hæc enim & si actu mente consistant, sunt tamen quoquo modo in re, quoniam eis rei aptitudo respondet; nisi enim res ita apta esset concipi, minime mens sic illas conciperet, quoniam ab eo quod res est, uel non est, dicitur oratio uera, uel falsa; & ita eius, quod est extra, sunt affectiones, quod ex Arist. constat, qui quarto huius, eius quod est affectiōes enumerās, genus, totum, partem, & reliqua huius generis enumerat, quemadmodum paulopost clarius docebimus. Sic itaq; si cōsideretur id quod est, ad id quod proprie est extra, & ad huiusmodi ens analogum est, & de utraque disputat prima philosophia, quemadmodum satis aperte docuit Auer. in præfatione primi posteriorum. Quādo asserit demonstrationes, & definitiones, ut sunt una pars entis à primo philosopho considerari. Possunt rursus huiusmodi entia spectari, ut actu existunt, quo pacto mente consistunt, nam genus, species, & reliqua non nisi mente constant, & hoc modo ab hac scientia eorum contemplatio exploditur, atque ita non est ens uox unius ad unum, uel ab uno, deq; eo hac ratione considerato, scientia de anima disputat, ueluti ex tertio de anima satis constat. Postremo spectari possunt, S
ut cognitionis fiunt instrumenta, atq; ita eorum consideratio ad logicam facultatem pertinet. Ex his horum atq; communis error satis elucet, qui aiunt secundas animi notiones non posse, ut entis affectiones concipi. Si enim ita concipi non possent, ens analogum utrique enti non foret: neque de utroque unica esset scientia. Quare ut redeat oratio unde digressa est: ens quod secundas animi conceptiones, quemadmodum huius opinionis fautores testantur, & id quod est extra continet, neq; analogum, neque subiectum est. Verum huius opinionis falsitas paulo inferius magis aperta fiet.

Quarta opinio. Cap. 5.

NEque defuerunt aliqui, qui asseruerunt ens, ea ratione qua ens esse subiectum huius sciētiæ adæquatum; uerum ut horum innotescat opinio, accipiendum est prius, in subiecto duo includi, rem consideratam, quam latini materiale subiectum nuncupant; & modum considerandi, qui quidem ratio est, sub qua res subiecta consideratur; ens itaque quod enunciationis subiectum est res est subiecta, atque considerata; ea uerò reduplicatio in quantum, & secundum quod ipsum, rationem intelligendi, atque modum considerandi indicat, ita ut sensus sit, H
quod ens non sub alia ratione consideratur, quàm sub ratione, qua est ens, quod idem est, quo ad prædicata, quæ ei conueniunt, ut ens. Verum quid nomine entis intelligendum sit, non sunt inter se consentientes. illorū nanq; nōnulli statuunt ens, quod res considerata est, esse id quod est commune enti finito & infinito, quod idem est ens prout est commune Deo, qui ens infinitum est, & cæteris quæ entia finita sunt. Hoc itaq; ens est res subiecta; quod sub rōne qua ens considera tur, ita ut oīa, quæ in hac facultate considerantur, ut entia sunt, considerentur. At uero eorū nonnulli, aiunt, ens, quod est res considerata, esse id, quod est cōe decem prædicamentis, quod cum secundum prius & posterius dicatur de substantia, & accidente, erit quidem subiectum substantia & accidens, quæ considerantur ut entia sunt, hoc est quoad prædicata quæ insunt eis, ut ens, id est ut substantia, & accidens: quod positum est ad differentiam naturalis scientiæ, atq; ma-

thematicæ;

A themat icæ ; in naturali enim facultate ſubſtantia non ut ſubſtantia contemplatur ; ſed ut natura-
lis eſt , eaque ratione , ut in ſe principium motionis , & ſtatus obtinet . quantitas etiam à mathe-
matico conſideratur , non ſub ratione , qua accidens , atque exiſtit, ſed ut ſecundum intellectum
à materia ſenſibili ſeparata eſt . Hanc eorum opinionem ex multis perſuadent , ac primo Ariſt.
teſtimonio; qui infinities in prima philoſophia teſtatur ens,ea ratione qua eſt ens,eſſe ſubiectum.
deinde probatione utuntur : nam de ſubiecto ſcientiæ affectiones per ſe primo demoſtrantur ;
atqui in diuina ſcientia de ente ea ratione qua ens affectiones per ſe, & primo demoſtrantur ; ne-
luti unum , bonum , uerum , actus , & potentia , quæ alicui particulari enti non conueniunt, ſed
omni enti per rationem entis . ens igitur quatenus ens erit ſubiectum . Præterea ſi ens quatenus
ens non eſſet adæquatum diuinæ ſapientiæ ſubiectum , ergo quatuor eſſent ſcientiæ ſpeculatiuæ,
ſpecie diſtincta, quod abſurdum eſt ponere ; quandoquidem Ariſt. vj. huius demoſtrat tres eſſe
ſcientias ſpeculatiuas . Et id quod conſequitur , probatur . Ens enim ut ens ſcibile eſt , atque
habet proprias affectiones de eo demoſtrabiles ; ergo in aliqua ſcientia , & cum non in naturali,
neque in mathematica , neque itidem in hac ſcientia , ergo in quarta ſcientia ab his diſtincta .
Poſtremò ſi prima philoſophia non eſſet de ente , ut ens , ergo de genere determinato foret ,
quare dabitur ſcientia communior , & prior ipſa ; non ergo recte ab Ariſt. uocatur prima philo-
B ſophia . Ex his itaque concludunt ens prout ens modo iam explicato eſſe diuinæ ſcientiæ ad-
æquatum ſubiectum .

Refellitur primus modus. *Cap. 6.*

ATqui horum ſententia neque rationi , neque Ariſt. conformis eſſe uidetur . Verum eos
prius arguemus , qui aiunt ens commune enti infinito , & finito eſſe ſubiectum : mox ad-
uerſus eos , qui aſſerunt ens commune decem prædicamentis ſubiectum fore;& prima ra-
tio ſit , id ſubiectum ſcientiæ eſſe ſtatuendum , cuius ſunt principia, quemadmodum primo Po-
ſter. docuit philoſophus , & 4. huius concluſit de ente eſſe theoriam , quoniam eius , quod eſt,
principia quæruntur ; ſed ens commune enti finito,& infinito principia non habet,quare huiuſ-
modi ens ſubiectum eſſe non poteſt . Verum ratio hæc conſueuit à Scoti ſequacibus moleſtari ,
aſſerentibus ens bifariam poſſe ſpectari : altero modo , ut habet eſſe, atque ut in ſuis inferiori-
bus reſeruatur : altero uerò modo in ſe . Aiunt itaque ens primo modo habere principia ; nam
merito entis finiti principia habet . Secundo uerò modo principijs caret . Sed horum ſolutio
C ridicula eſt ; nempe , ſi merito inferioris , utpote ob ens finitum principia ens haberet;ergo non
per ſe , & primo,immò per accidens : docet enim philoſophus primo de demoſt. quòd id quod
ſuperiori , & generi conuenit merito inferioris non per ſe , ſed ex accidenti conuenit ; quare ens
ita communiter acceptum non erit ſubiectum . Deinceps ſi ens ob inferius principia haberet ;
ergo non inquantum ens : prædicatum enim , ſecundum quod ipſum , ut ex eodem primo Poſt.
patet eſt prædicatum,quod cum cõuerſim de re prędicetur ei ſine medio ineſt. ſi ergo ſecundum
quod ens principia non habet , ſed ob inferius ; ergo ſecundum quod ens principijs caret ; qua-
re neq; ſubiectũ ens,quatenus ens . Deinceps ſi ens ut habet eſſe in ſuis inferiorib. haberet princi
pia,ens igitur reſeruatũ eſſet ſubiectũ.Id quod cõſequitur probatur ex Ariſt. 12,huius, qui ita ar
gumẽtatur.Principia ſubſtantia quęrũtur;ergo de ſubſtãtia eſt theoria, à pari principia entis reſer
uati quæruntur;ergo de ente reſeruato eſt intentio.Præterea 4.huius philoſophus ait , ꝙ entis,ut
ens quæruntur principia,quoniam nulla alia ſcientia hoc præſtare poteſt : hæc enim Ariſt. uerba
mendacium includerent , quoniam ipſe ait ; entis ut ens quæri principia,modo huiuſcemodi ens
principijs caret ; quandoquidem ens reſeruatum eſt illud , quod principia habet . Verum huius
ſolutionis mendaciũ inferius magis aperte fiet. Scotus uerò alio pacto conatur rõni facere ſatis ,
D aſſeritque principia bipartiri: nam quædam cognitionis principia ſunt ; quemadmodum in natu-
rali philoſophia motio , & entium multitudo : quædam uerò exiſtendi principia nuncupantur .
Aſſerit itaque ſubiectum ſcientiæ non eſſe opus ſemper principia exiſtendi habere, ſed ſat eſſe , ut
habeat principia cognitionis : ens uerò commune enti finito , & infinito , quamuis principijs
exiſtendi careat , principia tamen cognitionis habet . Sed neque eius ſolutio recta eſt . Si enim
ſcientiæ ſubiectum cognitionis principia tantum haberet ; de ſubiecto igitur minimè per ſe ac-
cidentia demonſtrari poſſent : quare quod ſubiectum ſcientiæ ſupponitur non eſſet ſubiectum .
Docet.n.philoſophus primo Poſt. ſubiectũ per ſe accidentib. ſubijci, quæ de eo demonſtrãtur,id
quod conſequitur , ita oſtenditur. Cum enim hæc per ſe accidentia demonſtrantur, non niſi per
ſubiecti principia demonſtrari ualent ; hæc uerò cum ſint cognitionis principia tantum; ſunt per
ſe accidentia; propoſitio igitur prima in qua utrunq; accidens,& quod medium eſt, & quod quæ
ſitum eſt , copulatur , nullum per ſe prædicatum continet ; quare ea propoſitio demonſtratiua
cenſenda non erit ; quoniam demonſtrationes uti ex primo Poſt. conſtat, ex his, quæ ſunt de om

ni per se,& secūdum quod ipsum constant. Atq; hæc ipsa ratio tota ex Auer. primo post. colligi- E
tur. Deinde cuiusque scientiæ subiectum suum quod quid est habet ; quoniam quod quid est, Arist. teste vij. diuinæ sapientiæ, rei natura atque substantia est, ac principium, quo res est id quod est; cuiusque igitur scientiæ & subiectum principia existendi habet, atque hoc ex
11 Arist. testimonio confirmatur, qui primo de anima inquit; rei quod quid est causam esse
31 accidentium, quæ per se rei insunt. quod 4. de phys. auditu satis apertè docuit, asserens optimas definitiones causam afferre eorum, quæ per se rei insunt; & sexto huius quando conuenientiam omnium scientiarum ponit, docet, quod communicant in hoc, quoniam omnes habent principia, causas, & elementa. quæ quidem uerba quemadmodum ex proh. primi de phys. auditu constat omnes Arist. interpretes sunt de quatuor causis interpretati; neutra igitur solutio recta est; ratio igitur in suo robore adhuc restat. Deinde subiectum est, quod accidentibus per se subijcitur, quemadmodum primo Post. constat, sed quod accidentibus subijcitur est id, quod compositum est, Quare subiectum scientiæ est compositum. At ens commune finito & infinito compositum non est: alioquin Deus compositus esset. ex qua quidem ratione eorum patet error qui asseruere rem simplicem, quamuis affirmandum non sit, accidentibus obnoxiam, scientiæ tamen subiectum esse posse. hoc enim dicere fatuum est. Nam cum de subiecto per se accidentia in scientia demonstren- F
tur, necessum est ut alicui hæc insint accidentia, quoniam eorum esse est in esse, sed non possunt inesse nisi subiecto de quo demonstrantur. scientiæ igitur subiectum accidentibus subijcitur. quod & Arist. docet 2. post. quando asserit demonstrationem explicare accidentia per se inesse subiecto & causam propter quam insunt. Quanquam posteriorum nonnulli rationem hanc conantur infirmare dicentes huiusmodi ens affectionibus carere, habet autem affectiones ob spēs, Nempe merito entis finiti. quæ quidem eorum solutio recta non est. Nam si merito inferiorum affectiones haberet ens non per se sed ex accidenti ens haberet. quod enim superiori & generi ob inferius conuenit ex accidenti conuenit, sicut primo Post. docuit philosophus. Deinceps si merito inferioris ens haberet passiones, ergo non secundum quod ens. Nam prædicatum secundum quod ipsum est prædicatum, quod cum conuersim de re prædicatur ei sine medio inest, ueluti ex eodem libro patet. Arist. etiam 4. & 11. huius docet ens habere affectiones quæ ei quatenus ens conueniunt, quare si quatenus ens non merito inferiorum. Atque hoc Philosophus 11. huius confirmat inquiens, quod ueluti Mathematicus considerat affectiones quanti non ea ratione qua sensibile est, sed prout quantum est, ita prima philosophia entis affectiones contemplatur; non alia ratione nisi prout ens est. quare si merito inferioris non ergo ea ratione qua ens, quod 4. huius G
etiam docuit, quando ait quod ueluti numero sunt quædam quæ accidunt ut numerus, ita quædā sunt, quæ enti, ut ens accidunt. Verum solutionis deceptio paulo post magis patebit. Postremo si ens commune Deo & reliquis subiectum esset, pars atque subiecti species Deus esset de quo ens in quid prædicatur. Si species subiecti ergo, non principium, idem enim principium & species esse non potest, alioquin idem esset causa & effectus. causa. n. subiecti est etiam specierum causa: atqui Deus principium subiecti est; ergo specierum subiecti causa; est uero subiecti species Deus: quare suimet causa.

Refellitur secundus modus. Cap. 7.

Simili rationis modo, & ij, qui ens commune decem prædicamentis subiectum esse autumant, plurimum falluntur, nempe, si huiusmodi ens, subiectum esset, cæleste corpus, ea ratione qua ens, à prima philosophia non posset considerari; quoniam huiusmodi entis cælum, pars minime esse potest, cum in genere aliquo non sit, quemadmodum Auer. monuit, siquidem genus generalissimum in substantiæ prædicamento, substantiam sensibilem sensu tactus esse fatetur. Iam uerò si tale ens, subiectum esset, substantia & accidens species H
atque subiecti partes forent, quod fieri nequit: nam quod alicuius generis subiecti species est alterius speciei, quæ eiusdem generis est affectio, esse non potest; nam genus siue secundum eandem rationem, siue secundum analogiam dicatur, nunquam partitur per speciem, & eiusdem speciei affectionem, sed accidens substantia est affectio: ergo entis species esse nequit. Quæ ratio ita confirmatur; quæ considerantur ut affectiones subiecti, non possunt ut species subiecti considerari. Sunt enim hæc diuersa, sed accidentia ut substantiæ affectiones considerantur, quoniam soli substantiæ compositæ, & semper, & omni competunt, ut eius igitur affectus considerantur: scientiæ namq; res considerant, uti sunt, quamobrem cum entis affectus, utpote substantiæ accidentia sint, ita prima philosophia de ijs speculationem habet, quare non ut de speciebus entis. Quibus patet eam in decem prædicamenta, eius quod est, diuisionem, esse famosam entis enumerationem. Adhuc illud in prima philosophia adæquatum subiectum est constituendum, cuius prima principia quæruntur; namq; prima principia sunt illa, quæ prima philosophia considerat, quæ non nisi entis, ea ratione qua ens, sunt, ut Arist. 4. huius testatur, quando asserit diuinam philosophiam,

A philoſophiam, quam eiuſdem operis prohemio, ſapientiam nuncupant; uerſari circa primas cau-
ſas, primaque principia, ergo eo modo quo ſunt, hæc cõſiderat, ſed ſunt principia, ergo ut prin-
cipia conſiderat, & cum non ut cauſæ rerum ea ratione qua tales ſunt, cõſiderentur; ergo ut ſunt
cauſæ rerum, ea ratione, qua exiſtunt. & paulò poſt, inquit methaphiſicam eſſe ſcientiarum digniſ-
ſimam, quoniam circa primas cauſas uerſetur. quare cum eiuſmodi prima principia non ſolum
huius entis, quod decem cathegorijs commune eſt, principia, & cauſæ ſunt, huiuſmodi igitur
ens diuinæ ſciæ ſubiectũ non eſt ſtatuendũ. Demũ duodecimus liber, primæ philoſophiæ pars nõ
eſſet, quoniam eo libro quæruntur principia, & elementa ſubſtantiæ ſenſibilis, & ſempiternæ,
uti ex eo libro conſtat; quare de ſubſtantia ſenſibili, & ſempiterna, erit ibi intentio. Subſtan-
tia itaque hæc ſub ſubiecto totius continetur, quod cum ens commune decem cathegorijs ſit, cæ-
leſte corpus in prædicamento erit. quod cum ſit abſurdum, ſequitur ut liber aut non ſit pars me-
taphiſicæ, aut eorum opinio ſit falſa.

Tres poſtremæ opiniones ex Ariſt. uerbis refelluntur. *Cap. 8.*

B SEd iam ad poſtremas de ente opiniones accedamus, easque ex Ariſt. uerbis refellamus: in
prohemio enim diuinæ ſcientiæ quoniam primam philoſophiam ſapientiam eſſe Ariſto. do-
cet, inquit, uerſari circa primas cauſas primaq; principia, quare hæc eo modo quo ſunt, con-
ſiderat, ſed ſunt principia; ergo ut principia conſiderantur, non ſunt autem principia rerum, ea
ratione, qua ſenſibiles ſunt, uel ut aliam particulatem rationem ſubeunt, hanc enim cõſidera-
tionem ubique à prima philoſophia Ariſt. ſecludit; quare ut principia entis, ea ratione, qua
ens eſt, ſed huiuſmodi ens, cuius prima principia, primæque cauſæ in hac ſcientia ſpeculantur,
compoſitum eſt, hoc igitur erit ſubiectum, ita enim Ariſt. arguit 4. huius; principia entis quæ-
runtur, ergo de ente eſt intentio. Deinde exordio iam abſoluto tractationem aggreditur, & ait
ſe uelle de quatuor cauſis diſſerere, & cauſam adducens, inquit. Quoniam tunc arbitramur unum
quodque cognoſcere, cum cauſas primas cognoſcimus; quare ratio eſt, cum de eo quod eſt ſcien-
tia ſit propoſita, quod cauſas habet, ergo ex cognitione cauſatum. Et eſt eadem ratio, qua in
aditu primi phyſicorum fuit uſus, quæ ita componi poteſt, omnis ſcientia, quæ eſt de rebus, quæ
habent cauſas, cognoſci nequeunt niſi ex cauſarum cognitione, ſed prima philoſophia ſcientia
eſt, quæ res, quæ ſunt conſiderat, quæ quidem habent cauſas, ergo ex earum cognitione ſcite
C contingit, iure igitur de cauſis diſſerendum. Si igitur de ente quod cauſas habet eſt prima in-
tentio, qui fieri poteſt, ut id quod eſt eo modo, quo ipſi accipiunt, ſit ſubiectum? quæ ratio ex
Ariſt. eodem libro confirmari poteſt, qui in x x I. particula, dubium ſoluens, cur iterum de
cauſis diſſerit, ſi in phyſicis de his diſputatum eſt, ſoluens inquit, cauſam eſſe, quoniam huiuſ-
modi cauſæ, ad entis contemplationem faciunt, & de eis, ita priores diſputationem fecere. Et
particula ſequenti, cauſam tradens, cur ueterum de principijs ſcientiam refert, reſpondet, non
quia putauerint eſſe rerũ, quæ natura conſtant, principia; quoniam talis contẽplatio foret à pri-
mo philoſopho aliena; ſed quoniam hæc ſunt omnium entium principia; quemadmodum ibi-
dem Alex. etiam teſtatur. Secundo deinceps eiuſdem operis, inquit philoſophus, uerum ſi-
ne cauſis non cognoſci: & Alex. ait, ueritatem rei quæ cauſas habet, ſine cauſis non habere. Sed
primus philoſophus ueritatẽ eorũ, quæ ſunt largitur, quę cauſas habẽt, ergo ea quæ ſunt, & quæ
quatuor habent cauſas, quæ compoſita ſunt contemplatur, quare ens compoſitum materia ſubie-
cta erit. quæ ratio ita confirmatur, cognitio cauſæ, eſt ob aliud, 4. methaphyſice; quare ſi ſe-
cundo diuinæ ſcientiæ, demonſtrat dari quatuor primas cauſas, ergo ob aliud, quoniam ob id
cuius cauſæ ſunt, non ſunt autem cauſæ, niſi entis, ſed id quod eſt, quod ex quatuor pendet cau-
D ſis, compoſitum eſt. quare huiuſmodi ens erit ſubiectum. & quarto eiuſdem ſcientia, dum oſten-
dit ens, ea ratione qua ens, eſſe diuinæ philoſophiæ ſubiectum, hac ratione, intentum demon-
ſtrat, cuius principia, & extremas cauſas prima philoſophia quærit, eſt eius ſubiectum, atqui
entis, prout ens prima philoſopbia quęrit principia, extremasque cauſas, ens igitur quatenus
ens eſt, huius ſcientiæ ſubiectum. atque ita diuus Thomas rationem componit, quibus conſtat,
ens compoſitum eſſe ſubiectum, hoc enim principia, et cauſas habet. Sexto quoque primę phi-
loſophiæ, in illius operis aditu, inquit, quod unaquæq; ſcientia principia ſui ſubiecti quærit, ſed
prima philoſophia ſcientia eſt, ergo ſui ſubiecti principia, & elementa quærit, & inquit, prin-
cipia, & elementa, quæ uerba indicant, non ſolum cognitionis principia, ſed exiſtendi princi-
pia. Quare ſubiectum erit ens, quod principia, cauſas, & elementa habet; quod quidem com-
poſitum eſt. Non minus 1 t. primæ philoſophiæ, in aditu operis repetens ea quæ retro ab eo de-
monſtrata ſunt, ſapientiam inquit, de qua eſt ſermo ſuſceptus, eſſe ſcientiam quandam, haben-
tem principia. at hæc non ſunt niſi prima principia primæque cauſæ: quare, ens, quod has ob-
tinet cauſas, erit ſubiectum. quod fieri non poteſt, ut illud ſit quod interpretes fabulantur.

Eodem etiam libro, paulo post, duo simul docens, alterum quomodo prima philosophia conside- E
ret ens, alterum, quomodo unius doctrinæ est ens, quatenus ens, considerare; primum declaraus,
inquit, quod sicut mathematicus, quanti affectiones speculatur, non ea ratione, qua sensibile, sed
quatenus quantum; ita prima philosophia entis passiones, non ut naturale, uel quomodocunque,
sed quatenus ens contemplatur. Quam considerationem ad nullam doctrinę partem attinere te-
statur, nisi ad primam philosophiam. nam dialectica, & sophystica non ea ratione qua entis sunt
affectus, sed utrum subiecto accidant, uel non; quare ex his satis aperte constar, quod ens, quod
subiectum est, illud est, quod per se accidentibus subijcitur, sed ens quod interpretes subiectum
constituunt, per se accidentibus non subijcitur. tale igitur ens, subiectum esse nequit. Eodem
quoque contextu, quando inter naturalem philosophiam, & diuinam scientiam discrimen inter-
ponit, inquit, quod & si naturalis philosophia, quatuor contemplatur causas, non tamen ea ratio-
ne, qua entis causæ sunt, sed ut eius, quod in se motionis principium habet. At prima philosophia
quatuor causas considerar, prout entis ea ratione, quæ ens principia sunt, ens ergo quod ex qua-
tuor pendet causis, utpote ex materia, forma, fine, & agente, subiectum erit. Et multis interposi-
tis, inter primam philosophiam, reliquasq; scientias, differentiam præbens ait, quod & si aliæ scien
tiæ principia sui subiecti inquirunt, non tamen, prout entis qua ens principia sunt, sed sola prima F
philosophia hoc præstare potest, & nulla alia præter ipsam. Perspicum igitur, ex Arist. factum est,
ens illud, quod interpretes subiectum constituunt, subiectum non esse.

De subiecti distributione. Cap. 9.

HIs itaque quæ à ueritate aliena sunt, sententijs refutatis, tempus est, ut denique nostram
afferamus sententiam, quæ ut magis in aperto sit, quædam erunt tanquam basis, & funda-
menta suscipienda, exordiemurq; à subiecti distributione. Consueuit itaq; scientiæ su-
biectum, in duas diuidi partes, quemadmodum Auer. 7. posteriorum monuit. alterum namque
totius, quod latini adæquatum appellant, alterum uero partis. atqui totius subiectum, toti scien-
tiæ commune est, namque illud est, circa quod, ut circa totum, scientia uniuersa uersatur: quoniã
quidem scientia, quatuor contemplatur, utpote subiectum, eius principia; affectus, atq; species,
quod his uerbis primo de demonstratione Arist. confirmat, una scientia est, quæ primas unius ge
neris partes, atque per se accidentia contemplatur, uerum enim uerò, quid de subiecto, non sem-
per præaccipi oportet, interdum.n. & quid sit dispicitur, utpote quando clarum, & manifestum G
fuerit, quemadmodum eodem lib. Arist. monet, quid uerò, cum latet, præaccipitur, atque præco-
gnoscitur, si particularis scientiæ fuerit, & ut à suprema scientia explicatum accipit: uti enim
scientiæ particulares, esse subiecti demonstrare nequeant, ita neque quid, quoniam ad unam, ean-
demque scientiam utramque pertinet. quemadmodum ex sexto huius ab Arist. cognoscimus;
quando inquit, eiusdem mentis est, si est, & quid est demonstrare. In uniuersali uerò scientia, om-
niumque scientiarum domina, non ita res se haber. nam si eius subiectum, quod sit lateret, illud
ostendere posset. si uerò hoc non expleat munus, causa est, quoniam sua natura manifestum est:
quid uero eius quoniam occultum est, illud explicat, quemadmodum ex progressu patebit. Hinc
eorum liquet error, qui inter conditiones, quæ necessariò subiecto adæquato requiruntur, eam
esse affirmant, & quid eius præcognoscatur, atque esse, cuius opinionis interdum Auer. uisus fuit,
3 qui secundo de physico auditu, proinde ait, corpus naturale, in eo opere, non esse subiectum, sed
principia, atque naturam, quoniam hæc definiuntur, non autem corpus naturale. Constat quidẽ
quod, quid subiecti, non semper præaccipitur, cum interdum despiciatur, ut ipse etiam Aoer. pri-
2. 77 mo posteriorum docer. Neque id quod in primis fere eiusdem operis uerbis ab Arist. dicitur, ob
stat, cum asserere uideatur de subiecto quid, & quia pręcognosci. Qui enim hoc fatentur, illius H
contestus intentionem prorsus ignoranr; ibi.n. philosophus, ut etiam Auer. author est, explica-
re intendit, quonam modo pręcognoscenda tria illa sinr, ex quibus demonstratio componitur,
& inquit, duplici fieri modo, licet tertia adiungatur præcognitio, quæ non simplex est, sed cõpo-
sita: interdum enim principia subiectum, atque quæsita, quo ad quia præcognoscuntur. atque
hoc tunc temporis fir, quando eorum esse, non daret, sed occultum est, & tunc præcognoscun-
tur, nempe si quid, & quia demonstrarentur, non præcognita in scientia forent. Interdum uerò
contingit hæc, quo ad quid, et non quo ad quia, præcognosci, ut quando quia manifestum est, &
despicitur; quid uerò, quoniam latet, præcognoscitur. Interdũ uerò utroq; modo præcognoscun-
1. Post. tur, & quia sunt, & quid sunr, ut quando sua natura non patent, hæc expositio Arist. est infra, ubi
77. hæc tria, eo quo explicauimus modo se habere manifestè testatur. quare ne à semet ipso Arist. dis-
sentire uideatur, necessum est, ut eo modo sint eius interpretanda uerba. Verum de re hac satis
abunde diximus in comentarijs Analiticis. Ex eodem etiam sermone patet, non esse opus præco
gnoscere esse subiecti in scientia, cum interdum ob sui claritatem despiciatur, & ideo ea illatio
admittenda

A admittenda non est, illud est scientiæ subiectum, de quo esse, & quid est præcognoscitur, unde fit
ut tria sint, quæ totins scientiæ subiecto conueniunt, sine quibus esse non potest, & si aliqua illa-
rum deficiat adæquatum subiectum appellari nequit. scientia enim necesse est, ut ipsius principia;
species, atque per se accidentia speculetur, qun circa optimè philosophus primo & secundo poste
riorum, inquit scientiam omnem demonstratiuam tria inuestigare, principia, affectiones, & par-
tes. Quidquid igitur scientia contemplatur aliquid subiecti erit, quoniam uel circa ipsum, uel
circa aliquid eius semper uersatur. atq; ita scientiam, subiectum adæquare dicitur. Quare opti-
mè à nobis dictum est, totius subiectum, id esse, circa quod tanquam circa totum, uniuersa scien-
tia uersatur. Cæterum cum principia subiectum habere docuimus, non tantum cognitionis prin-
cipia intelligenda sunt, sed existendi, atq; rei, quemadmodum retro docuimus, partis uerò su-
biectum, totius subiecti species est: subiectum enim adæquatum, partes habere docuimus, eius
itaq; species, quæ in scientię partibus considerantur, subiecta partis uocantur: uerum quoniam
species inter sese, ita sunt à natura constitutæ, ut altera potior altera sit, ea quæ præstantior est,
subiecti principalis nomine nuncupatur, proinde duæ eius sunt conditiones, altera, ut sit inter
species præcipua pars, secunda uerò, atq; altera est, ut inter species primo intendatur, & reliquarũ
B cognitio ad hanc referatur. Ex quibus eorum patet error, qui uniuersa in scientia considerata ad
speciei præstantioris cognitionem, referri sunt arbitrati: id enim quod primo intenditur, & cu-
ius gratia cætera in scientia speculantur, subiectum totius est; nempe eius exactam cognitionem
quærimus, quæ absq; principijs, affectibus, & speciebus haberi nequit: quare pars præcipua est
subiectum principale in scientia, non simpliciter sed inter species. In subiecto uerò duo sunt,
utpote res subiecta considerationi, quæ à Latinis materiale subiectum dicitur. Quod id est, cuius
principia, species, & affectiones scientia speculatur. est, & considerandi modus, quem latini ra-
tionem formalem appellant. Qui is est, sub quo res, cuius tria illa inquirimus, intelligitur, & ob
quem scientia, à scientia discrimen consequitur. Solent enim scientiæ diuersæ in re subiecta con-
uenire, in modo uero considerandi nequaquam; per se. n. considerandi modo, scientiæ mutuo di-
stinguuntur, ob rem. n. consideratam, non nisi ex accidenti, atq; hoc docuit Auer. primo posterio 179
rum, & Arist. in secundo de physico auditu, quando discrimen inter geometram, & naturalem 18
philosophum exhibet, qui cum artifices sint diuersi, in re considerata conueniant, in modo tamẽ
considerandi nequaquam, & in x 1. huius quando docet quatuor causas utramq; philosophiam,
& diuinam, & naturalem considerare; modum tamen considerandi, secretum esse dicit. Et quam 12
C uis duo hæc in subiecto spectentur, tres tamen retro enarratę conditiones, subiecto ob conside-
randi modum non conueniunt, sed ob rem consideratam, quandoquidem illis tribus consideran-
di modus, unus & idem est: rei igitur consideratæ species, affectiones, atque principia, sub uno cõ
siderandi modo scientia speculatur. Est uerò considerandi modus unus, cum ab eo scientiæ uni-
tas proueniat; dicitur uerò unus uniuoce, & secundum analogiam, ueluti primo posteriorum do- 129
cuit Auer. scientia. n. prædicata speculatur, quæ sunt per se, & secundum quod ipsum: quæ uerò
secundum prius, & posterius, atque secundum eandem dicuntur naturam, hæc habent prædicata,
cum sola æquiuoca ab arte secludantur; ueluti per Auer. 4. huius constat; idcirco scientiæ subie- 2
ctum utroq; modo potest esse unum. Cum uerò considerandi modus, secundum analogiam unus
est, primo subiecto conuenit, et ob ipsum reliquis, utpote principijs, affectibus, & speciebus; quæ
quoniam aliquid subiecti sunt, proinde ita considerantur. Sed ea se offert dubitatio soluenda, si
primum semper causa est, quare posteriora eam habeant dispositionem; quo pacto subiectũ cau-
sa est, ut considerandi modus cæteris conueniat. Sed dubitatio hæc, ex his, quæ ab Auer. 4. huius 2
dicta sunt, dilui potest: qui monet primum esse causam, uel secundum materiam, uel secundum
agentem, aut secundum finem; subiectum itaque omnium erit causa, quod ita considerentur, ut
finis: quoniam non nisi subiecti gratia principia, affectiones, & species scientia contemplatur, ut
D ipsius uidelicet exactam cognitionem largiatur.

De Analogia prima positio. *Cap.* 10.

LOcus ad quem peruentum est nos admonere uidetur, ut de analogia aliqua in medium afferamus. docuimus enim scientiæ subiectum interdum analogum esse, atqui analogum non simpliciter dicitur. Iure igitur optimo qua analogia subiectum analogum dicatur inquirendum est. Verum prius quædam breuiter de æquiuocis, & uniuocis dicemus & primum ab æquiuoco exordiemur. Vox itaque æquiuoca est nomen, & uox, quæ plures naturas indicat quemadmodum ex definitione æquiuocorum ab Arist. in cathegorijs tradita constare potest. Nanque inquit quòd ea, quæ sub æquiuoca uoce continentur, ea sunt, quæ cum in nomine conueniant in ratione substantiæ secundum illud nomen seperantur. quare solum nomen uox æquiuoca est, non autem naturam quandam ab his de quibus dicitur seperatam atque communem

munem his omnibus indicat,uti canis qui nominis societatem tantum refert non tamen naturam communem omnibus his, de quibus uerificatur. Vniuoca uero ea esse dicuntur, quæ non solum in nomine societatem habent, sed in ratione explicante substantiam secundum illud nomen. Quibus constat uniuocum præter nominis societatem substantiam quandam tertiam atque his de quibus dicitur communem significare, & natura hæc non ordine quodam, neque secundum prius, & posterius his de quibus dicitur communis est, sed ab eorum unoquoque æque participatur. Verum quid uox unius ad unum, uel ab uno, quam latini analogum uocant, sit, maxima controuersia est. Nonnulli uerò ex græcis, quemadmodum Simplicius in cathegorijs refert; medium inter uniuoca, & æquiuoca analogum statuunt, ita quòd cum utrisque conuenit; & ab utrisque separatur,& proinde in hunc modum analoga definiunt. Analoga ea sunt, quorum nomen commune est, & ratio etiam substantiæ secundum illud nomen eadem est: uerum non æque primo sed secundum prius, & posterius.substantia enim per naturam uocis analoge explicata, & si cunctis conueniat quæ sub nomine sunt, uni tamen primo inest, & hoc est causa, quare cætera hac natura participent.quibus Arist. fauere uidetur qui 4. huius analogum neque inter uniuoca, neque inter æquiuoca collocauit, sed ueluti quoddam ab utrisque separatum, & 2. de anima quando de diaphano disputat, inquit naturam quandam esse quæ perpetuo, & caduco corpori comunis est, & constat iam uniuoce non conuenire, cum nihil caduco, & perpetuo uniuocum sit,quare analogice. Analogum igitur ultra nominis societatem substantiam & naturam quandam dici, his de quibus dicitur commune, atque in hoc cum uniuoco consentit à quo separatur,quoniam hæc ipsa natura non æque primo his omnibus communis est cum uni primo conueniat quod causa est cur reliqua, & nomen atque naturam hanc obtineant. Sed ut horum opinio magis aperta reddatur sciendum hos analoga in tria significata partiri. aliqua enim inæqualitates uocantur, quæ ea esse dicuntur quorum nomen comune est, & ratio substantiæ secundum illud nomen omnibus comunis est, atque eadem penitus sed non æquali perfectionis gradu ab inferioribus est participata,quemadmodum animalis ratio, & si omnibus conueniat animalibus, & cunctis eadem sit non tamen æquis perfectionis gradibus participatur, quoniam animalium quædam magis quædam minus absolutiora, & præstantiora natura sunt. Secundum Analogiæ significatum secũdum proportionem dicitur. & illa esse dicuntur,quorum nomen commune & ratio substantiæ secundum illud nomen secundum proportionem eadem est ueluti, ossis, spinæ, cutis, squammæ, corticis radicis, & oris se habent. Hæc uero analoga subdiuidunt, quorum horum aliqua sunt inter quæ uera est proportio, alia uerò inter quæ non est uera proportio, atque hac secunda specie sæpius poetæ utuntur cum prata ridere, uentos percurrere, arbores perloqui, & id genus cætera finguntur. Analoga uerò quæ sub tertium cadunt significatum per attributionem appellant,& hæc ea sunt quorum nomen commune est,ratio substantię penes illud nomen secundum attributionem eadem est, quemadmodum sani ratio de animali pharmaco & diæta attributione his omnibus eadem est. Sed horum snia multifariam peccat. primo quoniam fieri nequit, ut inter uniuoca, & æquiuoca medium sit, sed necessum est,ut ad alterum, utpote uel ad uniuocum, uel ad æquiuocum accedat analogum, alioquin contradictoria medium paterentur, quare non rectè ab Arist. primo de demostratione dictum, & contradictoria ea esse inter quæ per se nullum medium est, atque id quod consequitur ita patere potest, uniuoca enim eandem habent secundum nomen rationem, æquiuoca uerò non eandem habent secundum illud nomen rationem, quare contradictoriè apponuntur. Ergo si analogum medium foret, contradictio igitur medium susciperet. Non minus penes illud à ratione dissentit naturam quandã communem his de quibus dicitur analogum affirmare, nempe si hoc foret in Deo, & intelligentijs compositio esset.nam cum ens intellectus,& alia quam plura de Deo, & intelligentijs rebusque alijs dicantur, & non uniuoce, neque æquiuoce, sed analogice, in Deo igitur communis natura erit. consimiliter, & reliquis intelligentijs, atque propria, immo tot communes naturæ erunt, quot sunt ea, quæ de Deo, & alijs rebus analogicè dicuntur. Non ergo Deus esset summe simplex cum diuersæ naturæ in eo sint. Atque hæc ratio Auer. est septima disputatione destructionum in solutione ultimi. Ad idem ut eiusdem etiam ibidem ratione utamur, ea quæ ita se habent quod eorum aliquod est causa essentialis, & per se reliquorum hæc in una natura conuenire nequeunt. Atqui ea, quæ sub analoga uoce continentur ita se habent. quod eorum unum cæterorum causa est, ergo hæc in una natura non comunicant, analogum igitur naturam comunem his de quibus dicitur non significat. Quæ ratio ita confirmari potest; quæ in una natura comuni conueniant proprijs differentijs distinguũtur,quibus natura communis contrahitur, sed ea quæ sub uoce analoga continentur,in una natura communi conueniunt: ergo differentijs proprijs separantur, quare eorum quodque ex natura cõmuni,& ex differentia qua destinguuntur. Omnia ergo quæ sub uoce analoga continentur composita erunt: in Deo igitur, & cæteris mentibus multiplex erit compositio. quod cum fieri nequeat,non igitur

A tur analogum naturam quandam his de quibus dicitur communem indicat. Cæterum quæ ad analogorum significata attiuet: primum minime concedendum est: nanque genus nullum uniuocum foret, sed quodque analogum, quandoquidem species, quæ sub eodem genere comprehenduntur, ita natura constitutæ suut, quemadmodum 5. & 8. diuinæ scientiæ Arist. monet quòd alterā semper alteram præstātia superat. Deinceps generis natura æque primo ab oībus speciebus participata est. Si uero altera species, alteram nobilitate excedit: id proprijs specierum naturis dandum est, ueluti de auimalis mortalis speciebus euidentissime constat. Mox uox analoga semper prius, & posterius indicat. atque prius posterioris causa est. sed hæc in speciebus generis non reperiuntur: uou enim animal caducum de sui speciebus secuudum prius, & posterius prædicatur; neque aliqua eius species cæterarum causa est, quod animalia dicantur: atque quod animalis rationem participent. Non minus quoad analogum quod secundum proportionem uocant, ab Auer. recedunt, quandoquidem hoc analogum primo posteriorum non medium, sed inter significata æquiuocorum collocat.

Secunda opinio de analogia. Cap. 11.

B

NOnnulli uero alij, analogum, cum sub uniuoco, tum sub æquiuoco collocant; nanque ueluti æquiuocum bipartitum est: alterum enim est, quod purum seu a casu uocant, quod dicitur id quod his de quibus dicitur solum secundum nomen æque primo uerificatur, ita quod nomen non uni primo alijs secundo conueniat, alterum uero est à consilio seu à senteutia, & hoc dicitur æquiuocum analogum, quod & si uocem tautum indicet, & nou naturam his communem de quibus dicitur, uox tamen cum ordine communicatur: namque uni primo, alijs secundo atque primum reliquis causa est, quare eam suscipiant uocem. Ita uniuocum bipartiti sunt; namque alterum est purum, ut quondam uomen, & ratio sustantiæ secundum ilíud nomen æque primo omnibus commune est; alterum aualogum uniuocum nuncupant, ut quando nomen, & ratio substantiæ his, de quibus dicitur cum ordine communicatur; atque primum causa est, ut cætera nomen & substantiæ rationem sucipiant. Sed horum opinio partim uera est, partim non; uera enim pronuntiant, quando aiunt analogum sub æquiuoco contineri. Sed decipiuutur, quando analogiam ad uniuocum referunt; id enim fieri nequit; nam quoties est aliquod prædicatum pluribus commune, & uni primo, alijs uerò secundo, & propter primum prædicatis cæteris con-
C uenit, hoc ipsum prædicatum per se, & uere non nisi in primo saluatur, in reliquis uero, non nisi denominatione extrinseca; quemadmodum Auer. septimo diuinæ sapientiæ monuit, atqui prædicata analoga primo conueniunt uni iuxta hos & præter hoc reliquis: ergo hæc prædicata per se in primo saluantur. In cæteris uero non nisi denominatione extrinseca, quod asserere absurdum est; quandoquidem uniuoca natura uere in omnibus saluatur, & hoc est, quod Auer. docuit septima disputatione, quemadmodum retro docuimus, quando inquit quod fieri nequit causam per se, & essentialem in una natura uniuoca conuenire, cum his quorum est causa; quoniam in primo uatura per se saluatur. Insuper uniuoca dicuntur, quorum nomen est commune, & ratio substantiæ secundum illud uomen est eadem: quoniam ratio substātiæ uere in primo saluatur: analoga igitur sub uniuocis minime comprehenduntur. Nō minus opinio hæc ab Arist. dissentit, qui 4. huius uaturam analogi nobis aperiens plane testatur, in primo rationem analogi uere saluari, in alijs uerò non nisi denominatione extrinseca; quemadmodum sanitatis exēplo nobis ostendit, quæ uere non nisi in animali reperitur, in alijs uero, uel quia conseruant, ut deambulationes, & diętę, aut quia efficiūt, ut potiones & pharmacha, uel quia sanitatis signa ut urina, quod etiam secundo exemplo patefacit uti medicinale ad artem medicam, quod in arte medica formali-
D ter & per se est; in alijs uero, non nisi deuominatione extrinseca, & demum inquit ne quis credat in his solum quod dixerat uerum esse subdit, quod similiter in alijs se habet res. Hoc idem etiam undecimo huius docet; fieri igitur nequit, ut sub uniuoco analogum contineatur.

Propria opinio. Cap. 12.

HVcusque aliorum refellimus sententiam, superest modo propriā adijcere. Nos itaque dicimus, analogum sub ęquiuoco contiueri, quemadmodum primo Moral. Eustrat. monuit à qua etiam sententia Simpl. alienus non uidetur. Aequiuocorum itaque duo sunt modi supremi, æquiuoca enim alia sunt à fortuna, cum sint, ut sors tulit, alia uero sunt à scientia, & consilio, ueluti, quando aliquis cogitaret causas alicuius, gratia uomina impouendi, & hæc quattuor modis dicuntur, etenim quædam secundum similitudinem, æquiuoca uocantur: ueluti Arist. æquiuocorum exemplo docet, dicendo animal, homo, & quod pingitur, quæ hoc nomen commune habēt, sed rationē alteram, quoniā homo est animal, quod est substantia animata sensitiua.

at

at hominis simulacrum, sic animal est, ut habens similitudinem substantiæ animatæ sensitiuę; secundus uero æquiuocorum modus à scientia, est secundum analogiam, uel proportionem, ceu quando principium diceretur æquiuoce de unitate, & puncto, quorum aliud est principium numerorum aliud uero lineæ, item fluuiorum fons, & animalium cor, dicuntur principia. Nam, ut se habet unitas ad numerum, ita et alia se habent, quod quidem est proportionis proprium. Tertius uero æquiuocorum modus, à cogitatione est, ueluti quando fieret aliqua prædicatio communis pluribus, & differentibus rebus, quemadmodum à medicatione, liber medicinalis, quoniam conscriptus est, de his medicinalibus, quæ discenda sunt. Item medicinalis est, scalpellus, quia instrumentum est eorum, qui secant, & incidunt secundum artem medicinalem. Dicitur etiam remedium medicinale, quoniam ad sanationem est utile. Quare nomen commune est, & ratio uniuscuiusque altera, quæ æquiuoca ab uno uocatur, quoniam ab uno dicuntur, & à latinis analoga secundum attributionem. Nam ad unum primum referuntur, & secundum hunc modum, aliquod multitudinis nomen primo habet, & causa est, qui cætera illud habeant, est uero causa, aut secundum materiam, aut secundum agens, & non secundum formam, quoniam nomen per se in primo est, alijs uero non conuenit, nisi secundum denominationem extrinsecam, quemadmodum animal per se, atq; formaliter sanum, sanitate in eo existente dicitur, urina uero, medicina, & reliqua sana non à sanitate eis inexistente denominantur, sed extrinsece. E F

Quartus uero modus analogorum à consilio dicitur quando diuersa ad unum finem referuntur, & ab illo appellationem sortiuntur, ueluti cibus sanus, & remedium sanum, exercitium, & cætera id gens, quæ à sanitate ueluti à fine denominantur. Cæterum hos duos modos postremos, Græcorum nonnulli, quibus Auer. & latini consentiunt, in unum coniungunt, quibus Arist. 4. huius fauet. Qui hos æquiuocorum modos, ab uno, & ad unum nuncupauit. Ex quibus id constat, in analogis primum, ueram, & propriam sortiri nomenclaturam, eo quod uere formaliter tale sit. Nam aliorum causa est, quare talia uocentur, idcirco fit, ut in aliorum ratione, primi ratio, semper appareat, ueluti, ut rem exemplo ante oculos ponamus, si urina definiatur quatenus sana est, in eius ratione animalis sanitatem adijciemus, ita si farmacum, si diætam, aut deambulationem quis definiat, quatenus horum quodque sanum dicitur semper animalis sani rō apparebit. Sed ea se offert dubitatio diluenda, si analoga uox, non nisi nominis societatem indicat, quo pacto Arist. 2. de anima inquit, diaphagniam, naturam indicare, quæ utrique corpori, & diuino, & caduco eadem est. Sed ex his, quæ à nobis retro explicata sunt, dilui dubitatio potest. Namq; diaphani ratio, quemadmodum 2. disputatione de anima sentiente docuimus, est undique apparere. Videlicet secundum profundum, & secundum superficiem, quare hoc undique apparere, idem est, nō simpliciter in utroque corpore, sed Analogia. nam etsi utrunque corpus appareat, apparentiæ tamen ratio non eadem est, nisi Analogia, cum diuina corpora sua natura Diaphana terminata sint, semperque appareant, hæc uero corpora, interdum tenebricosa, interdum lucida sunt, atque apparent. Quare nomine naturæ Diaphanum intelligit, quod idem secundum Analogiam dicitur, cum tamen apparentiæ ratio eadem non sit, quemadmodum Arist. uerba nobis ostendunt, quæ ita se habent. Huiusmodi autem est Aer & Aqua multa solidorum, non enim secundum quod Aqua aut secundum quod Aer Diaphanum est, sed quoniam est natura eadem in his utrisque & in perpetuo illo quod sursum est corpore, uocat itaque Diaphanum naturam atque hoc ipsum idem dicit esse modo, quo docuimus. Albertus quoque per naturam Diaphanitatem intelligit, quæ communia his omnibus est, propter unitatem naturæ, sed ordinis ad unam causam. Diaphania siquidem prius in eo quod sursum est corpore, sicut in causa, & postea in aere, & aqua, & in cæteris solidorum, atque ob primum corpus, reliqua ita fiunt. Est & secunda dubitatio, si Analogum ęquiuocum est, de eo igitur non est una ars, atque scientia, quoniam quemadmodum undecimo huius Arist. monet, de æquiuoco non est una scientia, quod etiam Auerroes quarto huius docuit. Deinde Arist. ubique, cum de analogo sermonem habet, illud & ab uniuoco, & ab æquiuoco discernit, quemadmodum ex 4. & 7. diuinæ scientiæ constat. Sed hæc de facili diluuntur, æquiuoca enim à casu, ea sunt, de quibus una scientia non est, quoniam de his prædicata per se non dicuntur, nisi quæ ex accidenti prædicantur, uelut Auerroes 4. huius docet, scientia uero, quæ per se insunt, atque prædicantur recipit, ceu primo Posterio. constat. Iure igitur æquiuoca à casu una scientia non considerat, æquiuoca uero secundum scientiam, quæ secundum proportionem dicuntur, neque necesse est, ut ab una considereutur scientia, namque de his plures scientiæ considerari possunt, quemadmodum Auerroes docuit, primo Poster. quando inquit, Dignitates quæ pluribus scientijs communes sunt (quemadmodum si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia) æquiuocas secundum proportionem esse; quæ ab una non considerātur sciētia sed à pluribus, æquiuoca uero, quæ ab uno, & ad unum dicuntur, ad unam pertinēt scientiā, quoniam in his prædicata, per se inueniuntur, & hæc demonstrationem, & definitionem ingredi ualent, G H

A ualent, ut per belle primo Posteri. & in quæsitis logicis, docuit Auerroes. Hæc itaque æquiuoca Arist. ab æquiuocis a casu separat, & proprio nomine uoces ab uno, uel ad unum uocat, quæ ad unam scientiam non semel 4. Methap. pertinere monuit, Quæ cum in hunc modum exposita sint, tempus est, ut ad nostrum institutum redeamus.

Diuina scientia facultas est Vniuersalis. Cap. 13.

His, quę retro a nobis explicata sunt, adijciendum est, facultates in duplici serie esse, nempe aliæ uniuersales, aliæ uero particulares nuncupantur. Sunt uero particulares quæcunque quandam entis partem accipiunt, & circa illam proprietates speculantur, quemadmodum naturalis scientia, atque Mathematica, illa enim circa ens quod natura constat, hæc uero circa quantitatem uersatur; uniuersalis uero facultas, ea est, quæ circa ens quodcunque uersatur, quæ tripartita est, quemadmodum Auer. monet circa initium Paraphrasis Methaphy. uti, prima philosophia, Dialectica, & sophisticha, huiusmodi enim facultates conueniunt, quoniam circa quodcunque ens uersantur, dissentiunt uero, quoniam prima philosophia, quamuis circa
B quodcunque ens uersatur, illud tamen, non nisi quatenus ens considerat, & proinde quęsita determinata, atque finita habet, quandoquidem non nisi ea quæ rebus insunt, ea ratione qua existunt, speculari potest, quod nulla alia facultas, nisi prima philosophia præstare potest, quemadmodum Arist. x i. primæ philosophiæ docuit. Dialectica enim & sophistica ens, ea ratione, qua existit, non contemplantur, neque ea quæ ei insunt, quatenus existit; sed utrum subiecto accidunt, uel non: et ideo prima philosophia subiectum determinatum, & finitum habet. Topica uero nequaquam, sed ens considerat qualitercunque contigerit, quoniam cosiderat entia secundum uulgus, uulgus uero comprehendit ens uniuersaliter. Rursus sunt aliæ differentiæ, quas Auerroes primo Posteri. largitur, atque circa initium paraphrasis Methaphy. & prima est, quod 85
quamuis prima philosophia cum Dialectica conueniat, quoniam utraque res communes speculatur, Ars tamen topica in sua speculatione non intendit certum finem præter uictoriam ipsam, sed prima philosophia certum habet finem, quæ est cognitio rerum quatenus existunt per suas summas causas, est alia differentia quoniam topica, & si de omnibus speculetur, de illis tamen per rationes probabiles, ueluti sophistica per apparentes. At prima philosophia de cunctis rebus speculatur, per rationes necessarias, & quæ demonstrat. Sophistica uero eandem subit figuram, quas dialectica, nisi, quia ipsa per ea, quæ probabilia apparent de omnibus tentat utrum
C hoc huic accidat, uel non: ut Genus, uel accidens, uel proprium aut ut definitio, quare neque hæc subiectum definitum habebit, ueque quęsita determinata, cum utraque & dialectica & sophistica interrogent, quemadmodum libro de filogismo & primo Posterio. Arist. docuit. ex his itaque aperte constat circa ens primam philosophiam uersari, quemadmodum dialectica & sophistica, penes hoc enim consentiunt, uerum ens hoc in uniuersum eius adæquata materia non est, sed id quod uere est solum, ut proprium & adæquatum subiectum speculatur, cætera uero quæ quoquomodo entia uocitantur, quamuis rectius non entia nuncupari debeant uel ut principia, aut ut affectus considerat, ex his illud constat quod & si ens, quod de deo & decem prædica mentis atque negationibus, & priuationibus, & secundis notionibus commune est, contemplatur, tanquam subiectum tamen non considerat, cum conditionibus subiecti uocet, atque hoc ipsum quot modis dicitur Arist. exponit, ut inde ostendat quod ut subiectum, quod uero, ut principia, uel ut affectus, prima philosophia contemplatur, quare & si huiusmodi ens analogum sit, & ab una contempletur scientia, non tamen subiectum est, nam cum Analogum non nisi ea de quibus dicitur ordine quodam sit, cum itaque ea, de quibus uerificatur explicantur, ipsa
D quoque apertum sit. Verum ea quę sub eo comprehenduntur nonnulla ut subiectum, alia uero ut principia, quædam uero ut eius quod est affectus, considerantur, interdum uero quæ sub uoce Analoga sunt: quædam habent in quibus communicant, atque tunc, priusquã & predicatis singulis speciebus proprijs, disputetur, communia exponuntur prædicata, atque ita de communi Analogo disputatur. Ens itaque cum ita accipiatur, quoniam uox satis communis est, quæ sub eius ambitu comprehenduntur communia quædam minime habent, at quando uere & proprie capitur quod solum substantia est, hæc enim uere id quod est, est; cætera uero non entia & si entia dicantur, non nisi, quia aliquod entis utpote substantiæ, uti postea magis apertum fiet: & ideo philosophus solum eius quod est multiplex significatum docuit, ut inde subiectam materiam, principia & affectus doceat.

De nominentis. Cap. 14.

ATqui quoniam tota rei ambiguitas ex nomine eius quod est, dependat, quemadmodum 4. huius etiam Arist. monuit, qui cum constituisset ens prout ens esse subiectum, statim quod

illius nomine intelligendum sit aperuit, ne multiplex eius quod est, significatum nos decipiat, E
& præcipue, quoniam in Analiticis docuit, quod cum quid subiecti latet, est præaccipiendum, atque præcognoscendum, proinde quid nomine entis intelligere oportet, particula 2. docuit. hinc eorum liquet error, qui aiunt Arist. non explicasse quid ens sit, quoniam erat uox communissima.ea uero subiecta quamuis Analoga sint, exponenda quid sint esse monent, quę communissima non sunt. Multifariam enim peccant, quum quia philosophus, quid intelligere oporteat per id quod est,docuit, Tum quoniam non semper opus est, ut de subiecto quid præaccipiatur, nisi quando latet, quando enim quid manifestum est despicitur, ut idem philosophus primo Posteri. monet: & nos retro docuimus. nos itaque ab Arist. non recedentes quid nomine entis intelligendum sit, aperiemus. Ens itaque dicimus, duplici accipi modo. Primus est, cum ens dicimus, omne id intelligimus, quod est extra nihil, quod uero sub hoc significato nomen entis interdum Arist. usurpet, ipsemet testis est, qui 6. huius, primum ens diuidit in ens per se, & in ens per accidens, & in id quod est in re, atque in mente, perspicuum est per ens intelligere quod extra nihil est, cum id quod uere proprie ens est, id sit quod esse participat, uti postea docebimus, neque dictionem absque ratione sic usurpauit, nam ut uere dicitur, sentire quidem ut pauci, loqui uero ut plures, debemus: sentimus enim & opinamur nobis, loquimur uero alijs, F
& multitudini atqui ideo loquimur, ut intelligamur, uulgus autem, & quicunque ita ens accipiunt, ut omne id dicatur ens, cui non deest esse, & quod dici nihil uere non potest. At sapientes non ita entis nomen accipiunt. iuxta itaq; hunc entis modum,Deus maxime ens dicitur, cum ipse causa sit rebus, quare sint: consimiliter principia, atque accidentia,& ad hoc significatum Arist. aspiciens,nouem accidentium genera, per se entia uocauit, ut ea uidelicet separet,& distinguat, ab his quę per accidens sunt, quorum definita causa nulla est, si uero secundum entis modum aspiciamus, neque eorum ullum ens dici potest, sed non ens potius, etsi quoquomodo ens non, nisi, quia quicquam entis sunt. Est secundus entis modus, atque uerus & proprius, ut id dicatur ens quod esse participet, atque esse habeat. Ens enim quod idem sonat quod id quod est nomen concretum, cuius abstratum uidetur hæc dictio esse, namque ens dicitur,quod esse habet. Nominũ enim alia concreta, alia abstracta sunt, concreta calidum,lucidum, homo; Abstracta uero calor, lux, humanitas. Abstractum uero id significat quod de se tale est, & non ab alio, Concretum ex aduerso, id significat quod non à se, sed alterius beneficio tale est, ita lucens huc lucet: Album albedine album, & homo humanitate homo. quoniam uero nihil se ipso participat, neq; eadem conditio eidem rei & a se & alterius participatione inesse potest, fit igitur ut quod abstractum uocatur, à concreto denominari non possit, quare non congrue dicitur albedo alba est, cum ratio sit, qua alia alba dicantur. Itaque ens concretum est, esse autem eius abstractum, quemadmodum Auer. 7. diuinæ sapientiæ monuit, cum inquit, ens deriuari ab ipso esse, ens igitur concretum nomen est, atque eius abstractum est, esse, quare ens dicitur quod existentiam habet. ad hanc ergo exactam entis significationem, si respiciamus, illud negabimus, ens, non solum quod non est, & quod est nihil, sed uniuersa simplicia ueluti materiam, & formam, consimiliter Deum, atque reliquas intelligentias, hæc enim cum simplicia G
13 sint composita esse nequeunt. Denominatiua enim omnia composita sunt, ueluti Auer. 4.huius docet, Arist. etiam 6.primæ philosophiæ cum diuidit ens in per se ens, & per accidens, deinde cum diuidit ens per se in decem genera, dubium nullum est apud bonos peripateticos, sub hoc ente, neq; deũ, neq; intelligentias,aut materiam & formam contineri. hæc enim neque sunt ens per accidens, neque sub ullo decem generum continentur, in quæ ens per se diuiditur, in genere enim & præcipue in eo quod est substantiæ, non nisi corpora sensibilia sensu tactus comprehenduntur, nam & si materia & forma ad substantiam attinere uideantur, ideo est, quoniam aliquid substantiæ sunt, nam hæc aut non substantia,quæ in genere est,sunt, aut secundum aliam rationem substantiæ sunt. Ad hanc quoque significationem, si respiciamus, neque accidentia H
entia uocari possunt, nisi, quia aliquid entis, utpote substantiæ sunt, nempe accidentia alia abstracta sunt, quæ iuxta hominum consensu,quoniam simplices formæ sunt, potius mente consistunt,quandoquidem in re non albedo, sed album reperitur,entia igitur uocari nequeunt. Concreta rursus accidentia, & denominatiua subiectũ includunt. cuius merito existunt. quare id quod solum est, ens, atque uere, sola substantia est,& quæ composita est, hæc enim materiam & formam claudens esse atque existentia participat.

Ens iuxta secundum significatum subiectum esse demonstratur. Cap. 15.

ENs itaque cum bifariam capiatur, Arist. 4. diuinæ scientiæ, quando ens primæ philosophiæ subiectum statuit, non primum entis significatum intelligit, quoniam iuxta hoc accidentia principia, & reliqua, quæ enumerat, entia forent, & ipse inquit, quod potius non entia dicuntur, quàm entia, & si entia, quia aliquid entis, utpote substantiæ sunt. Alterum igitur

A igitur entis significatum intelligit, atque hoc subiectum adæquatum primæ philosophiæ consti-
tuit. itaque cum inquit, ens quatenus ens, primam philosophiam considerare, idem ac si sub-
stantiam prout substantia est speculari dixerimus. atque hoc ex Arist. planum fieri potest, qui
4. primæ philosophiæ in aditu illius operis, cum asserit ens prout ens, esse subiectum, statim
quid nomine entis intelligendum sit, exponit. Atque ratio est, quoniam primo Posterio. do-
cuit, quòd cum quid subiecti latet, præaccipere, atque præcognoscere oportet, & ideo nomine
entis, asserit, se substantiam intelligere, cæteræ uero, si entia dicuntur, non nisi quia substan-
tiæ aliquid sunt, puta quia substantiæ passiones, alia uero, quia uia ad substantiam, aut corru-
ptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua sunt substantiæ, sola igitur substantia ue-
re est ens, atque hæc est subiectum. Veluti Arist. met, ualida ratione eodem contextu confir-
mat, quæ ita componi potest, id est adæquatum in scientia subiectum, ob quod omnia in scien-
tia considerantur atqui omnia in diuina philosophia ob substantiam considerantur. Atque eius
uerba hæc sunt. § Vbique autem scientia est propria ipsius primi, & ex quo cætera pendent &
propter quod dependent. § Rursus hoc idem, ex his, quæ statim sequuntur uerba confirmari
potest, § quod si hoc est substantia, ipsum philosophum principia substãtiarum, causasque ha-
B bere oportet. § Si igitur primus philosophus quærit principia & causas substantiæ, subiectum
igitur erit substantia. Ita enim 12. huius Arist. argumentatur, quando demostrat de substantia
esse theoriam, quoniam eius principia atque causæ quæruntur. Ad hoc, primum consideratum
in arte est subiectum, substantia uero primum est consideratum in prima philosophia,
quemadmodum Aristoteles ibi docet, substantia ergo subiectum. Prima propositio ita de
mostrari potest, nempe cum quatuor in scientia sint, subiectum, principia, species, affe-
ctus, perspicuum est primum consideratum subiectum esse, quandoquidem principia, affe-
ctiones, & species, ob subiectum considerantur, atque hoc Auer. sequenti particula confirmat,
nam inquit Arist. proposuisse de causis entis, & de ente disserere, & quid nomine entis Arist. in
telligat, statim Auer. exponit, hoc est, de substantia, & causis substantiæ. In 7. quoque
eiusdem scientiæ, solum substantiam ens esse ostendit, quandoquidem ait, reliqua entia non di-
ci, nisi quia aliquid entis, & quod uere ens, & simpliciter ens substantia est, quod et confirmat, ex
solutione dubitationis in tertia particula, qm̃ inquit, Accidentia non esse entia, nisi quia quicquã
entis, & ut Alex. dicit, quoniam entis affectiones sunt, & idcirco in sequenti particula conclu-
dit, ens simpliciter substantiam dici. Eodem etiam libro, ex ostensis correlarium infert, esse
C mani festum, quòd olim, & semper ab omnibus philosophis quæsitum fuit, & ab ipsomet, cum
quæritur quid est ens, quoniam idem est ac si quæratur quod est substantia; quibus duo patent;
alterum, quòd nomine entis substantia est intelligendum, alterum uero, & secundum quòd
hæc est, subiectum. Atque hoc statim ueterum testimonio confirmat, qui quærentes entis prin
cipia, substantiæ principia quærunt, quoniam solum ens substantia est, Auer. hoc idem testatur,
quando ait, primam philosophiam considerare principia substantiæ, quatenus substantia,
quoniam in naturali philosophia fuerunt inuestigata principia substantiæ prout naturalis est. Ea
dem rursus particula philosophus, cum ueterum testimonio ostendisset, quòd ens de quo, apud
eos erat disputatio, substantia composita est, statim ipse subdit, ob hæc quæ ostensa sunt puta
quòd ens substantia est, pollicetur maxime, & primo & solum de substantia disserere, adiecit
enim, maxime & primo atque solum. hæc enim uerba primum in hac scientia consideratum sub-
iectum totius est, indicant, quandoquidem de cæteris non nisi ob hoc. Non minus quæ paulò
inferius ab Arist. dicuntur, ostendunt accidentia per se entia non posse nuncupari, quoniam ait,
quod ueluti res se habet ut sit ens, ita ad quod quid, & ideo concludit accidentia, aut non habe-
re quod quid est, aut ex additione; itaque si per se entia forent, igitur quod quid est haberent;
D quod Arist. negat. Deinde 8. huius intentionem colligens, quæ 4. libro explicata fuit, dictum
est itaque inquit, quòd substantiarum quæruntur principia, causæ, & elementa, & Alexand.
per causas formas intelligit, nomine uero principij agentem, & finem, & per elementa mate-
riam, constat itaque de substantia composita in 4. huius intentionem fuisse propositam. Et li-
bro 9. circa aditum hæc habet uerba. De primo igitur ente, & ad quod omnes aliæ cathegoriæ
entis referuntur, uidelicet de substantia, nam secundum substantiæ rationem, dicuntur alia en-
tia, & quantum, & quale, & cætera sic dicta. Demum 12. primæ philosophiæ, intentionem
totius scientiæ in medium afferens, illam inquit esse, circa, substantiam, atque hoc ipsum ex
multis demostrat, & eius prima ratio, hæc est, principia & causæ substantiæ quæruntur, palam,
quod de substantia est, theoria. Neque tamen dicendum est, dumtaxat 12. uoluminis inten-
tionem proponere, quandoquidem rationes, quæ sequuntur proposito non conferunt, non ut
ipsi aiunt; intentio est de substantia separata, sed hæc causas & principia non habet,
de hac igitur nullus fit sermo, sed de ea quæ causas habet. Neque etiam substantiam sensi-
bilem sempiternam solum intelligit, nam quorsum deinceps probat intentionem esse de substan-

tia, quoniam ipsa est primum ens. quare dicendum totius primæ philosophiæ intentionem affer re, & proinde ad hanc intentionem demostrandam secundam adducit rationem, quæ ita componi potest. De eo ente prima philosophia disputat quod uere, & proprie, est ens, atqui substantia ita se habet, de ea ergo sermo propositus est, & minor ita ostenditur, si namque uniuecsum intelligitur substantiam sensibilem cum accidentibus, ut quoddam totum accipiatur, siue ut uox quędam dicens ordinem, prima pars, semper substantia est. Tertia deinde rationem adducit. De eo quod est, prima philosophia disputat sed hoc est substantia, de ea igitur sermo suceptus est, reliqua enim præter substantiam potius non entia, quam entia dicuntur, & si entia non nisi quia entis quicquam, quæ quidem ratio his habetur uerbis. Simul autem nec entia, ut est simpliciter dicere alia, sed qualitates, & motus, ut & non Album, & non Rectum, dicimus ergo & esse hæc, puta est non Album. Deinceps, quartam his uerbis affert rationem. Amplius nihil aliorum separabile, quæ ita componi potest, id quod per se existit, & alterius extrinseci beneficio non indiget, ut existat, id uere & proprie ens, atque substantia sola separabilis est, ea enim sola per se existit, & alterius extrinseci non eget auxilio ut 7. & 8. huius docuit. hæc igitur uere & proprie ens, quare cum de eo quod est prima philosophia disputet, de substantia ergo est eius intentio. Demum ueterum sapientum testimonio hoc idem confirmat, qui entis principia quærentis substantiæ principia quærebant, quoniam solum substantiam ens esse credidere. ex his itaque satis constare arbitror, quæ ab Arist. dicuntur, substantiam quæ composita est primæ philosophiæ subiectum esse. Quæ res ratione confirmari potest, cuiusque sciétiæ subiectum, ut ex retro ostensis patet, principia habere oportet, quæ non cognitionis tantum sunt sed existendi atque rei: subiectum igitur primæ philosophiæ hæc habere principia necessum est, sed huiusmodi ens accidentia esse nequeunt, quoniam eorum principia, substantiæ principia non sunt, sed quæ principia substantiæ, accidentium quoque erunt, atque eorum sunt, quoniam quicquam substantiæ sunt. substantiæ igitur principia quæruntur, quare hæc, subiectum erit. Quæ quidem ratio ex Arist. confirmari potest, qui 12. huius ait. Naturalem philosophiam causas entis considerare, ueluti & primam philosophiam, discrimen tamen est, quoniam hæc, eius quod est, quatenus est, principia quærit: at naturalis, illius principia quærit, quod in se motionis principium obtinet, quare cum huiusmodi ens substantia sit composita, circa hanc igitur eandem pront substantia est, prima philosophia uersatur, quod plane Arist. manifestat, nam asserit, huiusmodi ens esse separabile, quod inquit, est ens per se existens, quod non nisi substantia est, neluti in aditu 8. lib. ex ipsomet Arist. satis constare potest. Hæc eadem opinio ex Auerroe confirmari potest, qui & si uarius, & dubius esse uideatur, nobis tamen maxime fauere uidetur. primo huius itaque fatetur, utranque philosophiam diuinam & naturalem eadem principia atque causas considerare, non tamen eodem modo, namque naturalis scientia rei quatenus naturalis principia quærit, sed diuina, rei causas speculatur, prout existit, at res naturali scientiæ subiecta, substantia naturalis est, quæ composita est; ergo hæc eandem primæ philosophiæ subijcitur, quatenus existit. Idem 4. huius manifestat, qui Arist. uerba exponens, inquit, Quod hæc principia, sunt rerum sensibilium principia quæ quærnntur ut principia naturæ existentis per se. Sed quæ nam obsecro est natura per se existens, nisi substantia? huius igitur quærit principia. Quod etiam primo huius monet, consideratio de elementis rerum naturalium, est propria scientiæ naturali, & consideratio de eis in hoc loco, non est, nisi secundum quod sunt principia substantiarum existentium per se, & ita locutus est hic, & non de illis sermone naturali. & in 7. huius. Causæ inquit, rerum naturalium considerantur hic, quatenus res naturales, existunt, & non ut naturales. quod etiam 12. eiusdem operis confirmauit. Communicant inquit, huiusmodi scientiæ, quoniam considerant principia substantiæ sensibilis, licet non eodem modo, sed hæc ut principia substantiæ sensibilis, ut substantia est. ex his itaque res subiecta satis constat. Verum his ea se offert dubitatio, namque res considerata, ea est, cui primo, & per se affectiones insunt, atqui enti & non substantiæ primo conueniunt, ergo ens & non substautia est res subiecta, sed hæc ex Arist. diluitur, qui 4. Diuinæ scientiæ inquit, hæc primo substantiæ conuenire: si uero alijs insunt, quoniam substantiæ quicquam sunt, uti postea magis patebit.

De modo considerandi Opinio prima. Cap. 16.

CEterum, quoniam in subiecto considerandi modus, & ratio formalis includitur, nunc qualis ratio hæc sit, exponenda succedit, uerum in re hac, non consentiunt Arist. interpretes, quidam enim adeo insaniere quod uerecundati non sunt, duos huic scientiæ considerandi modos tribuere, quorum alter est, separatum secundum substantiam. Alter uero est illud separatum quod secundum indifferentiam appellant. Sed hi maximo opere decipiuntur, nam si prima philosophia duos considerandi modos haberet, non una scientia esset, sed duæ,

A ex modo enim conſiderandi ſcientiæ mutuo ſunt ſeinnctæ, quẽadmodum retro docuimus, quare ſi diuina ſcientia, duas conſiderandi rationes obtineret, non nna foret ſcientia, ſed tot, quot rationes formales. Inſuper, quo pacto ſubiectum ſcientia, conſiderat, pariter pincipia, ſpecies, & affectiones, quemadmodum ex Auer. primo Poſterio. & in epithomatibus logicis, eo capi- 179
te, ubi qualis cuiuſque ſcientiæ demoſtrationes, & definitiones eſſe debent, inſtituit,, atqui ſeparatum ſecundum eſſentiam, cum entis principium ſit, eodem igitur modo, ueluti ens conſideratur, qnod cum prout ens ſpectetur, ſeparata igitur non alia ratione, niſi ut entia ſunt, uel ut eorum principium conſiderari ualet.

Secunda opinio. *Cap.* 17.

NOnnolli nero alij, quorum Auer. eſſe uidetur, quemadmodum apud ipſum legere eſt,
primo, & ſecundo Poſterio. extra mentem exiſtere, atque in re inueniri, rationem for- 70.33.
malem inſtituunt. Auerroes enim ait, quærere an aliquid ſit ens, idem eſt, ac ſi quęramus, an id quod mente concipitur, exiſtat, & extra mentem reperiatur, ueluti ſi quæratur, an ma-
B teria ſit ens, quęritur an exiſtat. quibus conſtat, quòd ens ex parte ſubiecti, non eodem modo accipitur, neluti ex parte prædicati, nam primum, idem quod ſubſtantiam ſignificat, ex parte uero prædicati, ens primum entis ſignificatum refert, pariter manifeſtum fit, conſiderandi modum, cum re conſiderata non conuerti, immo in plus ſe haberi, at hoc in ſcientijs particularibus non inuenitur, in eis enim, aut in minus ſe habet, aut conuertitur. Neque tamen credendum eſt conſiderandi rationem, eodem pacto, principijs, affectionibus, atque ſpeciebus conuenire, ſed ratione diuerſa, quæ ordinem includit: ratio enim formalis, uti retro monuimus, aut uniuoca, aut analoga eſt, itaque primo, atque uere exiſtentia, in ſubiecto ſaluatur, ſubſtantia enim eſt, quæ primo, & per ſe exiſtit, & cauſa eſt, quare alia exiſtant. Cætera enim quicquã non ſunt, niſi ob ſubſtantiam. ens igitur hoc eſt ſubſtantia, prout ens, hoc eſt, prout exiſtit, ſubiectum eſt. Verum duo ſunt, quæ ſubſtantiæ prout exiſtit, per ſe conueniunt. Alterum enim eſt, quod ad eius naturam attinet, ntpote principia, & ſubſtantiæ cauſæ, prout exiſtit. Alterum affectiones, atque per ſe accidentia, quare ſubſtantia, quando ut exiſtit conſideratur, hæc duo de ea explicantur, principia, atque per ſe accidentia. Quòd uero hic ſit conſiderandi modus ratione, & authoritate confirmant. Modus conſiderandi eſt id quo ſcientia differt a ſci-
C entia, & qno omnia in ſcientia conſiderantur, ſed prima philoſophia a cæteris ſeparatur ſcientijs, quoniam quæ conſiderat, ut exiſtunt ſpeculatur, reliquæ uero ſcientiæ ſecus, hic igitur eſt eius conſiderandi modua. Hoc idem ex Ariſt. conſtat in primo, 4. 6. 11. & 12. diuinæ ſcientiæ, ubique enim aſſerit, ens prout exiſtit, primam philoſophiam conſiderare. Sed Auerrois opinio dubia eſt, primo, quoniam ratio rei ſubiectæ eſt conſiderandi modus, monet enim ipſemet Auer. 6. primæ philoſophiæ, & in epithomatibus logicis, & capite, ubi quales ſcientiarũ
demoſtrationes, & definitiones eſſe debent, exponit, modum conſiderandi, modo definiendi 4
ſemper reſpondere, quare ſubſtantiæ ratio, erit conſiderandi modus. Sed hic eſt, per ſe exiſtere, conſiderandi igitur modus erit, per ſe exiſtere. Rurſus ens per accidens, commode ab hac ſcientia conſiderari poſſet, quoniam ens eſt, iuxta primum ſignificatum, & omnia, quæ ſub modo conſiderandi, qui primæ philoſophiæ conuenit, continetur, ab eadem ſcientia conſiderantur. Demum ſecunda intelligibilia, ſeu intellecta cum extra nihil ſint, ab hac ſcientia conſiderarentur. quod Ariſt. non concedit, quemadmodum 6. & 11. primæ philoſophiæ conſtat.

Tertia opinio. *Cap.* 18.

D

CAEterum, nonnulli aſſeruere, huius ennntiationis intelligentiam eſſe ens inquantum ens eſt ſubiectum, ideſt unaquęque res conſideratur à diuino philoſopho ſub ratione propriæ quidditatis, & formæ, ſola enim prima philoſophia rerum omnium naturas conſiderat, cũ cæteræ ſcientiæ, non niſi de rebus accidentia ſpeculentur. Atque hoc ipſum, ex multis Ariſt. locis confirmare conantur. in prohemio enim primæ philoſophiæ, inquit, hanc ipſam ſcientiam, ſapientiam eſſe nuncupandam, eo quòd, de rebus omnibus ſit; quòd minime eſſet, niſi de cunctis rerum naturis diſſereret. Et 6. eiuſdem operis, duas inter hanc, & alias ſcientias, differentias conſtituit; prima eſt, quòd diuina ſcientia, conſiderat de ente uniuerſaliter, & quo pacto uniuerſaliter, ſe ipſum exponit philoſophus, inquiens, primnm philoſophum non conſiderare partem aliquam entis, quemadmodum mathematicns, qui ſolummodo qnantum, & naturalis philoſophus ens, quod naturale eſt, ſpeculantur, ſed conſiderat omne ens. Altera differentia, quòd aliæ facultates abſcindunt quandam entis partem, & circa hanc ſpeculantur ipſum accidens. Idem x1. huius, quando, inquit, methaphyſicum, ens quatenus ens, conſi-

derare, & quòd hæc non eſt alterius ſcientiæ, niſi primæ philoſophiæ, & quòd mathematicus, E
& naturalis, entis accidentia ſpeculantur. Rurſus quarto eiuſdem operis, ait primum philoſo-
pbum, dialecticum, & ſophiſtam, circa omne ens uerſari, & in ſexto eiuſdem, ait, alias ſcien-
tias, nullam omnino conſiderationem facere, de ipſo quod quid eſt, ſed ſola prima philoſophia
de ipſo diſſerit, & ideo, inquit; eiuſdem mentis eſſe, conſiderare ſi eſt, & quid eſt. & paulo
poſt, inquit, primam philoſophiam, eſſe facultatem omnium communem, quod fieri nequit,
niſi quia de rebus omnibus eſt. Alexan. etiam eodem libro, inquit, methaphyſicam conſidera-
re ens quatènus ens, & ſe exponens, inquit, quatenus poteſt cuiuſque rei quidditates explicare.
Sed neque horum ſententia rationi couſentit, ſi enim prima philoſophia, rerum omnium natu-
ras in particulari conſideraret, igitur & ſingularum rerum per ſe accidentia, quoniam eiuſ-
dem ſcientiæ eſt, principia ſubiecti & quæ per ſe ſubiecto inſuut, ſpeculari, uti primo Poſterio-
rum conſtat. Inſuper eiuſdem ſcientiæ eſt, quæſitum & medium, per quod de ſubiecto, quæ-
ſitum demoſtratur, ut ex eodem libro conſtat. atqui cum rei quod quid eſt, ut Ariſt. primo de
anima, & quarto phyſicorum ſit medium, quo per ſe accidentia de ſubiecto propter quid inſint
demonſtrantur, ſi ita ſcientia particularis rei per ſe accidentia conſiderat, ergo & quod quid eſt.
Conſimiliter ſi prima pbiloſophia quod quid eſt rei igitur rei per ſe accideutia conſiderat. De- F
inde quod quid eſt cou ſit rei natura, atque ſubſtantia, quemadmodum Ariſt. 7. metaphy. igitur
quod quid rei naturalis natura eſt rei uaturalis, atqui natura & ſubſtantia rei naturalis eſt cauſa
ut res naturalis ſit naturalis, igitur ad naturalem ſpectat quod quid eſt rei naturalis, & non ad
metaph. nam cõſiderandi modus in ſciẽtia unus eſt, & quo pacto ſubiectum ita principia, ſpecies,
& affectioues iu ſcientia conſiderantur uti retro docuimus. ergo cum naturalis philoſophus con
ſideret res naturales ut naturales, ergo & principia quo ita ſunt; at hoc principiũ earum eſt quod
quid eſt. igitur quod quid eſt rei naturalis ad naturalem pertinet. Cõfirmatur ratio ex Ariſt. x1.
metaph. primus philoſophus inquit, & ſi cauſas conſiderat, non ut entis materialis principia, ſed
ut entis. Quare cum quòd quid eſt rei naturalis ſit principium, quo res naturalis ſit naturalis, ergo
ita à metaphyſico nõ cõſideratur, ſed à naturali. Non minus horũ ſententia ab Ariſt. diſſentit, qui
in naturali philoſophia de naturis, rebuſq; naturalibus, & earũ quidditatibua diſſeruit, igitur de na
turis rerũ naturalium ad naturalem pertinet. Sed tẽpus eſt, ut eorum rationibus faciamus ſatis:
& accipiendum eſt, quemadmodum primo Poſt. monuit Auer. prædicata, quæ à primo philoſo
ſo conſiderantur, ueluti unum, multa, & conſimilia, poſſunt bifariam conſiderari, abſolutè, & ut
ad certum entis genus contrahuntur. Et primo modo, inquit, ad diuinam eorum conſideratiõe G
pertinere, ſed ſecũdo modo, ad naturalem, Ita de rerum naturis dicendum. Nam ſi quòd quid eſt,
abſolutè conſideretur, quo pacto principium eſt, quo res exiſtit, ita à metaphyſico conſideratur,
quemadmodum apertè Ariſtoteles 6. metapb. monet, quãdo ait, eiuſdem facultatis eſſe conſidera
re ſi eſt, & quid eſt, nam & ſi res ea ratione, qua exiſtit, à diuino philoſopho conſideratur, igitur &
principium quo eſt. nam hic conſiderandi modus non niſi primo philoſopho conuenit. Si uero
conſideretur quod quid eſt, ut ad definitam rem contrahitur, utpote ut eſt principium quo res eſt
talis, uti quod quid eſt hominis, eſt principium, quo homo eſt homo, ita hæc ipſa conſideratio, na
turali eſt propria. Quare abſolute quod quid eſt, non niſi à primo philoſopho conſideratur. cæ-
teræ uero ſcientiæ illud ſupponunt. nam ſupponunt res eſſe, quare principium quo ſunt, quem-
admodum vj. primæ philoſophiæ Ariſt. monuit, quare de omnibus rebus diuinus philoſophus di
ſputat, quatenus exiſtunt. quoniam in ſingulis rebus eſt ſubſtantia, quæ ut ſubſtantia eſt non ni-
ſi à methaphyſico conſideratur. Sed dubitabis, Ariſt. enim inquit, ſcientias particulares rerum
accidentia conſiderare. Sed ſoluitur, quoniam non abſolute hoc Ariſt. inquit, ſed inquit, quòd
cum certum genus entis conſiderent, ea quæ huic inſunt conſiderant, atqui conſiderare rem ut
eſt contracta, & determinata, eſt conſiderare, ut in ſe habet principium, quo talis eſt, ſed hoc H
principium eſt quod quid eſt, ergo Ariſt. non excludit quod quid eſt contractum à philoſopho
particulari conſiderari, quinimmo hoc aperte teſtatur.

Opinio propria. Cap. 19.

NOs uero conſiderandi modum, aſſerimus, rationem ſubſtantiæ formalem eſſe, conſide-
randi enim modus, ſemper definiendi modo reſpondet, quare ſubſtantiæ ratio, eſt con-
2 ſiderandi modus, quod plane Ariſt. monet, 6. huius, quando ait, ſe uelle manifeſtare,
quo pacto definitiones in naturalibus ſe habeant, ut inde naturalem ſcientiam, à reliquis ſepa-
ret, & diſtinguat. ſi igitur definitio ſeparat, & diſtinguit ſcientiam à ſcientia, definitio igitur
4 eſt formalis ratio, ut Auer. clarius eodem libro teſtatur, & in epithomatibus logicis, eo capi-
te, quod de qualitate faciendi demoſtrationes, & definitiones inſcribitur. Atqui ſubſtantiæ ratio,
eſt per ſe exiſtere, hic igitur eſt conſiderandi modus, ac ratio formalis. Id igitur quod uere eſt
prout

A pront per se existit, subiectum totius primæ philosophiæ erit. sed ea se offert dubitatio diluenda, quoniam tunc principia, atque eius quod est affectiones, ut existunt minime à prima philosoplua considerari possent, quoniam eis considerandi modus non conuenit. Sed dilui hæc dubitatio potest, qnoniam hic considerandi modus, etiam principijs, atque affectibus connenit, quamuis non eadem ratione, nam per se, & primo, non nisi subiecto, cuius merito cæteris conuenit, hæc igitur existunt quoniam aliquid eius sunt, quod per se existit, quemadmodum in naturali philosophia, est naturale, uidelicet habere in se motionis principium, sed hæc formalis ratio, hac eadem precise ratione, non conuenit principijs, & affectibus rei naturalis, sed quatenus huius aliquid sunt, utpote principia, non in se motionis principium habent, sed quatenus sunt causæ eius quod in se motus principium obtinet. nihil igitur impedit quin entis principia atque affectiones, ut existunt, a prima philosophia considerari ualeant, existunt enim hæc, quoniam eius quod per se existit, aliquid sunt; principia enim & affectus existunt, quoniam in eo sunt, quod per se existit, quemadmodum 9. primæ philosopiæ in aditu, his uerbis Arist. docet. Est igitur dictum de substantia, quæ quidem est, primum ens, & ad quod omnia prædicamenta « ipsius entis cætera reducuntur. ratione nanque substantiæ Quantitas, Qualitas, & cætera quæ «
B hoc pacto dicuntur, entia dici solent. Vniuersa enim substantiæ rationem habebunt, ut in prioribus sermonibus diximus. « Quod etiam 4. & 6. primæ philosophiæ docuit, quando monet, « primam philosophiam solam ens, prout ens considerare; nam reliquæ scientiæ sibi quandam entis partem abscindunt, naturalis enim philosophia substantiam naturalem: mathematica uero quantam substantiam contemplatur: sola ergo prima philosophia, id quod est, quatenus est, speculatur. Sed ut hæc magis aperta fiant, atque omnis dubitatio tollatur, exactius rem explicabimus. Docuimus itaque id quod est, puta substantiam, quatenus est, subiectum fore, ea enim uox in quantum, seu quatenus, latini omnes asserunt, quòd bifariam capi posiit, & ut eorum utamur uerbis, specificatiue, atque reduplicatiue: reduplicat uero quando id quod duplatur, causam tradit inhærentiæ prædicati in subiecto, quemadmodum, si dicamus, homo quatenus homo est rationalis. Interdum uero specificat, ut quando reduplicatum nullam largitur causam inhærentiæ prædicati in subiecto. Sed hi ab Arist. appertissime dissentiunt, Qui 5. primæ philosophiæ omnem reduplicationem asserit, causam inhærentiæ prædicati in subiecto tradere, cuins hæc sunt uerba. Omnino uero ipsum secundum quod, tot modis, quot causa existit. 23 « Simplicins uero in Arist. cathegorijs, cum de his, quæ ad aliquid sunt disserit, inquit,
C quod interest, inter quatenus, & inquantum, nam quatenus indicat prædicatum esse aliquam subiecti proprietatem, cum eo conuertibilem, uti homo, quatenus homo, est risibilis, sed si dicatur homo, secundum quod homo, est risibilis, falsa est, & ideo secundum quòd, inquit, indicare prædicatum ad subiecti naturam attinere, ceu homo secundum quod homo, est Animal. Hec quæ a Simplicio dicuntur, communi loquendi usui non consentiunt, quandoquidem secundum communem loquendi modum, idem significant. Nos uero ab his quæ Arist. 5. Diuinorum dicuntur, non recedentes, dicimus, huiuscemodi uoces inquantum, quatenus, seu secundum quod, semper reduplicare, atque causam inhærentiæ prædicati in subiecto significare, & proinde reduplicatio ita definienda uenit. Reduplicatio est, eiusdem terminibus in eadem propositione assumptio, causam indicans prædicati in subiecto. quare cum ipsum secundum quod, tot modis dicatur, quot causa existit, fit quòd cum quatuor modis causa dicatur, ut etiam reduplicatio quodlibet causæ genus indicet, interdum enim formam, interdum materiam, quandoque Agentem, uel finem. Quare, ut unde digressa est redeat oratio, quádo dicitur ens, quatenus ens, est subiectum, ea uox, quatenus, cum reduplicet, causam igitur indicat propter quam ens, subiectum dicatur. Et idcirco nonnulli ita exponunt. ens est subiectum, inquantum ens, hoc est,
D sua ratione communi qua ens est, uel ut alijs placuit, ens quatenus ens id est in sua uniuersitate sumptum, & hi Arist. uerbis innituntur 4. primæ philosophiæ, qui ait. Diuinam scientiam de ente quatenus ens uniuersaliter intendere, quasi uox uniuersaliter significet, ens in sua uniuersitate & in communi acceptum. 1 Cæterum nonnulli ex modernis hunc sensum arguunt, primo, quoniam prima philosophia, non esset difficillima cognitu, est enim de communissimo ente, quod primum, ex Auicenna, in anima imprimitur. Deinde esset uilissima, atque abiectissima, cum sit de communissimo prædicato. rursus fieret, ut felicitati contemplatiuæ, non deseruiret, multi enim sibi persuadent, hominis beatitudinem contemplatiuam, in habitu sapientiæ, qualis est Methaphysica, consistere, quare in communissimo ente humana beatitudo, si ita esset, quod ridiculum est, confiteri. Demum primam philosophiam non maiorem, exactioremque considerationem, & curam sibi de deo, & separatis substantijs sumeret, quàm de lapide uel uerme aut qualibet re uilissima, atque abiectissima. Substantiæ igitur separatæ, sub ratione communi tantum considerarentur, & non secundum propriam naturam. Sed hæc nullam habent efficaciam, nempe prima philosophia cognitu difficilima est, quoniam primas causas contempla-

tur.primæ enim causæ solæ à prima philosophia considerantur,quoniam seipsis principia substan E
tiæ sunt,ut substantia est,à quibus etiam suam trahit nobilitatem , cum earum considerandi mo-
dus nobilis sit . quod deinceps addunt in habitu Methaphysico felicitatem non consistere ; Nos
concedimus,quandoquidem in intuitiua substantiarum separatarum cognitione consistit. Scien-
36 tiæ enim speculatiuæ dispositiones sunt,ad felicitatem sequirēdam, nt Auerrois tertio de Anima
docuit. Soluitur postrema, atq; dicimus primam philosophiam substantias separaras non contē-
plari,ut entis sunt,sed ut aliquid entis, quoniam , ut principia entis, ut ens,sed non sunt entis, ut
ens principia, nisi quatenus primæ causæ sunt, quemadmodum ex Arist. quarto Methaphy. con-
stat,& idcirco Arist.docet,prædicata omnia,quæ substantijs separatis conueniunt,quatenus pri-
mæ causæ sunt,atque aliam cognitionem prima philosophia , uel alia speculatiua scientia, de sub-
stantijs separatis largiri nequit , quoniam exacta cognitio earum , utpote eas in suis naturis com-
36 prehendere,non currit,cursu scientiarum speculatiuarum,ut Auer. 3.de Anima docet.Hæc.n.cō-
templatio,ad intellectum felicem spectat.Et quāuis hæc nullius sint momenti,Nos tamen his nó
adhæremus,si.n.ens,in sua uniuersitate consideraretur,nulla ergo demostratio de subiecto primę
philosophiæ fieret,communia enim demonstrationem non ingrediuntur.Demum modus consi-
derandi , est ratio formalis rei , atqui ratio formalis,est propria rei . Sub ratione igitur communi F
ens non consideratur , si enim considerandi modus entis,est eius ratio,ergo non communis , sed
propria,& cum ente conuertibilis ratio erit,sub qua ens subiectum constituitur . Nos uero dici-
mus , uti retro docuimus,ens esse subiectum quatenus ens hoc idem significat,quòd id, quod exi-
stit,non sub alia ratione consideratur,nisi per propriam,& sibi conuenientem,utpote,ea ratione ,
qua ens,quare ratio propria entis,& cum ente conuertibilis,est causa,quare ens sit subiectum. Nē
pe prima philosophia hominem non absolute considerat, sed substantiam , quæ in homine est,nō
sub alia ratione,utpote non ut homini,est contracta,sed per rationem substantiæ , & ideo cum in
singulis rebus,substantia inueniatur,hæc non alia ratione , quàm per rationem substantiæ à prima
philosophia consideratur , quare ens consideratur , ut ens , hoc est,ut in se habet principium,per
quod est,uti ens,quatenus naturale,idem sonat, ut in se habet motus , & quietis principium , uti
Auer.in præfatione de physico auditu,ita ens,quatenus ens,hoc est, ut in se habet principiū , quo
existit,atq; hoc,principium , primum est, sola enim prima principia,rebus causæ sunt,quod exi-
stant , causæ enim secundæ ad rerum existentiam , non nisi , ut primarum causarum instrumenta
sunt,concurrunt.Res uero particulares,certam,atq; definitam speciem,sortiuntur, nōn nisi à cau
sis secundis,cum in effectibus producēdis,ab uniuersalibus causis,nulla proueniat distinctio , sed G
à secundis causis petenda est.Qualis igitur sit considerandi modus ex hijs constat.

De principijs uarie opiniones . Cap. 20.

SVbiecto itaque constituto,nunc de principijs inquirere iuuat.cuiusq; enim scientiæ subiectū,
principia habere retro docuimus.Verumtamen quæ hæc principia sint satis ambigunt expo-
sitores. Sunt .n. nonnulli , qui cognitionis tantum , principia diuinæ scientiæ subiectum
habere testantur. Principia enim alia cognitionis sunt,alia uero rei,atque existendi.Primæ philo-
sophiæ itaq; subiectam materiam principijs prorsus uacare , quæ rei uocantur , & dumtaxat,quæ
cognitionis dicuntur , obtinere asserunt . Sed quantum horum sententia à ueritate recedat , ex
his quæ retro docuimus,constare potest . Demonstrauimus itaq; scientiæ subiectum,non solum
cognitionis , sed existendi principia habere,alioquin subiectum non esset,quod pro subiecto sup
ponitur.Alij uero quatuor causas,utpote,materiam,formam,finem , & agentem , eius quod est ,
principia esse affirmarunt ; Verum quoniam causæ , aliæ uniuersales , & cunctis communes sunt ,
aliæ uerò singulis propriæ,de his omnibus primus disputat philosophus,prout eius quod est,qua H
tenus est,principia sunt,quod ex Aristotele confirmatur,qui primo huius , de omnibus disseruit,
siue primæ & uniuersales sint,siue propriæ,& x t. eiusdem operis monuit, primam philosophiam
consimiliter,& naturalem,quatuor causas considerare,discrimen tamen est,quoniam hæc,ut natu
talis,entis principia sunt,primis uero philosophia,ut eius quod est , principia . Sed horum senten
tia rationi non consentit,nam & si recte dicant,cum primas,& uniuersales causas, diuinam scien-
tiam speculari testantur , decipiuntur tamen, quando proprias , & particulares causas , iuxta pro-
priam earum naturam , diuinam philosophiam speculari affirmant . Nempe causæ singulis pro-
priæ sunt quibus res,cum certam,& definitam naturam sunt sortitæ, ob hanc à cæteris distinguun
tur,atqui existere,omnibus rebus commune est,quamuis non hoc, uel illud , hoc enim à propria
prouenit causa,causæ igitur propriæ,non sunt causæ rerum,prout existunt, sed quod tales sint, &
definitam habeant naturam , quare ad primam philosophiam earum contemplatio non pertinet .
Nonnulli uero alij, (quorum numero Auer.est)primas causas,principia esse opinantur, uerū quo
niam prima principia,quatuor sunt,utpote prima materia,prima forma,primum agens,atq; ulti-
mus

A mus finis, opinantur itaq; diuinam ſcientiam, ex quatuor primis cauſis, ſolummodo primam for-
mam, atque ultimum finem, conſiderare, reliquarum uero duarum, contemplationem ad natu-
ralem pertinere teſtantur. Huius opinionis fundamenta uaria ſunt, quæ in quarta diſputatione,
huius operis, patebunt. Sed horum opinio quemadmodum poſterius docebimus, neq; rationi,
neq; Ariſt. conſentit, quandoquidem diuina ſcientia, non tantum, ultimum finem, & primam for-
mam conſiderat, ſed etiam, primum agens, atque primam materiam. Primæ philoſophiæ intereſt
conſiderare cauſas entis quatenus ens, quemadmodum ex retro oſtenſis conſtat: At qui Deus,
ut primum efficiens, prima forma, atque ultimus finis, eſt cauſa eius quod eſt, prout eſt quo ſub
his tribus reſpectibus, à primo philoſopho conſideratur. Deinde diuina ſcientia, quemadmodum
ex Ariſt. ſecundo huius conſtat, demonſtrat in unoquoque genere cauſæ, eſſe ad primam cauſam
deueniendum, ergo prima philoſophia, omnia quatuor prima cauſarum genera conſiderat. Ad
idem cauſæ prioris, eſt effectus prior, ſed primum agens cauſa eſt omnibus ſimpliciter prior, quo
ſibi effectus prior reſpondet, huiuſmodi uero effectus, ipſum eſt exiſtere, quandoquidem in om-
ni effectu ipſum clauditur, & non uice uerſa, quo primum agens non niſi ipſius eſſe, cauſa eſt. qua
re illius cognitio primo ppiloſopho ſolum propria eſt. Ad hæc unius ſcientiæ eſt ſubiectum, &
B quæſitum quod de ſubiecto demonſtratur conſiderare, quoniam demonſtratio non tranſit, uti
primo Poſteriorum conſtat, atqui prima philoſophia, quemadmodum ex Ariſt. in 12. huius ope
ris patet, oſtendit primum agens eſſe ſempiternum, & immobile, ergo primum agens conſiderat.
confirmatur. diuina ſcientia conſiderat id quod eſt, quatenus eſt, pariter, & principia eius, ſed pri
mum agens, cauſa eſt, rerum, ea ratione, qua ſolum exiſtunt, non quod talem habeant exiſtentiam,
nam hoc à cauſis ſecundis ſortiuntur. ſi enim ad definitam rerum exiſtentiam primum agens con
curreret, à cauſa ergo uniuerſali diſtinctio in rebus, & diuerſitas proficiſceretur, quod minime
affirmandum eſt, nempe uniuerſalis cauſa eſt, à qua nulla in effectibus producendis prouenit ua-
rietas, ſed diuerſitas tota, à cauſis ſecundis petenda eſt: primi igitur agentis ſpeculatio primo phi-
loſopho propria eſt. Quod uero prima forma, & ultimus finis ab hac ſcientia conſiderentur, ipſi
confitentur, quod poſtea nos demonſtrabimus. Idem iudicium eſt, de prima materia; hæc.n. à
primo philoſopho conſideratur, cum ipſa quoq; cauſa ſit, rerum quod exiſtant quare eius cogni
tio ad diuinam pertinet. idem ex Ariſt. confirmatur, qui ſecundo huius, docuit in genere mate-
riæ non eſſe in infinitum progreſſum, ſed ad primam materiam eſſe deueniendum. Atq; hæc quæ
à nobis explicata hucuſque ſunt, Ariſt. quarto huius his uerbis confirmat, Quoniam autem prin-
C cipia, ſummaſq; cauſas quærimus, patet ipſas neceſſario per ſe, cuiuſdam eſſe naturæ, quod ſi, & hi
qui entium elementa quærebant, hæc principia quærebant, neceſſe eſt, & elementa, eius quod eſt,
quatenus ens, & non per accidens eſſe, quapropter & à nobis, entis ea ratione, qua ens primæ cau
ſæ ſunt ſumendæ. Ex his.n. liquido conſtat primas cauſas nullius alterius naturæ principia eſſe,
niſi entis ea ratione, qua ens, quare earum contemplatio, non niſi ad primam pertinebit philoſo-
phiam (quemadmodum in quarta huius operis diſputatione docebimus.)

Opinio propria. *Cap.* 21.

NOſtra itaq; opinio eſt principia eius quod eſt, quatenus eſt primas ſummaſq; cauſas eſſe,
quemadmodum primum omnium agens prima forma atq; ultimus finis & prima materia;
hæc enim cum alicuius naturæ principia ſint, non alterius eſſe ualent niſi entis prout ens,
quemadmodum quarto huius monuit Ariſt. & prohemio huius quando ſcientiæ diuinæ difficul
tatem oſtendit; aſſerit enim primam philoſophiam ea quę maxime uniuerſalia ſunt contemplari,
& quæ a ſenſibus remotiſsima ſunt: ſed quæ nam hæc uniuerſalia ſunt obſecro niſi primæ cauſæ
D atque prima principia? hæc enim cum a ſenſibus remotiſsima ſint cognitu difficillima ſunt, quem
admodum eo loco exponit Alex. & paucis interpoſitis inquit, oportet enim hanc priorum prin-
cipiorum & primarum cauſarum eſſe contemplatricē. 2. ēt huius in unaquaque cauſa ad primam
eſſe proficiſcendum oſtendit, quamquidem ſpeculatio minime ab Ariſt. fieret ſi primarum cau-
ſarum contemplatio primo philoſopho propria non foret. 4. etiam huius oſtendit primas cauſas
ſolum entis qua ens, non alterius naturæ eſſe, & ideo concludens, ait, quapropter, & à
nobis, entis ea ratione qua ens, primæ cauſæ ſumendæ ſunt, inſuper ea omnia loca nobis faue-
re aperte oſtendunt, in quib. Ariſt. cognitionē ſeparatorum primæ philoſophię aſcribit. Subſtæ.n.
ſeparatæ, non niſi, ut primæ cauſæ conſiderari à diuina philoſophia ualent; nam idem eſt, con-
ſiderandi modus, ſubiecto & principijs, ſi ergo ens, ut ens conſideratur a primo philoſopho,
ergo ſubſtantiæ ſeparatæ cum entis principia ſint, palàm quod, non niſi, quatenus entis prin-
cipia conſiderari poſſunt. Ex his itaque ſatis conſtare arbitror, primas cauſas, eius quod
eſt, quatenus eſt, principia eſſe.

Dubitationes diluuntur. *Cap,* 22. E

12 CAeterum, multa ſunt, quæ nobis obſtare uidentur, quorum primum eſt, ſi primæ cauſæ
eius quod eſt, principia ſunt, de his igitur primus philoſophus ſolum diſputabat, non
recte ergo ab Ariſto. factum eſt cum, de omnibus in dinina ſcientia, diſputat, cauſis. De-
inde x1. huius inquit, utrunque philoſophum, & diuinum, & naturalem, quattuor cauſas con-
templari, uerum diuinua, ut ſunt entis, nt ens, principia conſiderat, naturalis uero, non niſi ut
entia, quod in ſe motionis principium habet, contemplatur. Deinde in 7. & 8. huius, de ſub-
ſtantiæ ſenſilia principijs, diſceptatio fit cuius, non ſolnm primæ cauſæ ſunt, ſed etiam particula-
res, eam tamen contemplationem, diuinam eſſe conſtat, quare non ſolum primas, ſed etiam
ſingulares rerum ſenſilium cauſas, primus philoſophus contemplatur. Mox, ſi primæ cauſæ,
eius quod eſt, quatenus eſt, principia ſunt, non ergo naturalis philoſopus de primis cauſis diſ-
ſerere poteſt, nempe ea ratione qua ens, minimæ conſiderat; & quamuis hæc dubium pariant,
ſoluenda tamen ſunt. & ut à primorum ſolutione exordiamur, id ſcire licet, utrunque philoſo-
phum, & diuinum, & naturalem de quatuor cauſis diſſerere. primus enim philoſophus; quatuor F
conſiderat cauſas, quoniam primæ ſummæq; cauſæ ipſæ quoque cauſæ ſunt, quare, ut earum
exacta cognitio habeatur, quid unaquæque cauſa ſit, dignoſcere oportuit, cum ſimiliter, & eæ,
quas naturalis contemplatur, cauſæ ſunt, quare cauſatum cognitio ad naturalem quoque per-
tinebit. Quatuor igitur cauſas in ſe, & non, ut primæ, uel ſecundæ ſunt, uterque philoſophus
contemplatur, uerum conſiderandi modus ſecretus eſt: nam eorum quiſque ut ſubiectum ge-
nus exquirit, conſiderat: nempe primus philoſophua, eas contemplatur, ut illarum cognitio, ad
eius quod eſt, quatenus eſt cauſarum ſermonem confert; quoniam ita ſubiectum genua con-
templatur. Naturalis uero, ut rerum natura coſtantium cauſis, earundem cognitio opitu-
latur, quandoquidem ens, ut in ſe motionis principium habet, conſiderat. Diluitur etiam ſe-
cundum, atque fatemur 7. & 8. huius, de ſubſtantiæ ſenſilis principijs diſputationem fieri, &
hanc contemplationem diuinam eſſe. Verum ſubſtantia ſenſilis, ut Auer. prohemio eiuſdem
7. monet, non, ut ſenſilis eſt, conſideratur, ita enim eius cognitio naturali propria eſt, ſed ut
ſubſtantia eſt, atque exiſtit, quare de ſubſtantiæ ſenſilis principijs, ut ſubſtantia eſt, atque exi-
ſtit, diſputatio fit. & quoniam Platoni uiſum fuit, huiuſmodi principia eſſe ideas, proinde Pla-
tonis arguens ſententiam, oſtendit ideas hmôi ſubſtantiarum non eſſe principia, quinimmo, ni- G
hil prodeſſe docuit, cauſæ uerò, ob quas ſenſilis ſubſtantia, ſubſtantia eſt, atque exiſtit, pro-
priæ cauſæ non ſunt; ab his etenim cauſis, naturalis ſubſtantia definitam, particularemque ſolum
modo naturam ſortitur; quia cauſæ ob quas hæc ſubſtantia ſubſtantia eſt, prima ſunt cauſæ, nam
cauſæ priori, non niſi effectus prior reſpondet, eſſe uerò, primus eſt effectus, omnibuſque com-
mune eſt, quare eius cauſa, omnibus cauſis prior erit, quare primæ cauſæ ſenſilis ſubſtantiæ, ut
ſubſtantia eſt, cauſæ erunt. Et idcirco, non immerito huiuſmodi contemplatio diuino philo-
ſopho accomodata eſt. Sed quo ad poſtremam, attinet, ambiguitatem, dicimus naturalem
philoſophum, ex quatuor primis cauſis, duas ſolum contemplari, utpote primam materiam,
atque ultimum finem, nempe hæ cauſæ, non ſolum rerum, ut exiſtunt cauſæ ſunt, ſed ut de-
finitam ſunt ſpeciem ſortitæ, & huius rei ratio eſt, quoniam prima materia exiſtendi cauſa non
eſt, niſi ea ratione qua, formam ſubſtentat; ſicut Auer. ſecundo de phyſ. auditu monuit, forma
uerò naturalis, ut primæ inſtrumentum, eſſe rebus largitur, ut uero talis forma eſt, definitum eſ-
ſe præbet, & cum utriuſque materia capax ſit, merito eius conſideratio, ad utrumque philoſo-
phum ſpectat; quare ut ſimul cum forma, ipſius eſſe cauſa eſt, ita ad diuinum philoſophum per-
tinet, at uero, ut definiti eſſe principium efficitur, ita eius cognitio naturali ſit propria; uerum H
quoniam eſſe prius eſt, quàm hoc eſſe, ideo prima materia prius eſt, eſſe cauſa demum huius eſſe.
Ipſa igitur per prius, a diuino conſideratur philoſopho, a naturali uero, per poſterius. ultimus ue
ro finis rerum quæ natura conſtant, ut naturalea ſunt, cauſa exiſtit, & non ſolum, quod ſint,
nempe uniuerſæ res, non ſolum, ut exiſtunt, dei gratia operantur, ſed ut talem etiam habent
naturam; quoniam finis ultimus, id eſt, cuius gratia, omnia agunt, & ei quatenus poſſunt ſi-
millima fieri conantur. Sed hæc dubium pariunt, nam buiua cauſæ uninerſales, & cunctis co-
munes ſunt, a quibus, cum nulla proueniat ſecretio, definiti igitur effectus, cauſæ eſſe nequeunt.
non quo prima materia, atque ultimus finis, rerum, quæ natura conſtant principia eſſe ualent,
ſed ambiguitas hæc, ſolui poteſt, atque dicimua, ultimum finem, cauſam fore uniuerſalem, non
quoniã effectus utilis cauſa ſit, utpote ipſius eſſe, nam, ut 2. de anima Simpl. monet, finis nó eſt cã
abſolute ipſius exiſtentiç, ſed rei præſtantiam prębet, quare ultimus finis, abſolute non eſt rerum,
ut eſſe abſolutum ſortiantur cauſa, ſed ut nobile eſſe habeant, & idcirco fit, ut unico exiſtente
fine, plura, atque uaria ſint, quæ huius finem expetant, ſicut uno cibo exiſtente, uaria diuerſa-
que

A que animalia hunc eundem cibum expetentia esse possunt, quare ultimo fine existente, nihil absurdi est, si uaria sint, quæ eius gratia agunt, & sunt, atque ita uniuersalis causa rerum dicitur, quoniam causa est, ut res, quæ uariæ sunt ipsum expetant, at secus de prima forma, atque primo agente, hæc enim ipsius esse causa sunt, & ideo eorum consideratio diuino philosopho solum propria est, deus enim a naturali non ut primum agens est, spectatur sed ut primum mouens atque ut cælestis corporis forma, & anima, ac ut eius agens, & finis est. Nam sicut in his, quas de mundo conscripsimus, disputationibus, Deus est, forma, & quoquomodo agens, & finis animalis sempiterni, ut uero est forma, & uniuersale rerum omnium, quæ fiunt, agens a naturali, non consideratur, materia prima, nulli dubium, absolute considerata, quoniam nullius est de finiti effectus. Sed solum entis, a diuino tantum consideratur, ut uero a uarijs diuersisque formis contrahitur, quo pacto rei naturalis sit principium, & causa eius consideratio naturali philosopho propria est, sed hæc clariora fient, cum de substantijs separatis, disputationem faciemus. Quæ itaque eius quod est, principia sint ex, his satis constat. nunc eius affectiones sunt explicandæ.

De eius quod est affectionibus, diuersorum opinio. *Cap.* 23.

B

QVa in re neque Arist. interpretes consentientes sunt, nempe eorum nonnulli, ens affectionibus uacare asserunt, atque ea quæ entis affectus esse fingunt, enti synonima fore testantur: quemadmodum unum, bonum, res, & aliquid, & ne iniuste quempiam condemnare uideamur, eorum referemus fundamenta: ens enim quod subiectum esse statuunt, passionibus carere affirmant, quoniam affectio, ab eo cuius est, distinguitur, atqui unum, bonum & reliqua, ab eo quod est, non separantur. non ergo eius affectus sunt. nam quod ab ente separatur, est, non ens, quare nihil: fieri igitur nequit, ut hæc entis sint affectus, deinde si hæc eius quod est affectiones forent, secundum ordinem igitur enti inessent, plura enim atque diuersa, uni, & eidem, æque primo conuenire nequeunt, quare cum nullus ordo inter hæc esse possit, eius quod est, non erunt affectus. Cæterum quoniam uaria, diuersaque loca Arist. sunt, quę eis aduersari uidentur, ideo aiunt, id quod est, affectus habere, bifariã intelligi posse, aut per se primo, aut per se, non primo. itaq; ens per se primo affectus non habet, sicut ex retro rationibus manifestum faciunt, at bene, id quod est, affectus habet per se, non primo qui ei conueniunt, merito inferiorum, ut substantiæ & accidenti; nam passio, quæ per se primo substantiæ conuenit, est per se existere, accidenti uero, alteri inesse, hæc enti conueniunt, non primo, quamuis per
C se, consimiliter alij affectus sunt, qui speciebus eius quod est, competunt per se, & primo & harum merito enti. Arist. itaque, cum ait, se de ente, quatenus ens, loqui, deque his quæ ei per se insunt, recte inquit, non tamen dicit, quod primo enti affectiones insint, quare affectus qui eorum sunt, quæ sub ente continentur, eius quod est, affectus sunt, id enim quod est, iusta propriam naturam, affectionibus uacat; nempe unum, bonum, uerum, res, aliquid, sunt enti multiuoca; atque synonima. at synonima, in duplici serie sunt, alia sunt, quæ secundum ueritatem, ac de consueto modo loquendi, synonima sunt, uestis enim; & tunica, ita synonima sunt, alia uero sunt, quæ & si secundum ueritatem multiuoca sunt, de consueto tamen loquendi modo, non sunt synonima, atque ita unum, bonum, & cætera enti synonima sunt, cum omnium idem sit significatum, ex consueto tamen loquendi modo, synonima non sunt, consueuit siquidem, unum indiuisionem significare, quam ens significare non consueuit, quare si hæc synonima sint, non tamen, ut uestis, & indumentum. Hanc eorum opinionem, ex multis Auer. locis confirmant. Auer. primo moralium, bonum asserit esse, enti synonimum, & in 5. dispu. destru. ad 3. idem testatur, quod etiam 4. huius confirmat, cum ait, idem est unus homo, & ens homo, & non diuersum aliquid nisi secundum dictionem repetitam, homo, & ens
D homo, & unus homo, & subdit, palàm quod non separantur, nec in generatione, nec in corruptione, in eodem etiam 4. inquit, quoniam igitur unius inquantum unum, & entis inquantum est ens, æędem per se passiones sunt, sed non ut, numerus, aut linea, aut ignis, palàm, quia eiusdem scientiæ cognoscere, & quidnam sint, & accidentia ipsius, quare, his uerbis testatur eadem esse entis, atque unius affectiones, fieri igitur nequit, ut unum entis sit affectus, quare si hoc, affectus esse nequit, ergo neque reliqua, ex his itaque id quod est affectionibus carere concludunt. At horum sententia, & a ratione, & tandem ab ipso Arist. recedit; ens secundum quod ens, habet affectiones, ergo per se, & primo id quod consequitur, probatur, quoniam prædicatum secundum quod ipsum idem est quod prædicatum primum, atque hoc, per se prædicatum est, ut ex primo de demostratione constat, ergo si ens secundum quod ens, affectus habet, per se, igitur, & primo. insuper si ens merito inferioris affectio conueniret, ergo ex accidenti nam primo Post. Arist. monet prædicatum, quod superiori ob inferius conuenit, ex accidenti competere. Deinde ens secundum quod ens habet affectiones, ergo non ob inferius, nam

prædicatum secundum quod ipsum, uti ex eodem libro patet, est prædicatum quod cum conuersim de re prædicetur, sine medio ei inest. Si ergo sine medio, quo pacto ob inferius, ei quod est, secundum quod est, affectus insunt, non enim secundum quod ipsum. Ad idem, si id quod est, quatenus est, affectibus uacat, nulla igitur de eo demostratio fieri potest, quare quod subiectum supponitur, non esset subiectum, cum subiectum per se accidentibus subijciatur, quæ de eo demostrantur. Id quod consequitur probatur, quoniam prædicata, quæ demostrantur, sunt de omni, per se & primo, idest uniuersalia, uti ex primo Post. constat affectiones igitur enti ob aliud non conuenient, quoniam primo non conuenirent, & ita sillogismus demostratio non esset, nisi ex accidenti, uti eodem libro Arist. docet. Deinde errorem, & peccatum, cuius ibidem Arist. meminit, committeremus, nempe de ente affectiones demostramus, quæ ei non secundum quod ipsum, sed merito inferioris conueniunt, quare peccaremus. Non minus ab Arist. dissentiunt, quia quarto huius ait, diuinam philosophiam, scientiam esse, quæ considerat ens, prout ens, & quæ ei insunt per se, ex quibus ita ratiocinari pôt. Eo mô considerat entis affectus Arist. quomô ens ipsum, at ens, prout ens considerat, ergo ita affectiones prout entis, ut ens affectiones sunt, si ergo ob inferius, nô de affectib. entis, prout ens differeret, quæ ratio ita cô firmari potest, quo pacto eius, quod est, principia considerat, ita eius affectus, cum omnibus in scientia consideratis sit unus considerandi modus, at principia speculatur, non ut entis particularis sunt, sed ut eius quod est, quatenus est, ita ergo contemplatur affectus, quatenus entis, ut ens sunt. eodem etiam libro, inquit, unam esse scientiam, quæ ens, quatenus ens, & quæcunque per se insunt speculetur, si ergo ob inferiora affectiones haberet, id quod est, ergo alia esset scientia, quæ consideraret ens, ut ens; alia uero eius affectus. Nempe particularium rerum affectus scientiæ particulares considerant, cum una scientia sit, quæ subiectum, & proprias eius affectiones contemplatur. & ita diuina scientia ens, ut ens, particulares uero scientiæ, affectiones; non igitur una esset scientia, ut Arist. inquit. Demum Arist. ait, quod uti numeri inquantum numerus, sunt affectus, ita entis, ut ens, at numero sunt affectiones, quæ ei per se, & primo conueniunt, ita igitur ens, quatenus ens affectiones habebit. Satis igitur ex his constat, ens prout ens proprias affectiones habere. E F

De his, quæ enti, ut affectiones ascribuntur, uaria opinio. Cap. 24.

SED quænam huiusmodi affectiones sint, quæstio explicanda succedit, qua in re, uniformes Arist. interpretes, non sunt: eorum nonnulli, hæc utpote unum, bonum, uerum, res, & aliquid, non entis affectiones, sed potius ei synonima esse testantur, nempe affectio eius quod in re est, in re existere debet, & esse, suum, solum per mentis opus habere non debet. cum hæc itaque enti negationem superaddunt, quæ in mente esse habent, fieri igitur nequit, ut hæc eius quod est, sint affectus. Vnum enim duplicem dicit negationem. Siquidem est unum, id quod in se indiuisum est, & quod est à quocunque alio diuisum; aliquid etiam negationem dicit; cum unius entis ab alio separationem dicat. atqui, idem iudicium de cæteris esse asserunt. Si igitur hæc enti solum negationem adiungunt, eius igitur affectus esse nequeunt, si uerò Arist. interdum asserit, eius quod est, esse affectiones, ipsius uerba, sano sunt intelligenda modo; quoniam secundum famositatem affectus esse dicuntur. Alij uero hæc eius quod est, affectus esse, affirmant, & prorsus solum negationem unum significare negant, sed quid positiuum indicat; nam cum unum, & ens, eandem subeant naturam, ut Arist. dicit, puram ergo negationem non dicit, nulla namque negatio eandem dicit naturam, cum eo quod in re est. rursus negationem simpliciter indicat, pura igitur negatio esse nequit. Nos uero, hæc omnia, puram negationem solum exponere negamus; sed quicquid enti adiungunt extra mentis opus, & ut ab uno exordiamur eius ratio pura negatio non est, utpote a se indiuisio, & a quocunque quod non est ipsum diuisio, sed eius ratio, est sui ad se identitas. Id enim unum dicitur, quod sibi met idem est. Verum rationem hanc, negatio insequitur duplex: quam alij unius rationem esse affirmabant. Eiusmodi uerò negationes, ordine quodam, eius quod est insequûtur naturam. nempe prima negatio indiuisio est, quæ diuersitatis est negatio; secunda uero est secretio, á quocunque alio, quæ est identitatis negatio; & ita, cum interdum dicitur, unum negationem duplicem indicare, non ita intelligendum est, eam duplicem negationem, esse unius rationem; sed quod unum, ea duplex consequitur negatio. Aliquid uerò quod idem significat, quod aliud quid, negationem puram, quidam aiunt, indicare, puta eam, quam 2. unum significabat. Ens namque ideo aliquid seu aliud quid dicitur quatenus ab alio diuisum est, consequitur igitur aliquid, unum atque eius negatio, ex unius pendet notione; inde fit, quod si negationes solum in mente esse habent, aliquid non sit, uera entis affectio, nisi secundum famositatem; nam extra mentem non est, nisi id quod est. Sed his, nos non adhæremus, nam G H

cum

A cum ens, ut aliud quid mens considerat, ei negationem addendo, inquirimus an ens, est ita aptum negari, & fieri aliud, ut intellectus dicit, uel non, quod quidem dici nequit. Foret enim purum mentis figmentum, si uero ens aptum est, a mente aliud fieri;aliquid igitur quicquam ad extra respondet, utpotoentia aptitudo, secundum quam, ab intellectu ab alio negatur, sed aptitudo illa, quam indicat aliquid, negatio non est: ergo solam negationem, aliquid non indicat. Eius igitur quod est, affectio esse potest: uerum aliquid, actu in ente non reperitur, sed potestate. Est uero, actu, cum mens, id quod est, ut aliud considerat;& ita negationes, & priuationes, ut uere sentit Auer. actu non nisi, in mente sunt, in re uero potestate, eis enim aptitudo eius quod est, ad extra respondet. Res uero quod etiam eius quod est affectio, sit testantur: nam cum aliqua sunt, quæ conuertuntur, & non sunt synonima, necesse est, ut eorum alterum alteri sit proprium, atque definitio: cum itaque ens,& res conuertantur neque synonima sunt, igitur res, aut erit definitio entis, aut eius affectio; quare cum rationem non esse perspicuum sit, eius igitur affectio erit. Nonnulli uero alij ens inquiunt, in plus se habere, quam res: cum omnis res sit ens, & non uniuersa. Nempe secundo intellecta, entia sunt, non autem res. Ens enim; ab esse deriuatum est; ab essentia uero, res; sed secundo intellecta, essentia ca-
B rent; res uero, illam includunt. Quare eo quod est, res inferior est.

Propria opinio. *Cap.* 25.

NOs uero dicimus, rem enti synonimam esse, quod retro subiectum esse docuimus, quod id est, quod in re est, cum quo, rem conuerti ipsi testantur. Quare aut illius proprium, aut ratio, aut synonimum erit. Proprium uero esse nequit: nempe rem ab essentia deriuari asserunt. Quare erit entis synonimum, Nempe essentia principium est, quo res esse habet, quæ res est, quæ ab essentia esse habet. Ens uero, id est, quod habet esse, ergo à causa, & principio, quod dat esse, huiusmodi uero, causa, essentia est, uti ex eius ratione patet, cum dicatur principium quo res esse habet. Quare ens est, quod ab essentia fluit: igitur enti synonimum res est. Ita,ut ratio componatur, id quod fluit ab essentia, res est, at ens, ab essentia fluit; ergo ens res est. Quare res non entis affectio est, sed ei synonima. Cæterum uerum, quod cum ente conuertitur, non est, id quod falso opponitur: nam huiusmodi uerum, circa diuisionem, & compositionem uersatur, quemadmodum Arist. primo de interpretatione docet. Quare
C huiusmodi uerum, quod cum eo, quod est, conuertitur, est rei, & intellectus conformitas, seu æquatio, & similitudo, quemadmodum uerus gladius, dicitur, qui persimilis est gladij rationi, quæ in artificis mente consistit: ita & uerus homo:quare uerum, enti conformitatem adiungit. itaque uerum affectio est, eius quod est. Consimiliter bonum: nam & si uariæ diuersæque boni rationea ab Arist. habentur, una tamen est, quæ eius naturam apertè exponit. Ab Arist. enim uario, diuersoque modo bonum definitur, & prima ratio est, bonum id est, quod sua natura expetitur, & eius gratia alia expetuntur. secunda est, bonum est, quod omnia, quæ cognitionem, uel mentem habent, appetunt, uel si his uacarent, adhuc expeterent. Tertia uerò bonum est, quod habentem perficit, & alterius rei indegens non est. Quarta, bonum est, quod per se sufficiens est. Quinta, id bonum dicitur, quod non nisi bona producit, & conseruat. Bonum rursus,sexto dicitur, quod bona sequũtur. Denique bonum est, quod res interimit, bono contrarias. Itaque cum tot boni ab Arist. tradantur rationes,& unius rei unica sit definitio, fit ergo, ut solum una sit uera boni ratio. Et ideo, quæ eius uera ratio sit,explicandum est, nempe unica est boni ratio, cæteræ uero, eius sunt descriptiones. Atque uera boni ratio, hæc est, bonum dicitur, quod habentem perficit, & nullius indigens est. Cæteræ uero,
D de bono traditæ rationes, uim non habent, nisi ab hac. nam quod sua natura expetitur, ideo expetitur, quoniam cum ab expetente habetur, aut secundum totum, uel secundum partem perficitur, quoniam uel ad esse, uel ad bene esse appetentis confert. Consimiliter, & ea definitio ab hac uim suam trahit, quando dicitur, bonum est, gratia cuius, alia eliguntur; quod minime eligeretur, nisi, quoniam, appetena ab eo perficitur: pariter, & ea ratio bonum est, quod omnia expetunt. nempe, ideo ipsum uniuersa appetunt,quoniam eius meritò bene manent,& proinde animalia excupiunt, quoniam cum id sunt consecuta, se bene habere putant; quamuis decipiantur; unica igitur est, boni ratio: cæteræ uero descriptiones, sunt, quæ ad iam traditam referuntur, cæterum, hæc ratio, non est exquisita, uti, & rerum compositarum rationes, uelutihominum, cum quoniam bonum res simplex est, tum etiam, quoniam uox analoga est, ratio tamen hæc respectu boni optima est; quoniam eius naturam nobis indicat. Ex his itaque satis constare arbitror, bonum enti quicquam addere, utpote perfectionem. quæ igitur ex his, quæ transcendentia nuncupant,sint, eius quod est, affectiones, quæ uero ei synonima, explicatum est; quo uero pacto ab ente separantur, nunc explicare succedit. Hac itaque ratione ab eo

quod est, separantur; non ita quod per opus intellectus solum distincta sint, sed ratione, hoc E
est definitione; nam alia est eius quod est ratio, alia uero boni, ueri, unius, & ad aliquid ratio; nam & si hæc ens, & eius rationem includant, non tamen ens horum includit rationem, cum exacte ens percipi posit, nullo horum percepto, ens uero, atque eius ratio, in horum cadit definitionem, quoniam cum hæc sint eius quod est, affectus, ens igitur, suaque ratio in eorum rationem cadunt; quemadmodum Arist. primo Post. docet. affectus .n. rei, prædicata sunt, quæ per se secundo modo rei insunt, & hæc ea sunt, quæ cum de subiecta re uerificantur, res subiecta in eorum cadit definitiones, quare quo pacto ab eo quod est, separentur constat. Sed ut aperte eius quod est affectiones fiant, paulò altius exordiendum est. Eius quod est affectus, alij sunt simplices, alij disiuncti, & oppositi, rursus alij solum ei quod uere est conueniunt, alij uero, & ei quod uere est, & eius etiam nonnullis proprietatibus, atque principijs; demum quidam sunt, qui enti in se, aliqua uero qui eidem in respectu ad mentem conueniunt: sunt uero simplices affectiones, unum, & hæc non est unum numero, quod in genere quantitatis collocatur, neque quod multitudini apponitur: namque multitudo dicitur una, atque unius rationem suscipit, illius uero, quod cum ente conuertitur: est enim multitudo eadem sibi met, quæ unius ratio est. Hinc eorum liquet error, qui dicunt unum de multitudine uerificari, eius autem ratio, minime F
prędicatur; hoc enim ridiculum est asserere; nam ut ex Arist. regula in ante prædicamentis arguamus: quando alterum de altero prædicatur, ut de subiecto, quæcunque prędicantur de prædicato, etiam de subiecto prædicatur: quare cum unius ratio, de subiecto prædicatur, & unum de multitudine, ergo & unius ratio, de eadem dicetur: deinde de quo alicuius ratio negatur, & id ab eodem denęgabitur: quare si unius ratio de multitudine remouetur, ut ipsi aiunt; igitur unum; quare aliud est unum, quod cum ente conuertitur, & quod multitudini opponitur, quare tria sunt unius significata, unum numero, quod in quantitatis genere est, & multitudini, quæ ex continua quantitate ortum trahit, opponitur; secundum unum est, quod naturarum, uel aliarum rerum multitudine opponitur, postremo unum, quod cum ente connertitur & hoc simplex affectus est, eius quod est, sicut bonum, uerum, aliquid; hæc itaque primum ei, quod uere est conueniunt, ut substantiæ; deinde in accidente reperiuntur; nam si hæc ens insequūtur, & cum eo conuertuntur, ut igitur res se habent, ut sint, ita ut unæ, ueræ, bonæ, & aliquid sint, cū itaque ob substantiam, accidentia sint, id quod sint; ergo eis ob substantiam hæc conuenient: deinde prædicata, quæ causæ, & causato conueniunt, inter quæ, nexus est essentialis, eadem ratione, non conueniunt, sed ut prædicata unius ad unum, uel ab uno, atqui unum, uerum, aliquid, & bonum ei, quod uere est, atque cæteris cathegorijs, conueniunt, quæ à substantia causatæ sunt, ergo eadem ratione non conueniunt, sed ut accidentia à substantia fluunt, ita hæc per substantiam eis iure conuenient: sunt etiam simplices affectus, quantitas, qualitas, relatio, & reliqua, nam affectus isti dicuntur, qui omni soli, & semper conueniunt, cum hæc omni substantiæ compositæ, conueniant, & soli semperque in ea spectentur, eius igitur affectus erunt, quibus patet eā quatuor et quod uere est, & eis, quæ eius quod uere est, affectiones sunt esse affectus; uerum his non competunt, nisi substantiæ merito, quemadmodum explicatum est. insuper, & hæc principijs competunt, quoniam eius quod est, quicquam sunt, ut puta; Deus, unus, uerus, bonus & aliquid dicitur, quoniam principium est, eius quod uere, bonum, uerum, & aliquid est; quæ igitur simplices sint eius quod est affectiones docuimus, nunc quæ sunt oppositæ, & disiunctæ, explicandum est. sunt autem hæc unum, & multa, idem, et diuersum, hæc enim ad eius quod est, naturam non pertinent, in omnibus autem reperiuntur, quod sane affectionis entis naturam indicat, ab eodem uero, & diuerso, ut à maximo fonte, quatuor oppositionum genera oriuntur, quorum primum, contradictio est, secundum priuatio, & habitus; tertium contrarietas; quartum oppositio relatiua; rursus necessarium, et contingens, eius quod H
est, affectiones sunt, quæ uero eadem ratione ijs insunt, in quibus reperiuntur, sed se habent ut uox unius ab uno, & ad unum, hæc enim eius quod est affectiones sunt, quoniam quicquid est, aut necessarium, aut contingens est; actus, & potentia; cum entis naturam non indicent, & in cunctis sub disiunctione reperiantur, erunt igitur eius quod est affectiones. Cæterum præter has enarratas affectiones genus, & species, demostratio, & difinitio, cæteraque huiusmodi generis à logica facultate considerata, eius quod est, affectus sunt; quare arguendi hi sunt, qui genera, & species suam uim tantum in anima habere contendunt, consimiliter demonstrationem & definitionem. maxime enim hallucinantur. forent enim pura figmenta: quare aliquod esse ad extra eis respondebit, secundum quod quidem esse, à diuino cognoscuntur, & ideo inter eius quod est affectiones collocamus, uniuersale quoque & singulare affectiones sunt, est enim uniuersale eius quod est affectio, ut sub mentem cadere aptum est, singulare uero, ei quod est, accidet, ut extra mentem collocatum est finitum, & infinitum, etiam in entis affectus connumerant; postremò totum, & pars, quemadmodum ex 4. diuinæ scientiæ apertum est.

A

Ei quod eſt affectus eiuſmodi ordine quodam in eſſe. *Cap.* 26.

SEd an ordine enti inſint dubium eſt, ſunt quidam, qui nullum inter eius quod eſt, affectio-
nes ordinem ſtatuunt; nam ſi inter eas aliquis foret conſtitutus ordo, cum talis ordo aeciden
tarius non ſit, ſed eſſentialis; hic cum duplex ſit, alter cauſæ, ut cum prius poſterioris eſt cau-
ſa, alter uero, prædicationis eſt, ut cum prior affectio, de poſteriori prædicatur, & non econtra,
uti animal reſpectu hominis ſe habet; ſecundus uero ordo inter eas nō eſt aſsignandus, cum huiuſ-
modi affectus ſint, æque, & inter ſe, & cum ente coouertibiles. Quare ordo prædicationis inter
hos affectus non erit, neque etiam ordo cauſæ: quandoquidem prima, poſterioris cauſa non eſt;
nam aut merito ſubiecti entis, cauſa foret, quod dici nequit, quoniam in earum quaq; ens inclu-
ditur: quare eius merito nou magis una, quàm alia cauſa erit, aut merito propriæ naturæ, utpote
unam ſua natura, ſit cauſa, quod diei oequit, quoniam eius natura negatio eſt, quæ nullius cauſa
eſſe poteſt. Non ergo unum, aliarum, paſsionum cauſa erit, quæ ratio confirmari, ita poteſt, affe-
ctiones fluunt, atq; cauſantur, ex ſubiecti, & rei principijs, cum itaq; nulla entis affectio, eius cau-
B ſa ſit, nulla igitur affectio alterius cauſa eſſe ualet: ad hæc, unaquæq; paſsio eadem generatione,
& corruptione cum ſuo ſubiecto oritur, & aboletur, ergo una altera prior paſsio, eſſe non poteſt;
ſolum enim ſubiectum ſuis affectionibus prius natura eſt, quoniam in eo ſuſcipiuntur, at cum paſ
ſiones æque primo ſubiecti ortum inſequantur; nulla igitur affectio, alia prior eſſe poteſt. Ex his
itaq; eoncludunt, entis affectus nullum ordinem inter ſe habere, ſed omnes æque primo enti ineſ
ſe teſtantur; etſi aliquis inter has affectiones, ordo fingi poſsit, non niſi, quo ad nos, quatenus, ra
tione diuerſa, altera alteri pręponitur; nam quæ ordine quodam uni, & eidem ſubiecto inſunt,
ſemper prius, poſterioris cauſa eſt. Cum itaq; prior affectio, poſterioris cauſa non ſit, non igitur
ordinem aliquem, quo ad naturam inter ſe retinent. Non nulli uero alij, eius quod eſt affectus
ordinem inter ſe teſtantur habere. nempe prima eius quod eſt affectio unum eſt, quoniam ei ma-
gis intimum eſt, atque ita eum ente ſe habet, quod idem cum ente eſſe uidetur, & de ente, & uno
Ariſt. loquitur, ac ueluti unum, & idem eſſent, ſicut quarto diuinorum docet; eadem, inquit, ſunt
partes eotis, & unius, & x 1. eiuſdem nihil refert, omnia entia, deducere ad ens, & ad unum, ſecun
da uero affectio, uerum, tertia bonum; nam mens, cuius obiectum eſt uerum, natura prior uolun-
tate eſt, cuius obiectum eſt bonum: Voum itaq; cum ſit, prima entis affectio, de ente demonſtra-
C ri oequit, cauſa eſt, quoniam medium nullum eſt, per quod, de ente, uoum demonſtrari poſſet, cū
nulla entis affectio ſit, uno prior; cæteræ uero affectiones, de ente commodo demonſtrari poſ-
ſunt, de eo, quod eſt, utpote per unum, ita ut ratio componatur, omne, quod eſt unum, eſt uerum,
at ens, uoum eſt, ergo ens uerum eſt; deinde per uerum, de ente bonum demonſtrant, quod uerum
eſt, bonum eſt, ens eſt uerum, ergo bonum; ſunt enim unū, & uerum, affectiones priores: & ideo
medium eſſe ualent, per quod poſteriores affectiones demonſtrari queunt; atque eiuſmodi de-
moſtrationes propter quid, eſſe teſtantur. Sed cum iſti duo affirment, quo ad ſecundum, omni-
no ab eis diſſentimus, nempe per priorem affectum, poſterior demonſtrari nequit, nam demon-
ſtratio omnis, quemadmodum Ariſtoteles in anal. poſt. monet, ex propoſitionibus conſtat, quæ
prædicata per ſe ineludunt; atqui, cum affectus de affectu prædicatur, nulla prædicatio per ſe fit,
cum neque prædicatum ad ſubiecti naturam attineat; oeque uice uerſa. Prima itaque propoſitio
nullam per ſe prædieationem claudit: quare non ſolum demonſtratio cauſæ tantum erit, ſed ne-
que penitus demoſtratio, ratio ea cenſenda eſt, in qua altera affectio, per alteram probatur; at-
que hoc primo de demooſtratione Auer. confirmat, cum inquit, ſi poſterius, per poſterius pro- 99
betur, tales ſillogiſmi non ſunt demonſtrationes; quoniam propoſitio, quæ ex termino maioti, &
medio conſtat, oullo modo per ſe eſt: quemadmodum hæc, quam iſti maiorem præpoſitionem
D inſtituunt, omne unum eſt uerum, neque enim prædicatum ad ſubiecti, utpote, ad unius naturam
pertinet, neque uice uerſa. Peñes hoc igitur, à ueritate recedunt; quare cum quæ alij ſenſerint, do
cuerimus, propria nunc afferenda eſt ſententia.

Propria opinio. *Cap.* 27.

VArias, diuerſaſque eius quod eſt affectiones eſſe retro docuimus: has enti ordine quodam
ineſſe exiſtimamus: namq; primæ affectiones ſunt trium accidentium genera, ut quanti-
tas quæ primum ſubſtantiam concomitatur, qualitas, ſecunda, tertia relatio; reliqua enim
accidentiū genera ad hæc tria reducuotur ſicut agere, & pati ad qualitatem, ſitus habere ad rela-
tionem ubi, & quando, ad quantitatem: tria igitur hæc accidentium genera primum enti inſunt;
quoniam cæteræ affectiooes quoquo modo, & horum affectus ſunt; atqui ſubiectum prius eſt ſua
affectione; ergo hæc primum enti accidunt. Succedunt deinde ea quæ tranſceodentia uocan-

tur; inter quæ unum prius est omnibus, sicut ex unius ratione patere potest: quod etiam Auic. E
& diuus Thom. confirmant; & quamuis ordo inter affectus hos sit non tamen credendum est
quod sit prædicationis ordo, aut causæ, ita quod prima affectio, ut unum reliquarum causa sit,
quandoquidem omnes cum ente eadem generatione, & corruptione oriuntur, atque corrum-
puntur, quemadmodum priores dixere; sed quoniam ratio unius prius est apta ab intellectu con
cipi, quam cæterarum affectionum rationes, quinimmo earũ nonnullæ unius rationem supponun
tur: cum enim mens rem, ut unam apprehendit, deinde eam ut aliquid apprehendit primum mens
rem intelligit: quod eadem sibimet est: deinde quod ab alijs diuersa, atque hoc est rem, ut aliquid
concipere; hæc enim est ipsius aliquid ratio; succedit deinde ueri notio; nam qualis est inter men-
tem, & uoluntatem ordo, talis erit inter propria earum obiecta: prioris enim & uniuersalioris po-
testatis obiectum prius, & uniuersalius est, atqui intellectus prior, & uniuersalior uoluntate est:
quoniam non fertur uoluntas, nisi in præcognitum; uerum igitur quod mentis est obiectũ prius
est in apprehensione quam bonum quod uoluntati obijcitur; quare hæc inter se ordinem habent,
non quoniam eorum aliquod enti primum insit, sed quoniam ita à natura sunt constituta; quod
aliud alio concipi est aptum. sed quis ambigere posset, sint ne eiusmodi affectus de eo quod est
demonstrabiles, quod nos diluimus, & fatemur huiusmodi affectus de eo quod est posse demon- F
strari atq; bifariam, & per rationem cuiq; affectioni propriam, atq; per eius quod est, principia,
cum entis affectus ex eius fluant principijs. & ut rem exemplis ante occulos ponamus accipiatur
unius ratio, quæ omnium consensu hæc est, quod sit à se indiuisum, & à quocumq; alio, ex hac ipsa
difinitione; ita demonstratio componi potest: id quod in se indiuisum est & à quocunque alio,
quod ipsum non est, unum est: cum ita ens se habeat unum igitur ens erit, hæc simplex est demon-
stratio; quoniam per eam non solum unum enti inesse scimus; sed etiam causam cur insit: ita
etiam de singulis affectibus dicendum, idem etiam per substantiæ, atque eius quod est rationem
ostendi potest, id quod per se existit, & alterius auxilio non eget unum est, sed quod uere est ita
se habet: ergo id quod uere est unum est: prima propositio ex eo patet; nam si ens uere, & propriæ
substantiæ est, ut retro docuimus, & ratio substantiæ hæc est, ergo cum uno hęc conuertitur: nam
si ens quod non nisi substantia est cum uno conuertitur; ergo, & ratio eius cum uno conuertitur:
patet itaq; eius quod est, affectiones demonstrari posse; constat etiam demonstrationis modus, &
hęc de eius, quod est affectionibus dicta sint satis; quæ uero in oppositum, obiecta sunt de facili
soluuntur, & ad ea, quæ ex Auer. obijciuntur, quod cum uarius Auer. esse uidetur dicendum ta-
men est, cum ait, unum esse enti synonimum id non ex sui animi sententia dicere, sed iuxta aliorũ G
potius opinionem, quod quidem Aris. facere consueuit, & præcipue, ubi non est proprius disputa
tionis locus; quo uero pacto entis affectus entia dicantur; ex retro dictis constare pôt, quoniam
iuxta alterum entis significatum, quatenus extra nihil sunt; quare non uere entia uocantur.

De subiecto principali, prima opinio. *Cap.* 27.

HVcusq; de subiecto totius, seu adæquato disseruimus, nunc uero, de principali disputandũ
erit, de quo controuersia est apud peripateticos, nonnulli, quorum, Auer. est, genus forma
rum, quæ à materia prorsus separatæ sunt, huiusmodi subiectam materiam statuunt; atque
Vltimo. huius opinionis, primum fundamentum ex Auerr. habetur primo phys. qui Auicen. arguens, asse-
rentem, diuinam scientiam, substãtiarum separatarum esse, demonstrare posse, ita argumentatur:
Nulla scientia, neque uniuersalis, neq; particularis, demonstrat suum subiectum esse; at substantiæ
separatæ, in prima philosophia subiectum sunt, in ea igitur, quod sint demonstrari nequeunt, at
constat, quod totius subiectum non sunt; erunt igitur subiectum nobile. Deinde, nobilissi-
mum inter considerata, est subiectum principale, sed in diuina philosophia, inter cõsiderata, nobi H
lissimum, substantiæ à materia abiunctæ sunt: huiusmodi ergo substantiæ, subiectum præcipuũ
erunt. Iam uero, quo scientiæ mutuo separantur, subiectum est, sed per huiusmodi substantias
prima philosophia ab alijs scientijs separatur, sicut 6. huius constat: tales itaque substantiæ, sub-
iectum erunt, & cum adæquatum subiectum non sint, erunt principale subiectum. Arist. etiam
his opitulari uidetur, qui in huius uoluminis præfatione testatur, hanc sapientiam primas cau-
sas, primaque principia speculari, quæ non nisi huiusmodi substantiæ esse ualent, Adhuc, scien-
tia, aliqua plura considerans, quæ ad unum primum referuntur, hoc primum, tamquam sub-
iectum præcipuũ considerat: hoc enim subiectum principale significat, sed prima causa, idest,
ad quod omnia referuntur, maxime ergo de prima causa, diuina scientia considerat. Sed huius
opinionis fautores, maxime decipiuntur, & primo retro docuimus, subiectum principale, esse
totius subiecti, præcipuam speciem, & ut inter species prima intendatur, & reliquarum cogni-
tio ad hanc referatur: atqui substantiæ separatæ, nullo modo partes entis, quod subiectum totius
esse docuimus, sunt; nempe compositæ essent, quandoquidem substantiam ex materia forma-

A que conflatam, subiectum esse monuimus, non erunt ergo substantiæ abiunctæ subiectum, ne-
que partes subiecti. Deinde cognitio eorum, quæ in hac scientia considerantur, ad harum sub-
stantiarum notionem, non refertur, principiorum enim cognitio, ob aliud est, sicut 4. huius
constat; substantiæ uero separatæ eius quod est principia sunt, earum igitur notio, ob aliud erit,
utpote, ob eius qnod est cognitionem: quare si eiusmodi substantiæ conditionibus uacant, quæ
ad præcipuum subiectum pertinent, nullo igirur modo subiectum nobile erunt. Deinceps sci-
entia unaquæque, eo modo, quo sunt, res contemplatur; nam si alio modo, quam earum ex-
poscit natura cosiderentur, figmentum scientia foret. Sunt uero substantiæ diuinæ, causæ en-
tis; igirur a diuina philosophia, non nisi, ut entis principia considerari possunt, quare species en
tis, esse nequeunt, sunt enim hæc in scientia distincta, principia, subiectum, species, & affe-
ctiones: demum idem suimet causa esset; principia namque subiecti, specierum sunt quoque
causæ, quare idem principium, & subiecti species esse nequit; sunt uero, substantiæ diuinæ, uti
retro docuimus entis principia. Si itaque subiectum principale forent, entis essent species. Qua
re suimet causa essent, ex quibus eorum fundamenta dissolui possunt, & quod ad primum atti-
net, non absolute inter considerata, nobilissimum est subiectum præcipuum. Sed subiecti no-
B bilissima species, ad quam cæterarum notio refertur, præcipuum subiectum est, itaque eius
quod est, substantiæ diuinæ species non sunt, non ergo primum subiectum esse nalent: rursus
earum cognitio sd eius quod est notionem refertur; nempe ideo considerantur, ut eius quod
est exactam habeamus notitiam, quæ principijs non cognitis haberi nequit, sed solutio dubium
habet, nam etsi deterius ad nobile refertur, nobile uero gratia deterioris non est; igitur fieri
nequit, ut substantiæ separatę gratia eius quod est, sint; sunt enim eiusmodi substantiæ nobi-
lissimę inter quas Deus est, qui cum rerum omninm finis sit cunctis præstantia præfertur. Sed
diluitur dnbitatio. namque fieri potest ut res aliqua in se nobilissima sit, cum tamen alteri confer
tur neque ut res nobilis neque ut finis habetur. Rursus scientis seu speculantis finis duplex est,
alter est speculantis per scientias speculatiuas, atque huius finis est rerum per suas causas notio-
nem habere, sicut, naturalis philosophi finis est, rerum quæ natura constant per suas causas no-
tio, ita diuini philosophi finis est, eorum quę sunt per suas causas scientiam habere. par iudicium
de mathematico habendnm est, alter uero speculantis finis est eiua qui per scientias speculatiuas
non contemplatur, utpote hominis felicis, qui ob menté in se consistentem, et nó extra progres-
sam specnlatnr, quæ quidem cognitio, ut Auer. 3. de anima monet non currit cursu scientiarum
C speculatiuarum; huius itaque speculantis finis est substantias diuinas noscere, ut in suis naturis
consistunt, ex his solutio constat; nam licet dininæ substantiæ nobilissimæ sint et absolutæ re-
rum fines; ab homine tamen per scientias speculatiuas sciente pro fine non habentur, quoniam
eas contemplatnr, nt rerum principia sunt: quare ut ad plenum dubio faciamus satis, res nobi-
lis primo gratia deterioris non est sed uice uersa res se habet. secundario tamen nihil absurdi se-
quitur, rem nobilem ob deteriorem esse; quemadmodum Auer. in disput. natu. docet; quare
cum substantiæ diuinæ à speculante per scientias speculatiuas non nisi ut causæ considerétur pos-
sunt igitur ad res deteriores referri. diluitur etiam secunda, & scientiarum secretio non nisi ex
modo considerandi fluit, quoniam eadem res à scientijs diuersis considerari potest uti patet de
geometra, & naturali, qui magnitudinem cósiderant; modus igitur considerandi est qui separat,
ita substantiæ separatæ absolutæ non separant primam philosophiam à reliquis; sed si eis consi-
derandi modus addatur; ita ens diuinam philosophiam separat: quare ab utrisque separatio di-
uinæ philosophiæ haberi potest: idcirco inserendum non est diuinas substantias subiectum esse,
quoniam diuinam scientiam ab alijs distinguunt, quod demum ex Arist. obijcitur, aperta solutio
est, quoniam confitemur primam philosophiam primas causas, primaq; principia speculari non ta
D men ut subiectum, uel species subiecti: nam si principia sunt, non nisi ut priucipia considerari pos
sunt, inde fit ut aliorum notio ad primarum causarum cognitionem non referatur, sed uiceuersa
res se habet, cum primæ causæ non nisi ob eius quod est notionem considerentur,

Secunda opinio. *Cap.* 29.

ALij uero substantiam præcipuam materiam esse defendunt, & primum Arist. utuntur, qui
quarto huius inquit ubiq; uere, & propric primi est scientia, atq; hoc primum substantiam
esse testatur. Materia igirur præcipua substantia est. Hoc idem hac ratione confirmant,
præcipua subiecti adæquati species subiectum principale est: ut uero substantia est entis nobilissi
ma species: quare & primum subiectum substantia erit. Sed hi etiam falluntur. Nam partis subie-
ctum idem cum totius subiecto esse nequit; atqui retro monuimus substãtiam huius scientiæ esse
adæquatum subiectum: ergo partis materia esse non potest. Quod uero ex Arist. obijciunt, nobis
maxime fauet: quandoquidem primum in arte, & sententia consideratum totius subiectum est,

nempe eius gratia species,principia, atq; affectus speculantur,quoniã ut subiecti exacta habeatur notio:primum igitur in scientia consideratum,totius subiectum est. Quod uero interpretes principale subiectum nuncupant nō dicitur absolute primum,sed inter subiecti adæquati partes:cum itaque substantia,sit id quod uere est,cætera uero potius non entia quàm etiam uocentur: Non igitur subiectum primum,ut ipsi aiunt esse potest:cum sui ipsius pars nequeat, quæ cum explicata sint tempus est propriam afferre opinionem. E

Propria opinio. Cap. 30.

NOs itaq; principale subiectum, quod inter partes subiecti primum est, substantiam cælestem esse.monemus.sunt.n.duæ substantiarum species,quarum altera est quæ ortum,& interitum patitur,altera uero sempiterna est,quemadmodum diuinum,& orbiculare corpus. quare cum nobilissima totius subiecti pars sit præcipua materia,diuinum uero corpus nobilissimę substantię pars est ;& alterius partis notio ad hanc referatur. Nemo igitur ambigere debet quin huiusmodi corpus subiectum principale non sit. De ambabus itaq; speciebus, Arist.in diuina sciētia disputat atque primum de ea quæ ortum patitur,hæc enim magis in promptu est,& eius notio ad alterius substantiæ cognitionem ducit.De qua duo manifestat principia eiusq; affectus. Exorditur uero huius substantiæ contemplatio à septimo libro: quoniam in prioribus libris de his quæ ad subiecti totius notiam pertinent fit disceptatio ; in 7. enim & 8. de huiusmodi substantiæ disputat principijs. Verum quoniam Platoni uisum fuit ideas esse rerum, quæ intereunt principia;proinde eo libro Platonis refellit ideas, docetq; indiuiduum eiusdem speciei alterum generare.In 8. uero,quæ cum in 7. tum etiam in 4. non tamen omnia, quoniam esset eadem rursus disputare,sed nō nulla reperi t:atq; in pauca colligit.In 9. uero & 10.de eius affectibus,nempe in 9.de actu,& potentia ut in substantia caduca reperiuntur: quamuis aliter de potentia, & actu loquatur,quæ in sempiternis sunt. In x.uero uolumine, quando de unitate, & multitudiue disputat,de his quoq; differit,ut in hac eadem substantia existunt. In x 1.uero, quemadmodum illius operis initio testatur Alexander repetit ea quæ retro ab Arist.demonstrata sunt, docetq; diuinam scientiam à naturali,& mathematica distingui,eãdemq; solum dignam esse,ut sapientia nuncupetur. In 12.qui græcis x 1.est de altera specie, utpote de substantia corporea sempiterna disputationem aggreditur Arist.cuius principia,atq; affectus docet:& pimum de eius materia disputat, quę quoniam analogia quadam ad materiam rerum caducarum nobis nota fit: ideo de rerum caducarum materia,atq; principijs disceptationem interponi, ut inde apertum nobis faciat, quo pacto in substantia illa sempiterna reperiantur. Deinceps de altero eius principio loquitur, utpote de mente,quæ forma,& finis,& quodammodo diuini animalis agens est; deque hoc principio, non solum loquitur; quoniam diuini animalis causa est, sed etiam quatenus rerum omnium, quæ existunt principium esse ualet, mulraque prædicata de mente demonstrat, quibus quatenus nobis datum est,eius naturam ut causa est,dignoscimus.De sempiterno hoc etiam corpore uarios,diuersosq; ostendit affectus; quemadmodum ex uerborum serie singulis apertum esse potest. Quare si de diuino corpore eo uolumine principia affectus demonstrantur: Prima subiecti totius pars erit, atq; primum subiectum. F G

De modo considerandi. Cap. 31.

EX his,quæ retro à nobis explicata sunt, partis subiecta constant; nunc eorum considerandi modus explicandus succedit.Qui etiam ex dictis constare potest; siquidem docuimus unicum esse considerandi modum,omnibus in scientia consideratis. Quemadmodum enim subiectum consideratur; eodem modo principia,affectus, & species. Quare cum in diuina scientia id quod est quatenus est,consideretur,species eius etiam ita intelliguntur. Substantia itaq; caduca ut existit considerabitur, atq; eius principia, & affectus; quatenus substantiæ caducæ prout existit conueniunt. In huuc quoq; modum orbiculare corpus consideratur, quatenus uidelicet existit: hoc etiam pacto eius principia, atq; affectus; quoniam ut eius quicquam sunt prout existit; & ita à uarijs diuersisq; scientijs cæleste corpus considerari absurdum nullum est. In diuina namq; scientia quatenus existit, quo pacto à naturali philosophia minime intelligitur quoniam illud contemplatur,ut rei naturalis species est,atq; ita ut in se motionis principium habet consideratur. Atque hæc ipsa speculatio in commentarijs de cælo absoluitur. Consideratur etiam ut alijs placet,ut rerum quæ oriuntur uniuersalis causa;quæ quidem consideratio libro 8.de phisico auditu absoluitur. Constat itaq; totius,& partis subiectum. H

FINIS.

IOANNIS IACOBI PAVESII

SECVNDA DISPVTATIO PERIPATETICA, IN QVA QVALES RERVM NATVRAE, AC DEFINITIONES SINGVLIS REBVS SINT COMPETENTES DECLARANTVR.

AD AMPLISSIMVM FRANCISCVM Cardinalem Gonzagam.

Præfatio.



VCVSQVE subiectam diuinæ scientiæ materiam uocimus, nunc
quales singulis rebus naturæ,atq; rationes conuenientes sint,inquire-
re decreuimus.Rerum etenim naturaliũ notionem, earundemq; defi-
nitiones consequi, ad propriam, peculiaremq; hominis fælicitatem
adipiscendam,magnam uios habere, peripatetici excogitarunt philo-
sophi. Est enim in diuinarum mentium, prout in se consistuot, con-
templatione beatitudo sita, quam consequitur homo, cum mens io se
redierit. sed nulla alia uia,nulloq; modo potest mens in se redire,nisi
primum sit,sic singula facta..Sed quo pacto, quæso fieri singula mens
potest,nisi quoniam rerum naturas petlustrauerit,atq; eognouerit, quemadmodum in de Anima
comm entarijs ex peripateticis philosophis constare potest. Sed hæc nõ eonsequitur intellectus,
si quales sint rerum naturæ siogulis congruentes non nooerit. Inquisitio igitur de rerum naturis
C propo sita,ad humanam assequendam fælicitatem plurimum confert, atq; adiumentum præbet,
quæ & si satis occulta,latensq; sit,cum nullum philosophorum perlegerim, qui banc prouinciam
eum susceperint, tem sit assequuti, sicut eorum mouumenta nobis ostendunt: Dicemus tamen
nos aperte,quæ sentimus, ac,quæ ex narijs Arist.locis col legimus,referemus;nec non, & quæ alij
leuiter atq; obiter attigerunt,& rem aggrediẽtes ex naturæ,seu qđ quid est notione,exordiemur.

Quid naturæ nomine intelligendum sit. Cap. I.

EST itaq; quod quid est,quemadmodũ 7.huius ab Arist.unusquisq; perdiscere potest,natura, x 1.
atq; rei substantia;atqui eum rei naturæ principium sit,quo res est,id quod est, sit igitur, ut
quod quid est,priocipium sit,quo res est,id quod est,quibus constat; illius documenti,cu-
ius sæpius Arist.Alex.& Auer.meminerũt,ueritas, q uidelicet,uti res se habet,ut sit, ita ad qoid,
& quod quid: A quibus enim causis dependet ut sit, ab his quo ad naturam,& quod quid est,pen
det. Nempe rei natura, quæ quod quid est dicitur,principiũ est,quo res est,id quod est,nõ minus
& alterius,cuius 6.huius Arist.meminit, explicatio patet,cum ait, eiusdem mentis est considera- 1
D re si est,& quod quid est,est enim munus hoc diuinæ scientiæ proprium.Nam ea facultas,qoæ cõ
siderat res ut existunt,etiam priocipia, quibus existunt, contemplatur, atqui huiusmodi prioci-
pia,quibus res existunt,quod quid est rerum sunt,ea igitur scieotia,quæ res, ut sunt, specolatut;
& quod quid considerat,& proinde initio eiusdem 6.asseruit,quòd uti sola prima philosophia,id
quidem quatenus est,contemplatur, ita de ipso quod quid est, sola prima philosophia considera
tionem facit.Sed his ea se offert dubitatio diluenda,si sola prima philosophia,si res est oel non est
manifestat,ea igitur sola de ipso quod quid est,speculationem facit. Nulla igitur scientiarum par
ticularium de ipso,quod quid est disputabit,uario modo ab Arist.expositoribos dubitatio hæc di
lui consueuit,eorum quidam solam philosophiam primam ipsum quod quid est,considerare asse-
ruere,reliquæ uero scientiæ,aut quod quid est,ut sensui manifestum accipiunt, aut suppooont,&
per ipsum de subiecto genere,ea,quæ per se insunt,demoostrãt,sicut Arist.uerba in 6.primæ phi- 1
losophiæ ostendunt,quæ ita se habeor. Sed omnes istæ eirca unum quid, & genus aliquod circum "
scriptæ,de hoc tractant,sed noo de ente simpliciter,neq; in quantũ est ens nec de ipso quod quid "
est,ullam rationem faciunt,sed secundum hoc,alij quidam,secundum hoc facientes ipsum manife "

ſtum,alij per ſuppoſitiones accidentes quod quid eſt,ſic,quæ ſunt ſecundum ſe,inſunt generi,circa quod ſunt,demonſtrāt,aut magis neceſſe,aut infirmius,& horum ſententiam uerba quod paulo poſt ſequūtur magis confirmant, ſimiliter autem nec ſi eſt, aut nō eſt genus circa quod uerſantur, quicquam dicunt, propterea quod eiuſdem rationis eſt,ipſum quod quid eſt manifeſtum facere,& ſi eſt;his.n.uerbis apertè horum ſententia habetur;ita ut hæc ratio componatur,nulla ſciētia ſpecialis ſi eſt aut nō eſt ſuum genus ſubiectum manifeſtum facit: ergo neq; ipſum quod quid eſt,cauſam enim philoſophus largitur, cur nulla ſcientiarum ſpecialium, ſi eſt ſubiectum genus, uel non eſt,manifeſtum facere poteſt;Inquit,quoniam eiuſdem ſcientiæ eſt, quod quid, & ſi eſt manifeſtum facere,quare cum ſolum diuina philoſophia ſi eſt,uel non eſt res,declaret; hæc igitur de ipſo,quod quid diſputat: alij uero, non ſolum primam philoſophiam de ipſo quod quid eſt diſputare,contendunt,ſed ſingulas ſcientias,nempe eiuſdem ſcientiæ eſt,conſiderare res,ut ſunt certam,& definitam ſpeciem ſortitæ,& principia,quibus ita ſe habent, at cum ob propriam naturam unaquęq; res eam ſpeciem ſit ſortita:quæ igitur ſcientiæ res eiuſmodi conſiderant, etiam naturas illarum proprias ſpeculantur,quæ rerum quidditates ſunt, iam uero principia,quibus res naturales ſunt naturales,non niſi naturalis ſcientiæ ſunt;igitur conſiderare quod quid eſt rerum naturalium,ut naturales,ſolius naturalis ſcientiæ proprium erit,nempe ſi quod quid eſt,principium eſt, F quo res eſt,id quod eſt,quod quid igitur rerum,quæ natura conſtant,principium erit,quo res naturales ſunt naturales:quare iuſta horum ſententiam particulares etiam ſcieutiæ, rerum quas conſiderant quidditatem contemplari poſſunt, quibus multa Ariſt.loca fauere uidentur, in naturali philoſopia cum ſæpius rerum naturalium, quod quid,ſit uenatus, ea igitur conſideratio non niſi naturalis eſſe poteſt,immo demonſtrationes omnes cauſæ, quæ in ſcientijs particularibus habentur,utpote in naturali ſcientia,& mathematica tranſirent, quoniam medium quod ipſum, quod quid eſt,eſt,acciperent, quod alterius ſcientiæ foret, demonſtrationis igitur tranſitus daret, ſed lis hæc,paucis uerbis dirimi poteſt, nempe ipſum quod quid eſt,bifariam ſpectari poteſt, & abſolute, quo pacto eius conſideratio diuino philoſopho ſolum propria eſt; ita enim quod quid, principium eſt,quo res exiſtunt, atqui res, ut exiſtunt, ſola diuina ſcientia conſiderat: igitur ipſum quod quid eſt abſolute,à diuina ſcientia tantum conſideratur, aliæ.n.ſcientiæ,nullam omnino de eo,ita conſiderationem faciunt;nam ſicut Ariſt.argumentatur, ſcientiæ particulares ſi eſt, uel non eſt,res,non conſiderant, quare neque quod quid eſt abſolute,nempe abſolute,& ſimpliciter acceptum,non ut ad certum genus quid contractum,eſt ſumptum;principium eſt,quo res exiſtunt,quare hæc ipſa conſideratio ad diuinam ſpectabit philoſophiam, uerum, quoniam a primis G cauſis res ſimpliciter ſunt, ut in poſterioribus diſputationibus docebimus: igitur quod quid eſt, quod eſt principium,quo res abſolute exiſtunt, ex primis cauſis conſlatum eſt, quarum abſoluta conſideratio diuinæ ſcientiæ propria eſt. Altera ipſius quod quid conſideratio,ut ad certum entis genus contractum eſt,utpote,ut quod quid eſt,certæ,& definitæ rei eſt, ut hominis,& bouis, & ita de cæteris dicendum,& quoniam ita quod quid eſt,principium eſt, quo res certam ſpeciē ſunt ſortitæ, ſit ut eius conſideratio illi ſcientiæ propria ſit; cuius eſt de rebus eiſdem diſſerere: ita ſcientia naturalis, quoniam de rebus,quæ natura conſtant, diſputat; ergo, & earum quod quid, quo ſunt naturales ſpeculabitur;quare contracta quidditatis conſideratio, ad particulares attinet ſcientias:& ita Ariſt.documentum ſemper rectum erit,quod uti res ſe habent, ut ſint,ita ad quod quid, nempe à quibus cauſis res quod ſimpliciter ſint, dependent, eædem cauſæ ad rerum quod quid eſt ſpectabunt,ſimiliter à quibus cauſis ſunt certam,& definitam ſpeciem ſortitæ, ab eiſdem etiam in quidditate pendent; nempe quod quid eſt,principium eſt,quo res ſunt,id quod ſunt;primæ cauſæ principia ſunt,quibus res ſimpliciter ſunt: ideo rerum,ut abſolute exiſtant, quod quid eſt,primæ cauſæ ſunt;atqui cum rerum particularium cauſæ,principia ſunt, quibus res peculiarē naturam ſint aſſecutæ,etenim effectus particularis,cauſam exquirit particularem: eius igitur cauſæ erunt rerum particularium quidditates. Quid igitur quod quid eſt notio ſignificet, ex his ſatis conſtat, quo uero pacto ab ipſa definitione diſtinguatur,perquirere nunc iuuat,quod explicare difficile non erit,ſi Ariſt.uerba conſiderabimus. Philoſophus enim quemadmodum apud eum H

46 legere eſt,cum primo Topicorum,tum ſecundo Poſt.definitionem quid ſit aperiens, aſſerit eſſe ſermonem,quod quid eſt explicantem:quare quod quid eſt,idem quod definitio nō erit, alioquin definitio eſſet ſermo definitionē explicans: nempe quod quid eſt,manifeſtat, quod definitio eſſe dicitur: aliud igitur erit quod quid eſt,& aliud definitio,hæc enim Inſtrumentum eſt, quo ipſum quod quid,explicatur,quod quid uerò,eſt rei natura,atq; ſubſtantia,definitione notificata;quare differunt,ut inſtrumentum,& id quod inſtrumento manifeſtatur,uti res demonſtrata, & demonſtratio. inde ſit ut genus,& differentia,non rei natura,& ſubſtantia ſint,ſed quæ rei naturam explicant:genus enim materiam compoſitam refert,à qua genus ſumitur,ſicut poſtea docebimus:differentia uerò,propriam formam quare partes diffinitionis, non ſubſtantiæ rei,partes ſunt, ſed partes,ex quibus rei natura integratur,exponunt, definitio uerò tota,quæ generis,& differentiæ collectio

A lectio est,atq; certo ordine,connexio,totam rei substantiam manifestat. uerum satis abundè de re
hac,in com.anali.disserimus;& ideo hæc sint satis dicta,ad eam,quam nunc facimus inquisitionẽ.

Singulis rebus eadem ratione quod quid est,non conuenire. Cap. 2.

NAtura essentiæ declarata,quomodo singulis rebus competat, explicandum est : & ad huius
rei declarationem,ab his exordiemur,quæ ab Arist.in 7.diuinæ philosophiæ dicuntur.Mo 14.15.
net etenim,ita singulis rebus,quod quid conuenire, ueluti id quod est.quod,cum non eadẽ
ratione singulis conueniat rebus,nempe substantia,non eadem ratione ens,quemadmodum acci-
dens dicitur;quare utriusque quod quid est,neq; eadem ratione dicetur, & Arist. uerba ita sunt.
Sicut enim,& ens existit in omnibus,sed non simpliciter,sed huic quidem primum, illi consequen
ter,ita & quod quid est: quare quemadmodum res se habent,ut sint,ita ad quod quid.Ipsum uero
quod est,primo,atq; simpliciter substantiæ competit : secundo uerò accidentibus, quod quid est
igitur simpliciter,& primo substantiæ,secundo accidentibus conueniet, quemadmodum eodem
contextu Arist.his uerbis docet.Ita & quod quid est simpliciter quidem substantiæ, alio uerò mo
B do alijs,nam quemadmodum ob substantiam,cætera sunt,ita ab ea quod quid est, habent.Quan-
do enim in aliquo genere aliquod primum est,causa est omnium eorum,quæ sub illo sunt : quare
cum substantia primum ens sit;erit igitur causa,quare alia entia sint,igitur non nisi ob substantiã,
cætera entia sunt,& eius merito,quod est obtinent:nam ut se habent,ut sint,ita ad quod quid est.
Ad hæc, quod est simpliciter,& per se tale,causa est quod alia talia sint, atqui cum substantiæ per
se,& simpliciter ens,& quod quid conueniant, ea igitur causa erit,& quod alia sint, & quod quid
est obtineant. substantiæ itaque simpliciter erit quod quid est,cæteris uerò quoquo modo. nem
pe ut ab Arist.rationem mutuemus,quando est aliquod prædicatum,pluribus conueniens. & uni
primo & cæteris secundo,primo est simpliciter,& digniori modo, sed quod quid est primo sub-
stantiæ competit, secundo cæteris,substantiæ igitur simpliciter, & nobiliori modo conueniet;
cæteris uerò quoquo modo. Cum itaque solius substantiæ quod quid est,simpliciter sit, acciden
tium quoquo modo,proinde quo pacto ei conueniat,aperiemus primum,deinde quomodo acci-
dentibus.Verum enim uero,cum singulæ substantiæ,eadem ratione non dicantur substantiæ,ne-
que ens eadem ratione,fit igitur, ut neq; singulæ substantiæ prorsus eandem habeant essentiam.
Etenim,etsi substantiæ nomen,de materia,forma,& de ea,quæ ex utrisq; constat affirmetur: sin-
C gulæ tamen substantiæ,eadem ratione, non dicuntur substantiæ,quemadmodum neque ens.sub-
stantia enim,quæ uere ens est,non nisi composita est;quare & hæc uere,& propria substantia dici
tur,aliæ uero,aut non dicuntur secundum eandem rationem substantiæ, uel si ita affirmantur sub
stantiæ quoniam quidquam substantiæ huius sunt.Quod etiam Simplicius primo de phy. auditu 52
& uita suam & Eudemi sententiam cõfirmat : quando hanc diluit dubitationem,quæ ita se habet.
fieri enim non posse uidetur,quòd materia, & forma, quæ substantiæ principia sunt, substantię
sint, quandoquidem principium longe ab eo,cuius est principium diuersum esse oportet. quare
cum id,quod ex materia,& forma constat, substantia sit;materia igitur, & forma substantiæ non
erunt.Rursus principium prius est, eo cuius est principium. At substantiæ principia,substantiæ
nuncupantur:ergo priora substantia,non ergo substantiæ sunt, alioquin substãtia esset antequàm
gigneretur.hæc Simplicius.Soluens,inquit,id quod uere,& proprie substãtia est,id quod,ex utris
que constat, existit; quemadmodum ex Arist.cathegorijs colligit,ibi enim solum,quod ex mate
ria, & forma constat substantiam nuncupat, hæc enim est, quæ cum nullo pacto in subiectu sit,
omnia alia,utpote accidentia,in ea sunt,quare cum de huiusmodi substantia, ratio substantiæ ue-
rificetur,quinimmo ei sulũ proprie competit,nemo igitur ambigere debet, quin hæc non sit uerę
D substantię.Materia enim & forma non substantia,inquit Simplicius,sed potius substantialia sunt;
quare iuxta aliud substantiæ significatum,quoniam ad substantiæ rationem pertinent, quod pla-
ne Aristot. septimo huius confirmat; quando, ait; quare si species materia est prior, & magis 8
ens, & ipsum quod ex utrisque prius erit, & magis ens, propter eandem rationem. Verum,
quoniam hæc scriptura aliu modo reperitur; ideo ostendemus illam, quam Auer. & eius sequa-
ces sequuntur, rectam non esse, & hanc solam esse suscipiendam, alterum enim exemplar, ita
se habet, quare si species materia est prior, & magis ens,& ipso quod ex utrisque, prior erit ob
eandem rationem. Hanc Arist. rationem ita deducunt. forma est actus, materia est poten-
tia, sed actus prior potentia, ergo forma prior materia; quare forma magis substantia & ens; ex
his constat. quomodo iuxta horum sententiam, forma, magis ens materia dicitur; probat se-
cundum Auer. compositum est in actu per formam, ergo forma, magis ens substantia composi-
ta. id quod consequitur,ex coprobatur. forma est id propter quod compositum est,id quod est,
sed compositum est substantia ergo forma id est, per quod compositum substantia est. Sed prop-
ter quod unum quodque tale, & illud magis est,igitur forma, eo quòd ex utrisque constat, ma-
gis

gis ens, & substantia erit. Sed hæc figmenta sunt, & scriptura, quam sunt interpretati, recta E
non est; nempe, si scopus Arist. est, de substantia agere, quæ prima substantia est, atque composita, hoc uero nomine, neque materia, neque forma uere substantia dicitur, nisi quia quicquam primæ substantiæ sunt: (quemadmodum retro, accidentia docuimus entia nuncupari, quoniam eius quod est, aliquid sunt) ita materia & forma substantia dicuntur, quoniam aliquid primæ substantiæ sunt. Adhuc sequeretur, Arist. rationem, nullam fore: nam cum de ratione substantiæ, quæ subiectum ab Arist. appellatur, sit, subijci, ob materiam forma subijcitur, &
53 non materia propter formam, ueluti 2. de ortu Arist. docet, quando inquit, materiæ esse pati,
2 & si forma patitur, ex accidenti patitur, quoniam in materia est, ut Auer. etiam 9 huius monuit quare si materia causa est, quare forma patiatur, ergo hoc est ratio, quare forma sit subiectum: non ergo forma causa est, propter quam substantia meteria nuncupetur, quæ subiectum dicitur, quoniam res uice uersa se habet. Deinde quod magis ad primam substantiã accedit, dignius est, ut subiectum nuncupetur, hoc enim substantiæ significatum definiens Arist. quod subiectum uocat, ei, primæ substantiæ rationem ascribit, quoniam inquit, quod dicitur, quòd non est in subiecto, sed cuncta in ipso existunt, sed meteria, ad primam substantiam, eiusque rationem, quam forma, magis accedit. cum ipsa formis omnibus subijciatur sua natura, quamuis accidentibus, non nisi, cum forma est affecta, atque corpus facta est: forma uero non subijcitur, sed in subiecto potius esse uidetur, ergo potius materia, quàm forma, iuxta hoc significatum sub- F
32.4. stantia nuncupabitur. Demum Simplicius, diligens literæ Arist. inquisitor, & primo & 2. physicorum hunc locũ citans, numquã huius exemplaris meminit; quinimmo ex hoc loco patere inquit substantiam compositam magis substantiam esse, materia & forma. quod etiam Alex. confirmat, qui primam recipit scripturam, & secundæ nunquam meminit. Verum ea se offert dubitatio, si prima scriptura recipienda est, quomodo Aristot. ratio est ualida? hanc dubitationem dissoluimus ita, Aristot. demonstrare cœpit, substantiam, quæ ex utrisque constat, quam nomine subiecti primæ uocat, esse magis substantiam; materia, non enim demonstrat, formam esse magis substantiam, quoniam, hoc ut manifestum accepit, siquidem clarum est formam subiectum nuncupari non posse, cum in subiecto sit, sed dubitatio de materia erat, hæc enim subijcitur, ideo quis ambigere posset ipsam maxime substantiam esse, quinimmo ueteres, hoc ipsum fatentur, ut 7. huius Arist. monet, proinde materia, compositam substantiam magis substantiam nuncupari ostendit. & utitur argumento à proportione, quod ita componitur, quemadmodum forma, quoniam causa est, quare materia esse completum, atque suam habeat perfectionem per prius ens et magis, quam materia dicitur; ita quæ, ex utrisque constat G
substantia, quoniam causa est, quare materia sit subiectum, magis & prius substantiæ quæ subiectum est, dicitur, quam materia. Similitudo perspicua est; nam cum forma & materia existant & hæc ob formam, ergo per prius forma ens, quàm materia; (uerum entis nomen, non proprie sumitur) nam, quod uere est, substantia composita est, quemadmodum in prima disputatione docuimus: ita cum esse subiectum, materiæ, & cumposito conueniat, & materiæ, ob compositum; ergo magis subiecti nomen, composita substantia meretur, quàm materia, uempe substantia, quæ dicitur subiectum, ea esse dicitur, quæ non est in subiecto, sed omnia alia sunt in ipsa. quæ quidem ratio, non nisi per se, & primo primæ competit substantiæ ueluti ex cathegorijs Arist. constat; quare cum Arist. inquit, quòd ob eandem rationem, materia, quod ex utrisque constat, magis substantia, per eandem rationem, non uniuocam, sed analogam intelligit; quoniam analogia & proportione, ratio eadem est. Auer. ratio, de facili soluitur, nam & si composita substantia propter formam omnibus subsistet: tamen quoniam esse subiectum formæ non competit, ideo non sequitur, ut magis substantia forma nuncupetur, regula enim, uera est, quando dispositio causæ, & causato conuenit, & ob causam causato; quare, etsi subiectum H
composito per formam conueniat, non tamen formæ competit.

Substantiam ex utrisque conflatam, uere quod quid est, & rationem habere. *Cap.* 3.

EX his constare arbitror, uere ens, atque substantiam fore, quæ ex utrisque constat. ea igitur, uere quod quid est habet, cæteræ uero substantiæ, ut puta materia, & forma, quoniam neque uere entia, neque itidem ueræ substantiæ sunt, igitur neque uere quod quid est habent, pariter neque ueras definitiones. nempe definitio ex genere, & differentia constat; genus uero materiam refert compositam, differentia uero formam, ergo uere ea definiuntur, quæ ex materia composita, atque forma constant. cum itaque, neque materia, neque forma ex his constent, non ergo uere definiuntur. Ex ostensis etiam patet, separatas mentes, ueras definitiones, atque proprie quod quid est non habere. Nempe si quod quid est, principium est, quo res est, cum abiunctæ mentes se ipsis sint, id quod sunt, ergo quidditate uera carent, principium

A cipium enim, diuerſum eſt, ab eo cuius eſt, & ideo ipſæ potius ſimplices formæ, & quidditates
exiſtunt, quàm quod quid eſt, habeant. Iam uerò ſicut ſe habet res, ut ſit ens, ita ad quod quid
& definitionem; cum huiuſmodi mentes, uere entia non ſint, neque quod quid eſt uerum,
neque ueras definitiones habebunt. quare cum ſola compoſita ſubſtantia uere ſit ens, hæc igi-
tur uere quod quid eſt, & definitionem obtinebit, id enim uere definitur quod ueras cau-
ſas habet. definitio enim propria ſumpta, ex cauſis prioribus conſtat, quemadmodum 6. To-
picorum, & primo, & 2. Poſteriorum patet, atqui compoſita ſubſtantia cauſas priores habet;
ea igitur tantum uere definitur. Forma enim ſi uerè defineretur, quæ igitur magis forma atque
maxime forma eſt, maxime defineretur, uti ex regula ea conſtat, ut ſimpliciter ad ſimpliciter,
ita magis ad magis, & maxime ad maxime: quare cum ſeparatæ mentes ueræ & ſimplices for-
mæ ſint maxime igitur definerentur, atqui omnium philoſophantium conſenſu liquet ueris hu-
iuſmodi formas definitionibus uacarè, non igitur formæ per ſe primò eſt definitio. conſimiliter
neque formæ in materia conſiſtentes, propriæ definiuntur, neque itidem materia, quia uere
entia non ſunt; niſi quia cauſa entis, aut quia extra nihil ſunt, non igitur uere quod quid eſt, & 9
definitiones habent. Quod etiam Auer. 7. diuinæ ſententiæ declarat, quando inquit formas
B materiæ inexiſtentes non proprie definiri, quoniam entia in alio ſunt, & Ariſt. 8. eiuſdem operis 40
monuit compoſita proprias definitiones & uerum quod quid eſt haberè concluſit.

Quæ cauſa ad quod quid eſt, & definitionem pertinent uaria opinio. Cap. 4.

SAtis itaque apertum factum eſt, ſolam ſubſtantiam quæ ex utiſque conſtat, quod quid eſt,
& rationem proprie habere, nunc que cauſæ ipſum quod quid eſt, & definitionem comple-
ant aperiendum eſt. Qua in re peripatetici philoſophi conſentientes non ſunt: eorum enim
nonnulli cauſas externas, utpotè agentem, & finem ad harum ſubſtantiarum eſſentiam non per-
tinere teſtantur. Etenim partes quod quid eſt rei partes ſunt: cum cauſæ extra rem, rei partes
non ſint, non ergo ad quod quidem eſt attinere uidentur. inſuper cum quod quid eſt, ſit rei na-
tura, atque ſubſtantia, non eſt ſeparatum ab eo cuius eſt, ut 7. diuinæ ſcientiæ Ariſt. docuit. Ex-
terne uero cauſæ, à re ſeparatæ ſunt; ad eius igitur, quod quid eſt non pertinent. huius ſenten-
tiæ eſſe uidetur Auer. qui opinari uiſus eſt, non eſſe opus, ad hoc ut perfectam ſcientiam, quæ
ex definitione habetur, conſequamur, omnes ſcire cauſas, ſed tantum intra rem, ut puta eam
C quæ forma eſt, extra rem uero cauſæ, non niſi ex accidenti ingrediuntur, uti cauſa agens, cum
accidit, ut ab effectu ſeparari non poſſit, ueluti de interpoſitione patet: finis uero, quando dif-
ferentia propria quæ ab eius forma accipitur, latet, & eius uice, finis ponitur, & proinde, hi
aiunt, ſolas cauſas intra rem, ad quod quid eſt, & definitionem pertinere. nam omnis definitio
ex genere, & differentia conſtat. Atqui genus materiam refert differentia uero formam, agens
uero, & finis, uice formæ accipi non poſſunt, niſi ex accidenti, ſit igitur, ut rei natura, atque
ſubſtantia; ex ſola materia, & forma pendeat. Nonnulli uero alij, aſſeruere ſolum formam ad
rerum naturam pertinere; materia enim ad quod quid eſt non attinet: itaque licet in ratione for
mæ materialis, materia cadat, conſimiliter & ſubſtantiæ compoſitæ, horum quidditatis parti-
cula, non eſt cenſenda, ſed ut uehiculum, & ſubiectum quod quid eſt deferens, ingreditur, cau
ſa enim, quæ rei naturam conſtituit, ſola forma eſt; quare definitio cum quod quid eſt & rei na
turam manifeſtat, ſolam formam declarat: huius opinionis uaria atque diuerſa ſunt fundamenta,
quæ omnia referre decreuimus ut ne quempiam iniuſte arguere uideamur: & primum, quòd exi
ſtendi principium per ſe eſt, hoc ad rei naturam per ſe pertinet; nempe ut ſe habet principium
ad eſſe rei, ita ad eius quod quid, atqui ſola forma principium eſt, quo res per ſe exiſtit, & non
D materis; nam Auer. cui, hanc opinionem aſcribunt, 7. huius, forma inquit, eſt cauſa, qua 21
res eſt, materia, qua res potius non eſt, ſola igitur forma ad rei ſubſtantiam pertinebit. ſecun-
dum, id quo compoſita ſubſtantia eſt ſenſibilis, & non intelligibilis, ad quod quid eſt, non
pertinet, atque materia id eſt, quo ſubſtantia compoſita eſt ſenſibilis, & non intelligibilis, uti
Auer. 12. diuinorum inquit, ob materiam res ſentitur, ob formam uero intelligitur, materia igi 24
tur, ad quod quid eſt non ſpectabit, ſed ſola forma. tertium, id quo res definita uniuerſalis eſt,
ad eius, quod quid eſt pertinet: definitio enim ut in eodem 7. Ariſt. docet, uniuerſalium eſt, at 34
ob formam & non ob materiam, uniuerſalis res eſt, quæ definitur; nam ob materiam, res ſin-
gularis eſt, ut Ariſt. eodem uolumine monet. ea inquit, ſunt unum numero, quorum natura 28
eſt una; fieri igitur nequit, ut materia ad quod quid eſt pertineat. quartum rei natura, atque
ſubſtantia principium eſt, cognitionis eius, cuius eſt, ob rerum naturam res exactè compre-
henduntur. materia uero, cum ſecundum ſe ignota ſit, alicuius cognitionis cauſa eſſe nequit, non
igitur ad rerum naturam pertinere poteſt. quintum, partes quidditatis, priores ſunt, eo cuius
ſunt, & non poſteriores, quoniam cauſæ ſunt, & cauſa, ut cauſa, prior eſt, eo cuius eſt cauſa,

at quæcumque partes ſunt, ut materia, & in quæ diuiditur totum, ut in materiam, ſunt poſte- E
riores, quæ uero ſubſtantiæ & rationis partes priores, uti Ariſt. eodem 7. docet. partes igitur,
quæ ut materia ſe habent ad rerum ſubſtantiam non pertinebunt. Sextum, id quo quod quid eſt
ſeparatur ab eo cuius eſt, ad ipſum noo pertinet; ſed materia cauſa eſt, ut in conceptis cum ma-
teria, aliud ſit quod quid eſt, ab eo cuius eſt: ergo materia quod quid eſt, pars non eſt. minor
Ariſt. eſt eodem lib. ubi exemplo circuli, ſit oe materia pars quidditatis docet: quæcumque igi-
tur facta ſunt, in diuerſis ſpecie, ut circulus in ære, & lapide, & ligno hæc manifeſta eſſe uiden-
16 tur, quia nihil circuli ſubſtantiæ æs, neque lapidem, propter ſeparari ab ipſis, hoc idem 8. eiuſ-
9 dem monet in his quæ materia careut, idem eſt, quod quid eſt, cum eo cuius eſt, & 3. de anima
2 in conceptis cum materia, aliud eſt, quod quid eſt, ab eo cuius eſt, & 5. meth. definiens formam
ait, eſſe rationem, & quod quid erat eſſe. Quare ſi ratio cum eo, cuius eſt conuertitur, ſola
12 forma erit quod quid eſt, & in 8. eiuſdem operis ait, quod cauſa, quæ eſt, ut quod quid eſt,
ſpecies & forma eſt. Horum igitur ſeutentiæ Ariſt. fauere uidetur, & ſi Ariſt. non aſſerat, ma-
84 teriam eſſe uehiculum deferens quod quid eſt, id ex Auer. concludunt, qui 7. eiuſdem operis,
inquit, materiam oon eſſe partem quidditatis, & formæ, ſed uehiculum deferens quidditatem,
& formam. quod etiam, eodem cootextu Ariſt. aſſerere uidetur, inquit enim carnem non eſſe F
concauitatis partem, ſed materiam, & ſubiectum, in quo concauitas eſt. Hanc opinionem,
21 omnes uno conſenſu Auer. aſcribunt, qui 7. huius, ſophiſtarum ſoluens ſophiſma, ait, ſi homo
capiatur pro aggregato, ex materia, & forma, ita homo non eſt ſuum quod quid eſt, ſed habens
quod quid eſt, at ſi pro hominis forma ſumatur, idem homo eſt, quod ſuum quod quid eſt. qua
re aperte inquit, ſolam formam ad quod quid eſt, pertinere. ex his itaque concludunt ſolam for-
mam ad quod quid rerum, quæ compoſitæ ſunt ſpectare.

Horum opinio refellitur. Cap. 5.

SEd an horum philoſophantium ſententiæ ueræ ſint, & rationi atque Ariſt. conſentiant, nunc
inquirere iuuat: & ut recta progrediamur uia, primum aduerſus ſecundam inſtabimus, de-
monſtrantes materiam, quod quid compoſitæ ſubſtantiæ, partem eſſe, atque ad eius attine-
re naturam; mox quod omnes cauſæ ad rerum, quæ eas habent, naturam pertineant, ita quod,
res, quæ materiam, formam, agentem, atque finalem cauſam habent, ſua completa natura ex
omnibus his conflata eſt, rem itaque aggredientes, prima ita componatur demonſtratio. partes
definitionis, ſine quibus definitio eſſe nequit, aut ipſius quod quid eſt partes referunt, aut par G
tes ſubſtantiæ rei, quæ ex materia formaque conſtat, atqui genus, & differentia, definitionis
partes ſuot, ſine quibus nequit definitio ſubſiſtere; ergo partes quæ ad rei naturam pertineot,
referuntur, atqui genus ut poſtea docebimus, materiam refert, differentia uero formam, mate-
ria igitur, & forma ad quod quid eſt rerum, quæ ex his conſtant, pertinent. Ad idem quemad-
modum res ſe habet, ut ſit, ita ad quod quid, & definitionem, uti non ſemel explicatum eſt à
nobis, ſed cum ex materia formaque conſtantes res, ex utriſque per ſe in eſſe pendeant. Earum
igitur quod quid eſt, ex ambabus conflatum eſt. Ariſt. enim primo phy. materiam, & formam per
65 ſe principia rerum eſſe docuit, priuationem uero ex accidenti, quare & ſi per prius forma ad re-
rum eſſe concurrat, non tamen negandum, eſt materiam per ſe principium, quod res ſint, non
eſſe, alioquin duo forent ex accidenti principia rerum, quæ natura conſtant, neque Auer. exem-
plum obſtat, quoniam non abſolute inquit, materiam eſſe principium non exiſtendi, ſed ſi ad
formam conferatur, potius non eſſe, quàm eſſe, cauſa eſt, quoniam forma ſolum ipſius eſſe
cauſa eſt, at materia quoniam eius natura eſt omnes poſſe ſuſcipere formas, & cum ſint ſub una
forma, poteotia eſt, ut oppoſitam ſuſcipiat; ideo eſt principium etiam ipſius non eſſe, & huius
non niſi per accidens, & ſecundo, quoniam oppoſitam appetit, quam ſuſcipere nequit, niſi ea,
quam habet, priuetur, ideo ſecundario ipſius non eſſe principium dicitur. Iam uero ut Ariſt. H
34 regula, 7. diuinæ ſapientiæ arguamus, ſicut, inquit, materia ſe habet ut ſit pars rei, ita ad
quod quid eſt, atqui, ſi ad compoſitam ſubſtantiam materia conferatur, illius eſt pars, quam-
uis non formæ pars ſit, quare rei compoſitæ pars, quod quid, erit, & non formæ. uerba Ariſt.
34 " quibus apertiſsime, regula habetur, hæc ſunt; Sed hæc quidem prætermittãtur: ex quibus uerò
" ſubſtantia eſt ut partibus perſcrutandum eſt, ſi igitur eſt hoc quidem materia illud uerò ſpecies
" aliud ex his, & ſubſtantia eſt materia, & ſpecies, & quod ex his eſt quidem ut materia pars ali-
" cuius dicitur, eſt autem ut non, ſed ex quibus ſpeciei ratio, ut concauitatis non eſt pars
" caro, hæc enim materia eſt, quæ fit, ſimilatio uerò pars aliqua eſt, & totius quidem ſtatuæ
pars eſt æs, eius autem quod & ſpecies dicitur, ſtatuæ, non, & reliqua. ſani uerò, ut
eorummet armis eos iaculemur, quod eſt principium intelligendi, & cognoſcendi ſubſtan-
tiæ compoſitæ, ad eius pertinet quod quid eſt, quandoquidem, ut ipſi recte ſentiunt quod
quid eſt principium eſt, quo res perfecte cognoſcantur, & intelligantur, ut Ariſt. ſeptimo di-
uinæ

A uinæ ſapientiæ inquit; tunc res perfectæ apprehendi, quando earum quod quid eſt cognoſcitur.
& primo de anima, ait, principiũ omnis demoſtrationis eſſe ipſum quod quid eſt, ſed materia
& forma principia ſunt intelligendi, cognoſcendiq; res, quæ ex eis conſtant. Ariſt. enim in adi-
tu primi phyſi. inquit, res naturales, atque omnes quæ principia habent, exacte tunc cogno-
ſci, quando illarum cognoſcuntur principia, atqui cũ res cõpſitæ principia habeant; ergo tunc
perfecte cognoſcuntur, quando earum principia noſcimus, atqui materia, & forma principia
ſunt rerum quæ ex utriſque conſtant; ergo cauſæ ſunt, quòd res, ex his constructæ, perfecte
cognoſcantur; neque noſtræ rationi obſtat, ſi dicatur materia ſui natura ignota eſt, quare al-
terius cognitionis cauſa eſſe nequit, nempe Ariſt. 7. meth. dubium ſoluit, aſſerens, quòd & ſi
ex ſe ignota ſit, fit ex forma nota, qua cognita, ſimul cum forma principium eſt, cognoſcendi
eius quod ex ea conſtat: uerum materia hæc ſignata non eſt, ſicut poſtea docebimus, nam hæc
principium ſpeciei, quæ definitur cognitionis non eſt, ſed ſentiendi, cum ſit materia accidenti-
bus affecta, ob quæ quidem accidentia indiuiduum ſenſibile euadit, quare materia ſpecifica,
principium cognitionis eſt: & quamuis cognitionis principium ſit forma tamen magis. ex his
itaque conſtat materiam ad rerum quæ ex ea conſtant, quod quid, & naturam attinere, ſed ſu-
B perne modo, ut hoc idem Ariſt. teſtimonio illuſtretur, atque primum occurrit ratio eius in pri-
mo phy. qua oſtendit materiam, & formã rerum, quæ natura conſtant, eſſe principia per ſe & 65
prima, quæ ita componitur. materia, & forma attinent ad ſubſtantiam rerum naturalium; er-
go ſunt principia et prima rerum naturalium, & nomine ſubſtantiæ, ut notat Simplicius, intel-
ligit ipſum quod quid eſt, quæ quidem ratiocinatio his uerbis habetur. Manifeſtum igitur eſt «
quod ſiquidem ſunt cauſæ, & principia eorum quæ natura conſtant rerũ. Quare ex his uerbis «
aperte accepit, quod quid eſt rerum, quæ natura conſtant, ex materia, & forma conſtare, & 2.
eiuſdem operis; quando Platonis arguit ideas, monet, res naturales per materiam & formam 19
eſſe definiendas, atque earum rationes ex eis pendere; quod etiam primo de anima confirmauit,
nempe docuit exactas rerum naturalium rationes, ex materia & forma conſtare, & rationes il-
lorum quæ materiam non accipient, uanas, & dialcticas eſſe monet; & in 7. diuinæ philoſophiæ 14. 15
monet, quòd ſicut res ſe habet ut ſit, ita ad quod quid eſt, & definitionem. Quare cum ea, quæ
ex materia formaq; conſtant, ineſſe ab utriſque pendeant: ergo earum quod quid eſt, & de-
finitio ex utriſque conſtabit, & eodem libro, monet, quod uti materia ſe habet, ut ſit pars; ita 34. 35
ad quod quid eſt. Quare cum rei compoſitæ ſit pars, & non formæ, igitur ad compoſiti quod
C quid eſt, & non formæ pertinebit, at non multis interpoſitis, quando iunioris Socratis parabo- 39
lam arguit, qui hominem ſine carnibus & oſsibus exiſtere opinabatur, inquit, non recte hoc di
ctum eſſe; nam neque eſſe, neque definiri ſine materia homo poteſt, & in 8. eiuſdem operis, cum 9
docuiſſet compoſitum uere definiri, adiungit, huius rationem ex materia formaque conſtare,
& ſub finem eiuſdem lib. quando cauſam largitur; cur ex materia & forma fit unum per ſe, ait, 15
quod cauſa eſt, quoniam hac, ut puta materia eſt potẽtia, forma uero actus, & ſub finẽ cõtex-
tus ſubiungit, utrãque cauſam ad quod quid eſt, & rationẽ pertinere, & de materia ſubdit,
quod & ſi altera ſit ſenſibilis, altera uero intelligibilis, ſemper utraque rationem ingreditur, ita
quod altera pars definitionis, materia eſt, altera uero forma, uti circulus, figura ſuperficialis.
eiuſdem opinionis Auer. apertiſsime eſt, quamuis ipſius ſectatores oppoſitum ſibi aſcribant, &
ideo ut eorum appareat error, Auer. loca referemus quibus noſtram confirmat ſententiam, 2.
enim phys. inquit, cum definierimus carnem, & os, & alia naturalia, ſtatim apparebit materia in 18
definitione eorũ, & ideo dixit, in iſtis, qđ definiũtur, ſicut definit ſimitas. ſi itaq; ut ſimitas, res na
turales definiũtur, cũ in ſimitatis ratione, ſubiectũ cadat, quod ad eius quod quid eſt attinet: igitur
materia cũ in rerũ naturaliũ ratione cadat ad earũ pertinebit ſubſtãtiã; atq; ibidẽ Ariſt. (ſicut Sim
D plicius, et Ioãnes Gram. monuere) regulã dat quod uti res ſe habet ad eſſe, ita ad definitionẽ. Qua
re cum res naturales ſecundum eſſe à materia ſeparari nequeant, neque igitur, ſecundum defini-
tionem, opus eſt .n. in earum ratione ſemper materiam apparere. hoc idem primo de anima 16
apertiſsime confirmat, quando ait perfectas naturales definitiones per formam eſſe, & materiã,
quod etiam 3. de anima docuit, & 6. huius Ariſt. inquiens, quorundam quod quid, & rationẽ, 35
ut puta naturalium eſſe, ſicut ſimum, non ſicut concauum, & ſe exponens, inquit, ſimum quod
quid, & rationem, materiam claudere, nempe ſimum, eſt naſus curuus, quare apertiſsime mate-
riam ad quod quid ad rerum naturalium pertinere Ariſt. monet, & eo loco Auer. ab Ariſt. non
recedens, hoc idem fatetur, & in 8. diuinæ ſapientiæ inquit, impoſsibile eſt, ut formæ ultimæ 9
in definitionibus, habeant definitionem. Quoniam formæ ultimæ ſunt ſimplices, & definitio
nes ſunt compoſitorum, definitiones enim ex materijs, & formis ſunt. & eodem libro paulo
poſt, idem monuit. Verum qui hanc inſaniam Auer. aſcribunt, confitentur, materiam ſem-
per in rerum, quæ natura conſtant, ratione apparere, non tamen inquiunt, partem definitionis
& quidditatis eſſe, ſed uehiculum quod quid eſt deferens. Sed horum ſententia de facili argui-

tur, nam inqurimus cũ alia ſit formæ ratio ab ea compoſiti, quoniam forma in materia non ue E
40 re definitur, ſed compoſitum uere, quemadmodum Auer. 7. huius teſtatur, animæ exemplo,
quæ qm̃ in alio eſt, uera definitione uacat, materia itaque in formæ rõne nõ apparet. et in cõpoſi
ti definitiõe, atq; in formę rõue nõ cadit, ut ſuæ ſubſtãtiæ pars, ſed ut uehiculũ qđ quid ẽ deferẽs:
quare cũ etiã mã iu rerũ quæ natura cõſtãt, definitionẽ cadat, ſi igitur nõ, ut earũ quod quid ẽ, ſed
ut uehiculi formæ definitio, ea cõpoſiti nõ erit perfectior, ſed æquæ perfectionis utraq; erit. Inſu
per ut ſe habet res ut ſit, ita ad quod quid, & deſiuitionem, ergo à quibus cauſis res, ut ſit, de-
pendet, ab eiſdem quo ad quod quid, & definitionem, ſi ergo à materia res natura conſtantes,
per ſe pendeut ut ſint: abſque igitur ipſa quod quid eſt, & rationem non habeut. Demum ab
Ariſt. & Auer. diſſentiuut, Nempe uterque philoſophus inquit, quoniam materia ſubſtantiæ
compoſitæ, & nou formæ pars eſt, ideo ad ſimul ſumpti, & non ad formæ ſubſtantiam pertinet.
Auer. etiam in paraph. Meth. lib. 2. hæc habet uerba, ſed quia quidditates rerum ſenſibilium ni-
hil aliud ſunt, quàm ſua forma, & ſua materia, idem etiam paucis interpoſitis repetit. Deinde
Auer. inquit, genus referre materiam & dr̃iam formam. Quare cum definitio uon ſit, niſi gene-
ris, & differentiæ collectio, ergo materiã, & formã refert, ſed quod quid eſt indicat, ergo quod
94 quid eſt materia, & forma eſt, & hoc idem Auer. eodem opere fatetur, & 2. Poſterio. inquit, de- F
finitionem, quæ demoſtrationis concluſio eſt eſſe quæ ex materia & forma conſtat, quæ uero de
moſtrationis eſt principium, ex fine & agente. & in eo capite, quod de demoſtratione, quæ
ſola poſitione à definitione differt, nuncupat. perfectas inquit, definitioues cauſas fore, in qui-
93.42 bus omues apparent cauſæ, & in eodem 2. ait, materia, & forma ſunt quibus quidditas conſtat,
uoco autem cauſas, quę ſunt rei quidditas, ipſius materiam, & eius formam. Perſpicuum igitur eſt,
ſecundum Auer. materiam ad quod quid eſt attinere. At nunc aperire iuuat, externas uidelicet
cap.9. cauſas, ad rerum naturam ſpectare, & primum Ariſt. teſtimonio utemur, qui ſecundo Poſt. aſſerit,
quod quid eſt bipartiri, alterum quod cauſam habet, alterũ, quod cauſa uacat: quem locum Auer.
exponens, inquit, quod quid eſt, quod cauſam habet, quod etiam demonſtrationis concluſio ab
Ariſt. nuncupatur, illud eſſe, quod per formam & materiam conflatum eſt, quod uero cauſa ua-
cat, & demonſtrationis principium dicitur, eſt quod ex fine, & efficiente cõſtat. Hoc idem Auer.
eo quæſito, quod de demonſtratione inſcribitur à definitione poſitione differente, perfectas re-
rum quidditates, habentium quatuor cauſas, ex illis pendere aſſeuerat. Ariſt. etiam primo de phyſ.
auditu, inquit, tunc res perfecte appræhendi, cum cauſas omnes coguoſcimus, cùm primas tùm
5 ultimas. ſed per quod quid eſt, perfecte res ſciuntur quemadmodum. 7. meth. philoſophus docet; G
ergo cum per quod quid eſt, cognoſcuntur, per omues cauſas appreheuduntur. Verum quidam
aiunt, ſcire perfectum duplex eſſe, alterum quod quidditatiuum appellant; & hoc per formas tan-
tum proſiciſci, teſtantur, alterum uerò eſt ſimpliciter ſcire, quod per omnes cauſas habetur, ſed
hi maximo opere hallucinantur: nempe illa ſcientia, eſt abſolutè perfecta, qua habita, omne quod
de re ſcire expetitur, abſoluitur, ſed quidditate rei cognita, quicquid de re cognoſcere appeti-
mus, ſcitur; ergo quidditate cognita, perfecte, & abſolutè res ſcitur: minor ita probari poteſt, nem
pe duo de re ſciri expetuntur, rei natura, atq; ſubſtantia, & accidentia non communia, cum hæc à
ſcientia expellãtur, ſed propria, atqui ex quidditatis notione utrumq; habetur, cognoſcitur enim
rei natura, cum quod quid eſt non niſi rei ſubſtãtia ſit. rurſus propria accidentia ſciuntur, quoniã
perfectæ definitiones, quæ perfecte rerum naturas, & quod quid eſt, declarant, cauſa ſunt, om-
31 nium eorum, quæ rei per ſe inſunt, quẽadmodum 4 phyſ. & primo de anima Ariſt. monet. Notio
21 igitur quidditatis ſcientia ſimpliciter, & abſolute perfecta eſt. Non recte ergo hi ſentiunt. Quare
ut unde receſsit, redeat ſermo, hoc idem, ratione confirmari poteſt, quemadmodum res ſe habeat
ad eſſe, ita ad quod quid, & definitionem. At res, cuius quatuor ſunt cauſæ in eſſe, ex his omnibus
peudet, Igitur eius quod quid eſt, & definitio ex his omnibus couſtabit. Ad idem, cui conuenit H
ratio quidditatis, hoc ipſum ad quod quid eſt, pertinet, ſed omnibus cauſis eſſeutiæ ratio cõuenit,
omnes ergo cauſæ ad quod quid eſt, pertinent. Docuimus enim retro, quod quid, eſſe principiũ,
quo res ſuut. Quare cum res, quæ quatuor cauſas habent, ſint id quod ſunt, ob quatuor cauſas:
quatuor igitur omues cauſæ, ad eius naturam pertinebunt. hoc Auer. confirmat, 2. de phyſ. aud.
dans differentiam inter artem, & naturam, inquit, definitiones artificioſas completas eſſe, quæ ex
2 fine fluunt, ut inde apppareat cauſæ materialis neceſsitas, ſic etiam in naturalibus, & 6. diu. ait pri-
mam philoſophiam eſſe, naturali ſcientia digniorem; nam ut in definitione naturalium ponitur,
natura, non ſecus in definitione diuinorum Deus, & 5. de animali generatione Ariſt. teſtatur, in
cuiuſq; rei generabilis, & corruptibilis definitioue, finem apparere. quod etiam Auer. confirmat,
qui in epith. logicis iuquit, definitionis partes, alias priores, alias poſteriores eſſe, & priores, in du
plici differentia eſſe teſtatur, quædam intra rem, ut materia, & forma, quædam uerò eſt extra rem
48 ſuut, ut finis & efficiens; & ſecundo Poſt. demonſtrationem ſimpliciter per formam, & finem pro
ficiſci poſſe, teſtatur. Quare cum huius demonſtrationis medium, quod quid eſt, ſit, finis igitur ad
quod

A quod quid eſt attinebit. Demum cum in definitione naturalis ſubſtantiæ interdum cauſæ extra
rem ingrediantur; definitiones igitur illæ ex additione eſſent; quoniam cauſæ extra rem, extra rei
ſubſtantiam ſunt: quare ex his ſatis apertum habetur, cauſas extra rem, ad rerum, quod quid eſt,
ſpectare.

Propria opinio. *Cap. 6.*

QVibus declaratis ſupereſt, ut quid ipſi ſentimus in medium afferamus. Rerum itaq; eſſen-
tiæ, ex illis cauſis conſtituuntur, ex quibus in eſſe pendent, idcirco ſi aliquæ ſunt, quæ qua-
tuor cauſas habent, quemadmodum quæ ortum & interitum patiuntur, completa earum
ſubſtantia ex his omnibus pendet. Sin uero res ſunt, quæ duas, uel tres habent cauſas, talium quo-
que natura ex his conſtabit. Et ut aperta noſtra reddatur oratio, ſuſcipiendum erit, quod quid
eſt bifariam ſpectari, & quatenus quod quid eſt: nempe quo ad ea, quæ quod quid eſt competũt.
Altero uerò modo, ut rerum definitarum, eſſentia nuncupatur, utpote, ut rerum naturalium, aut
mathematicarum. Si itaq; primo modo ſpectetur, non niſi forma erit, quòd ex eo conſtare po-
teſt; nam quod quid eſt, rei natura, & ſubſtantia eſt, ſed rei natura id eſt, quo res eſt, id quod eſt,
B hæc uerò forma eſt, eſſentia igitur abſolute conſiderata forma eſt. ad idem, ut Auer. teſtimonio
utamur, mathematicæ non niſi cauſam formalem conſiderant, quæ tamen quod quid eſt, habent,
quare eis quod quid eſt, tantum forma eſt. Deinde ſeparatis ſubſtantijs quod quid eſt competit,
quod non niſi forma eſt, quamuis in eis idem ſit eſſe, & eſſentia, quare ſi rei natura abſolute conſi-
derata, aliam cauſam, quam formam clauderet, fieret ut neq; rebus mathematicis neque obiun-
ctis mentibus quod quid eſt conueniret, fit igitur ut eſſentia quatenus eſſentia eſt, non niſi forma
ſit, & idcirco Ariſ. formam per quod quid eſt definit, non quoniam forma tantum quod quid
eſt ſit: Interdum enim cum forma aliæ cõcurrunt cauſæ. ſed quoniam quod quid eſt, ut in ſe con-
ſideratur, non niſi forma eſt: inde fit, quòd cum aliæ cauſæ eſſentiæ partes efficiuntur, forma etiã
claudatur, nunquam enim perfectum quod quid eſt ſine forma habetur. altera quidditatis conſide
ratio, eſt, ut rebus quibuſdam coniuncta; ita eas cauſas claudit, ex quibus res in eſſe dependet,
quoniam quod quid eſt, principium eſt, quo res eſt; quare cum interdum ab una cauſa eſſe rei pẽ-
deat, puta à forma, ergo eius quidditas tantum forma eſt, quemadmodum ſeparatarum mentiũ
eſſe, cum ſit ſuum quod quid eſt, illud forma eſt. in meth. etiam, uti placet Auer. eſſentia non niſi
forma eſt, quoniam cæteris carent cauſis, ſin autem res ſunt, quæ quatuor cauſis pendent, omnes
C ad earum quod quid eſt pertinent, nam ut res ſe habent, ut ſint, ita ad quod quid, & definitionẽ:
quod ſatis apertè confirmat Ariſ. ſecundo Poſt. quando quod quid eſt, dupplex eſſe teſtatur, alte-
rum quod habet cauſam, alterum uero quod cauſa caret. quem locum exponens Auer. inquit,
quod quid eſt, quod cauſam habet, quod etiam demonſtrationis concluſio ab Ariſt. nuncupatur, 42
illud eſt, quod per materiam, & formam procedit. Quod uerò cauſa uacat, & principium demon-
ſtrationis eſt, finem, & efficientem claudit, & proinde Auer. intendit, inquit, demonſtrationes ſim
plices, interdum per formam, & finem fluere, & idem Auer. eo quæſito, quod de demonſtratione
inſcribitur poſitione, a definitione differente, perfectas quidditates rerum habentium quatuor
cauſas, ex illis quatuor conſtare, aſſeuerat. Et Ariſt. primo phyſ. inquit, tunc perfectæ res ſciri, cũ
cauſas omnes earum cognoſcimus, cùm primas tùm ultimas. ſed per quod quid eſt perfectæ res
cognoſcuntur, uti 7. huius conſtat: ergo perfectum quod quid eſt, omnes claudit cauſas; ſed du-
bia hæc eſſe uidentur, ſi partes quidditatis, rei partes ſunt, cauſæ uerò extra rem, rei partes non 4
ſunt: non ergo ad rei quod quid eſt attinere uidentur. Deinde quod quid eſt rei natura, atq; ſub-
ſtantia eſt, quæ ab eo cuius eſt, non ſeparatur, quemadmodum 7. huius Ariſt. mõnet. cauſæ uerò
extremæ à re ſeparatæ ſunt; non ergo ad quod quid eſt, ſpectabunt. Demum cum cauſæ tam intra
D rem, quàm extra rem, aliæ propinquæ, aliæ uerò longinquę ſint, inquiritur, ſi omnes ad quod quid
eſt pertineant. Sed priora dubia bifariam ſolui poſſunt, & prima ſolutio eſt, quod cauſæ externæ,
quamuis ad quod quid eſt pertineant eorum, quorum ſunt; non tamen eo modo quo cauſæ intra
rem. Hæ namq; uerè ad eſſentiam ſpectant, quoniam partes quidditatis ſunt, partes enim rei in-
exiſtentes ſunt, ergo ad quod quid eſt, quemadmodum ex regula Ariſ. 7. huius conſtat, ut ſe ha- 14.15.
bet ut ſit pars rei, ita quod quid eſt, quare cum rei partes materia, & forma ſint, igitur quod quid
eſt partes, idcirco ad quod quid eſt pertinent, quoniam rei partes ſunt, cauſæ uero extra rem, ad
quod eſt pertinere dicuntur, non quoniam huius quidditatis partes ſunt, ſed quoniam cauſæ hu
ius eſſentiæ, ut materiæ, & formæ, niſi enim finis agens moueret, ut agat, numquam materia perfe
ctum eſſe ſuſciperet, neq; corpus euaderet: materia enim & ſi actu corpus non ſit, potentia tamen
eſt ut cum formam ſuſcipit, corpus efficiatur, ut ſecundo de ortu Grammaticus teſtatur. Rur-
ſus forma cum ab agente de potentia ad actum producitur actu eſt; quare dicuntur quod quid
eſt, quoniam cauſæ eius, ut materiæ, & formæ, quæ ſunt quod quid eſt, ſicut materia, & forma, en-
tia, & ſubſtantia dicuntur, quoniam entis, & ſubſtantiæ cauſæ, ita extra rem cauſę, ad quod quid eſt

D 2 pertinent

pertinent,quoniam causæ quidditatis,ueluti etiam Auer.inquit,substantiam pertinere,ad acciden E
tium naturam,quoniam causa eius,ita materia ad quod quid est formæ,& uice uersa spectat;quo-
niam altera,cum alterius causa sit,etiam quidditatis causa est. Altera solutio, quæ ex Aris. secundo
Post.satis apertè colligitur,quod quid est bipartitur,alterum quod causam habet, ut quod ex ma-
teria,& forma fluit,& hoc neque loco,neq; subiecto,neq; itidem ratione separatur, uti Arist.do-
cuit aduersus Plat.7.meth. alterum uerò quod causa caret, ut id quod ex causis extra rem cõstat,
& hoc separatum est,ab eo cuius est,perfectum tamen, ex utroque constat, ut satis antea ex Auer.
demonstratum est. Postremum quidam soluunt & inquiunt,causas longinquas, siue intra, siue ex-
tra rem sint,ad quod quid est minime pertinere,sed solum, quæ propinquæ sunt , quandoquidem
huiusmodi causæ perfectam non aggenerant scientiam. Sed hi in apertissimo errore sunt. nem-
pe si illæ causæ ad quod quid est rei spectant,à quibus res in esse dependent, cum à longinquis cau
sis esse rei pendeat,licet magis à propinquis,quoniam illæ non solum huius rei, sed etiam aliarum
causæ sunt istæ uero definitæ rei,ergo eius quod quid ab illis quoq; pendet. demum Arist. primo
phys.inquit,res exactè sciri,cum omnes causas earum scimus, cùm longinquas,tum proprias,qua-
re,cum per quod quid est,scitur,perfecte scitur;ergo cum quod quid est scitur , tunc perfecte om
nes causas scimus,secus igitur dubitatio soluenda erit,quod omnes causæ tam longinquæ , quàm F
propriæ ad quod quid est rei pertinent,atq; ad definitionem,uerum illæ definitiones,quæ ex com
munibus,& longinquis causis constant,uarie, & dialecticæ sunt, quemadmodum Arist. primo de
anima monet. perfectæ uero,quæ ex proprijs , perfectissimæ,quæ ex utrisq; , quandoquidem ex
omnibus his causis esse rei pendet.ex his itaq; planum euasit,quæ causæ ad quod quid est pertinẽt.

Quas causas definitio declarat. *Cap. 7.*

EX quibus alterum manifestum fit,quas uidelicet causas definitio explicat,nẽpe si ut ad quod
quid est res se habet,ita ad definitionem,ergo quæ causæ,ad quod quid est pertinent;huius-
modi quoq; ad definitionem,cum definitio non nisi quod quid est manifestet , ergo, quem-
admodum quod quid est,bifariam spectari potest,& in se,& ut est diuersis rebus coniunctum . A
pari definitio bifariam consideranda uenit,& ut definitio est, puta quo ad ea prædicata, quæ ei ut
definitio est, conueniunt , quomodo quod quid,non nisi forma est,manifestat,alioquin,si omniũ
causarum esset declaratiua,omnes igitur res, cum definitione non uacent , habent omnes causas .
Altera definitionis consideratio est,ut rebus diuersis applicatur , quomodo ex his rebus pendet , G
ex quibus,cuius definitio quæritur , dependet.uerum, quoniam nonnullæ res , ex quatuor causis
pendent,earum igitur definitiones completæ,ex omnibus illis constant . sed ea se offert dubitatio
diluenda,si definitio ex genere,& differentia constat, & genus materiam refert , differentia uero
formam,ergo definitio,ut definitio,non solum formam declarat,sed etiam materiam. Verum di-
luitur dubitatio,quia definitio,uox est unius ad unum,uel ab uno,& eius species non eadem ratio
ne dicuntur definitiones,itaque prima definitionis species ea est, quæ cum ex genere uero & diffe
rentia constet,materiam,& formam refert. At definitiones non ueræ, & quæ quoquo modo defi-
nitiones uocantur,non est necesse, ut uerum genus referatur . sed genus includunt,quod aliquam
generis figuram gerit. Definitiones uero omnes , cùm perfectæ,tum imperfectæ , quod quid est ,
quod forma est declarant,atque id cunctis definitionibus commune est . Ex his uaria Auer.loca ,
quæ pugnare uidentur,conciliantur , nempe interdum , solam formam ad definitionem,& quod
quid est pertinere,testatur,uti nõ semel 7.meth.apud ipsum legere est,alibi uero, ut in quæs. log.
quæs.de def.à demonstratione solo situ differente,asserit,demonstrationes, & definitiones perfe
42 ctas omnes,includere causas.& secundo Post.cum ea Arist.uerba interpretatur , quod est, quod
quid est,quod causam habet,& quod causa uacat,inquit,illud causam habere , quod ex materia,& H
forma cõstat,quod causa uacat,ex efficiente,& fine,sicut ex Arist.exemplis ostendit. accipit enim
æclipsis definitionem,quæ ex materia & forma constat,uti æclipsis , est priuatio luminis in Luna,
priuatio luminis forma est,Luna uero subiectum. Altera quæ ex agente fluit,est,quod sit terræ in-
terpositio,est enim interpositio effectrix causa,priuationis luminis. idem exemplo tonitrui mani
festum facit,tonitruum,est,sonus factus in nubibus,sonus forma,nubis materia . Altera est,extin-
ctio ignis in nubibus,& hæc ex agente fluit. sunt & alia loca,quorum in commenta. Anal.memini
mus.ex his,quæ à nobis explicata sunt,conciliantur, nempe definitio cum in se spectatur , solum
formam declarat,atq; ita definitionem Auer.considerat quando dicit , formam definitionem in-
gredi . At cum ut uarijs est rebus applicata consideratur, ex illis causis fluit ex quibus res in esse
pendent.& quoniam non nullæ res sunt, quæ ex quatuor causis dependent earum completa defi-
nitio ex his omnibus conflatur,deq; huiusmodi rerum definitionibus Auer.loquens,inquit, defi-
nitiones perfectas esse,quæ omnes causas includunt,fit etiam ex his , & aliud apertum,definitio-
nem uidelicet per se,speciebus carere,sunt enim eius ex accidenti species , scilicet ut est rebus ap-

plicata,

A plicata,nam definitio,ut definitio,non nisi ex forma fluit, eius igitur ratione, nullam uarietatem
definitio sortitur,quare definitionis distributio, est à definitiune petenda ut rebus est coniuncta,
& ita si definitio rerum est quæ quatuor causas habent,ea quæ ex materia,& forma constat demon
strationis conclusio nominatur.nam & hanc contingit esse ignotam,atque causam priorem habe
re,quę demonstrari potest,quare cum duo hæc necessaria sunt,ut aliquid demonstretur,definitio
igitur,quæ ex materia formaq; constat,demonstratur. uerum per causas extra rem demõstratur,
ueluti per agentem,& finem:sunt enim hæ causæ,ut materiæ,& formæ, atque rei causæ, unde defi
nitio quæ principium demonstrationis est ex agente,& fine conflata est; hæc enim quoniam me-
dio,& causa uacat, qua monstrari potest, atque nota est,iure demonstrationis principium nuncu
patur: atqui duobus modis contingit causam,& medium non habere, aut quod eius simpliciter
medium nullum sit aut medio caret in ea arte,in qua ut principium demonstrationis accipitur,li-
cet in sup rema arte medium habeat,utraq; tamẽ definitio artifici perspicua est, & altera,cuius me
dium nullum est, hæc enim ex se nota & manifesta,altera supponitur & subijcitur, ut Auer.pri-
mo & secundo Post.non semel ducuit.Ex his,quæ definitio demonstratio est,solo partium ordi-
ne differens manifestum sit,quoniam ea est,quæ omnes causas declarat, quæ perfectissima est, &
B demonstratio quæ per omnes causas fluit,est perfecta demonstratio, ut ipsemet Auer. testatur,
in quæs.log. quæs. 8. cuius hæc sunt uerba,Demonstrationes ex quibus educuntur definitiones,
quas ipse uocat demonstrationes positione differentes sunt demonstrationes, quibus contingit
quòd ipsarum termini medij sint causæ quæ sunt extra ipsam rem, & in re quæ sunt ipsum agens,
& ipse finis,& materia,& forma. Nam hæc causæ sunt ex quibus constituuntur quidditates rerũ,
Auer.etiam secundo.Post.testatur definitionem,quæ demonstratur ex materia, & forma consta-
re,sed definitio,quæ demonstratur conclusio demonstrationis est: ergo definitio demonstratio-
nis conclusio ex materia,& forma constat,quæ uerò demonstrat,inquit ex agente,& fine esse con
stitutam.Sed quæ demonstrat principium est demonstrationis, ergo definitio quæ est demonstra
tionis principium,ex agente,& fine fluit.idem Auer. eodem cap. sæpius testatur, quod ex Arist.
haberi potest secundo Post. ubi quod quid est in duas diuidit partes alterum quod causa caret, &
hoc principium demonstrationis est,alterum quod causam habet,& demonstrari potest, quod &
demonstrationis conclusio nuncupatur; quod uerò utrumq; aggregat ea definitione explicatur,
quæ solo situ à demonst.discrepat.Idem Arist.exemp.quibus rem hanc explanat, declaratur. De
tonitruo ea demonstratur definitio,sonus factus in nubibus,quæ ex materia, & forma constat per
C eam quæ agentem claudit ut per ignis extinctionem:definitio igitur quæ principium demonstra-
tionis est ex agente causa fluit,quæ uero demonstrationis conclusio nuncupatur ex materia & for
ma.Idem exemplo eclipsis liquet,cui duæ ascribuntur definitiones altera,quæ materiam,& formã
exponit,quòd sit luminis priuatio in Luna, altera agẽtem causam manifestat,quæ est terræ inter-
positio inter Solem,& Lunam;constat itaq; quæ sit definitio quæ est demonstrationis principiũ,
& quæ eius conclusio,atq; quæ est demonstratio solo situ differens.

Quales singulis substantiæ speciebus conueniant naturæ & definitiones. *Cap. 8.*

QVæ cum explicata sint,tempus est,ut unde digressa est,redeat oratio. Rerum itaq; essen-
tiæ,atq; definitiones,ut rebus coniunctæ sunt,ex his omnibus conflantur causis,ex quibus
res in esse dependent;substantiæ itaq; compositæ natura,atq; ratio, ex his igitur constabit
causis,ex quibus dependet,uerum quoniam huiusmodi substantia altera caduca,& ortui, ac interi
tui subiecta est,altera uero sempiterna,ut cęlestia sunt,utriq; igitur quod quid est, eas claudit cau-
sas,ex quibus utraq; constat; caduca substantia quatuor habet causas,utpote materiam,formam,
D agentem,& finem,siue spectetur ut naturalis est,siue ut existit, quare eius completum quod quid
est,pariter & ipsius exacta definitio,ex his omnibus constabit,neq; tamen putandum est, cuiusq;
substantiæ caducæ esse,ueram definitionem;quoniam simplicium corporum exactæ definitiones
non sunt,quandoquidem definitio exacta,cum ex uero genere,ueraq; differentia constet: uero ge
nere simplicia uacant,quoniam uerum genus,materiam compositam refert, hoc est materiam ha
bentem formam uniuersalem,quare cum huiusmodi materia uacent, ueræ igitur non definiũtur,
quare solius substantiæ,quæ composita est,uera est definitio,neq; cuiusq;, sed quæ species est, ut
Aris.7.meth.docet,asserens,ea quæ non sunt,species sub genere,non habere definitionem, & eo-
dem libro monet,uniuersalis,& speciei esse definitionem, quibus etiam apertum fit, substantiam
sempiternam,siue fuerit simplex nullam compositionem includens,siue corporea,non uerè defini
ri; nempe si ea definiuntur,quæ sunt species sub genere, cum nulla substantia sempiterna sub ge-
nere sit,quemadmodum Auer.in expos.Porph.docet,quoniam ait, genus generalissimum in præ
dicamento substantiæ esse substantiam sensibilem sensu, tactus:cælestia.n. & abiunctę mentes sen
su,tactus minime sentiri possunt;ergo in genere non sunt. Demum si genus refert materiam com

positam, cum hæc in substantijs illis, non includatur, igitur neq; sub genere sunt; quare neque ue- E
ras definitiones habent.

An genus referat materiam, uaria opinio. Cap. 9.

ATqui, ut res ab ouo intelligatur, neque ullus post hac relinquatur dubitandi locus, in-
quirendum erit, an genus à materia, uel potius à forma sumatur. Qua in re, neque con-
sentientes peripatetici sunt, nonnulli enim genus, materiam referre asseruere, quod ex
5 his confirmant. Partes definitionis, quemadmodum Auer. primo de anima docet, ex partibus,
quæ sunt in re, accipiuntur; genus uerò potentiam indicat: ergo à potentia, quæ in re est acci-
pitur. Hæc uerò materia est, à materia igitur genus accipitur, differentia uerò ob actu, qua
23.25 in re est, qui forma est. Hoc idem Arist. confirmant, qui 7. huius, inquit, genus materiam re-
ferre, & 10. eiusdem operis ait, quæ genere, conueniunt, in materia etiam conuenire. Auer.
49 etiam 2. cæli, Auicennam arguens qui orbes specie differre, & in genere communicare asseruit,
ita argumentatur, si orbes specie differrent, & genere conuenirent, essent ex materia & forma
compositi. quoniam quæ in materia conueniunt, in genere etiam conueniunt. sunt & aliæ au- F
thoritates, uerum quoniam eodem tramite dissoluuntur, sat est, has in medium afferre: quare
opinio horum est, quod genus materiam referat, atque à materia sumatur. Sed aduersus hos
instat Alex. 2. quæst. nat. cap. ultimo, & prima eius ratio, ita ordiri potest, pro cuius intellectu
notandum, quod materia bifariam capi potest, & ut est tota simul, quo pacto communis dici-
tur, quoniam omnes formas materiales in se habet; potest rursus capi materia, prout diuersas
habet portiones, quomodo quæque materiæ portio communis dicitur, quia omnium formarũ
contrariarum est susceptiua: sed genus nullo horum modorum commune dicitur, non igitur
materia, genus namque commune est, secundum prædicationem suis speciebus, de quibus in
quid, in recto prædicatur. Item singulare animalis, ut animal, quod est in Socrate in alio reperi-
ri nequit. Quare neque materia tota simul accepta, neque portio materiæ, genus est. 2. mate-
ria in re est, atque principium est eorum, quæ fiunt, genus aũt est solum nomen, atque esse habet
per opus intellectus. Quare nõ est genus materia. 3. materia una numero permanẽs incorruptibi-
lis est genus autem æternum est scd'm speciem; item per successionem continuũ eorum quę fiunt.
4. materia est altera pars compositæ substantiæ, quæ in compositi corruptione separatur, & per-
manet; atque aliam formam suscipit, genus autem, non tantum in habentibus materiam sensi- G
bilem reperitur; sed in his quæ hac caret; ut in mathematicis. 5. genus quod in naturali substan
tia reperitur, refert aggregatum, ex forma & materia, ut animal, quod genus est hominis non
materiam tantum dicit, sed aggregatum ex materia, & anima sensitiua. Materia autem, com-
positum quoddam non est, non igitur genus, & proinde fit, quod cum res corrumpitur, non
separatur, & permanet genus: uti materia, unde animal, quod est in Socrate, cum corrumpitur,
Socrates non permanet sed corrumpitur, sed materia, quæ est in eo manet, unde si omnia sin-
gularia animalia tollantur, non remanet animal: materia autem semper permanet, sunt & ra-
tiones aliæ, quæ, quoniam intelligi nequeunt nisi Alex. opinio explicetur, proinde usque ad
14 illud tempus differatur. Ad idem est Auer. 12. huius, ubi dat differentiam inter materiam, &
genus, asseritque materiam dicere puram potentiam, genus autem dicit potentiam mediam in-
ter actum simpliciter, & potentiam simpliciter. Quare ex his uidetur, quod genus non sumi-
28 tur à materia, sed à forma uniuersali, unde 2. physi. ait, genus dicere formã uniuersalem, dif-
ferentiam uerò formã particularem, quod ratione ostendi potest. nam genus, est pars defi-
nitionis, materia autem non est pars definitionis, ut ex Auer. supponunt, non igitur est genus.
Sed decipiuntur huius opinionis fautores, rationi enim & Arist. Alex. atque Auer. aduersantur H
rationi, nam genus sumitur à potentia, quæ est in re, hæc modo materia est, igitur à materia.
25 Ad huc planè philosophus in littera, & decimo huius asserit genus referre materiam. Alex. etiã
citato capite, ait, genus referre non materiam puram, neque formam absque materia, sed for-
mam cum materia, unde genus dicit aggregatum ex materia, & forma uniuersali. Idem Auer. 2.
14 Epith. met. idem 12. huius, cum ait, genus dicere potentiam mediam inter actum, & poten-
tiam puram, si modo tantum referret formam uniuersalem, non potentiam, sed actum diceret.
49 & 2. cæli ait quæcunque genere conueniunt, materia conuenire. Est, & 3. opinio quæ Alex.
Auer. atque nostra est. Quod genus non refert absolute materiam, neque formam uniuer-
salem, sed utrunque refert, formam uidelicet in materia. sed ut eluceat opinio, sunt quamplu-
ra explicanda, primum quod definitio est opus intellectus, quare et partes definitionis, ut ge-
nus, & differentia, quæ à latinis, secundo intellecta nuncupantur, hæc autem, non sunt quod
quid est neque partes quod quid est, nam ut antea ostendimus, quod quid est, est, natura, &
rei substantia, quæ in re esse habet, genus, & differentia, cum in re esse non habeant, sed intel-

A lectum, non igitur quod quid eſt, aut pars eius, ſed referunt atque repræſenat partes quod quid
eſt. Ex his id colligitur, quòd genus non eſt materia, neque forma, quoniam hæc in re ſunt,
cum ſint partes ſubſtantiæ compoſitæ, ſed, referunt, atquæ explicant partes quod quid eſt, uti
definitio explicat totum quod quid eſt, ita & partes eius referunt, partes naturæ rei, quare ge-
nus, & differentia, non ſunt rei natura, atque ſubſtantia ſed referunt, ac esplicant rei naturam,
atque ſubſtantiam. ex his aliud patet, quod genus cum commune ſit, eſt ſecundum prædicatio-
nem commune, quoniam de pluribus prædicari, eſt opus intellectus. Accipiendum ſecundo,
quod ea, quæ definiũtur, ut antea patuit, & infra magis patebit, ea ſunt, quæ ex materia, & for
ma conſtant; neque quæ ex omni materia uti prima tantúm, & forma, ſed quæ ex materia ha-
bente formam uniuerſalem. Quare ea definiuntur, quæ materiam habent, habentem formam
communem præter formam particularem uti homo definitur, quoniam conſtat ex materia ha-
bente formam communem, & ex propria forma uti cum dicimus homo eſt animal rationale, ani-
mal genus hominis aggregatum dicit ex materia, & forma communi, ut ex corpore organico,
& anima ſenſitiua, ut Alex. author eſt eodem Cap. quod ratione confirmari poteſt. Nam ſi de
finiuntur quæ materiam tantum, & formã habent; ergo generis generaliſsimi de prædicamento
B ſubſtantiæ eſſet definitio. conſequentia probatur uno ex Auer. ſumpto cap. de ſpecie, & 6. di-
ſputatione, & 12. huius, quòd genus generaliſsimum eſt corpus ſenſile ſenſu tactus. Hoc mo- 25
do nulli dubium quod ex materia, & forma conſtat. quare definiretur. Ex his quæſiti ſolutio
perſpicua fit quòd genera non ſunt materia neque forma uniuerſalia; non enim ſunt materia,
ut antea patuit ex Alex. licet materiæ, & generi quædam communia ſint, ſiquidem genus plu-
ribus eſt commune, atque prius natura eſt his quorum eſt genus ita & materia pluribus comunis,
ut omnibus generabilibus, & corruptibilibus atque his natura prior, adhuc uti adueniente for-
ma materia diſtinguitur, atque compoſitum facit, ita differentia adueniente generi, diſtingui-
tur, & definitur genus, atque ipſum determinatum conſtituit: licet autem conueniant, idem
tamen non ſunt, ſed longe differunt, quoniam materia eſt communis, quoniam omnes formas 11
poteſt recipere materiales; ſed genus dicitur commune, quoniam de ſpeciebus, quarum eſt ge
nus prædicatur, adhuc materia eſt aliquid in re exiſtens præter opus intellectus, eſt etiam pars
compoſitæ ſubſtantiæ: genus autem per intellectum eſſe habet, neque pars compoſitæ ſubſtan-
tiæ eſt. materia etiam eſt numero æterna, ſed genus nequaquam, ſed ſpecie atque continua in-
diuiduorum ſucceſsione, materia etiam ſubſtantia compoſita corrupta permanet, at genus, quod
C in alicuius ſpeciei indiuiduo eſt, cum indiuiduum corrumpitur, interit ut animal, quod eſt in
Socrate, non igitur eſt materia, neque forma uniuerſalis; nam forma actus eſt genus potentiam
refert, & ideo genus ut Auer. eodem lib. teſtatur eſt in potentia in definito & licet genera, neq;
materia, & forma ſint, repræſentant tamen materiam non omnem, ſed eam quæ formam com-
munem habet, quare genus refert materiam habentem formam. forma enim illa communis ma-
teriæ adueniens facit, ut ſit reſpectu rei generandæ proxima materia, ut Ioannes Gram. primo
phyſ. aperuit, ut anima ſenſitiua adueniens corpori habenti animã uegetalem facit ipſum eſſe ma-
teriam proximam hominis. ex his id apparet quod Auer. 12. huius dicit, & 2. lib. Epith. metho 14
quòd ea materia quam genus refert media quodamodo eſt, inter potentiã & actũ: nam quate-
nus formam habet, omnes formæ poteſtate non eſt quemadmodum materia prima. Verum
quoniam ad ulteriorem perfectionem potentia adhuc dicitur; quare media eſt, genus itaque
hanc refert materiam, quæ in re definita in potentia media dicitur. ex his etiam id elucecit, cu-
ius ſepius Ariſt. & Auer. meminit; genera materias referre nempe materias quæ quoquo modo
ſunt in actu, atque ab his ſuſcipiuntur. Aliud rurſus patet, genus formam uniuerſalem referre,
ſed non ſolum, ſed quatenus eſt in materia, & quemadmodum Alex. refert genus repreſentat ex
D utroque collectum. Manifeſtum etiam & aliud factum eſt, interdum contingere hæc genera
materiam habentem formam referre, quare ea genera definiri poſſunt, habet enim unde genus
& dña accipi poſsint: ueluti animal eius proxima materia corpus uiuens eſt, cui ſentiens ani-
ma adueniens animal conſtituit, uiuens enim corpus materia eſt habens formam, utpote ani-
mam uegetalem. Verum, quoniam in generibus in infinitum non proficiſcitur, ad primum
genus occurrimus, cuius materia non habet formam: quare ea definiri nequeunt: nam & ſi ma-
teriam habent, ea tamen uacant, à qua genus ſumitur. Deinde aliud manifeſtum efficitur abiun
ctas mentes, cæleſtia corpora, quoniam hae uacant materia non definiri, recte igitur ab Auer. di
ctum eſt, ea ſolum definiri, quæ ortui ſubiecta ſunt, & ex huiuſmodi conſtant materia. quod ab
eodem Auer. confirmari poteſt eodem libello ubi hæc habentur uerba, & huiuſmodi eſſe quod
habent genera, medium eſt inter formam quæ eſt in actu, & materiam primam, quæ non habet
formam. & paucis interpoſitis, genera nihil aliud ſunt, quàm repræſentatio uel exemplar materie-
rum compoſitarum, quæ ſunt partim actus, partim potentia: plane igitur patet genera ex ma-
teria compoſita ſuſcipi. Cæterum hæc materia altera ſenſibilis eſt, quæ uere materia eſt; altera

Intelligibilis, ut materia quæ in rebus mathematicis est, & quemadmodum in naturalibus à ma- E
teria sensibili composita, genus sumitur, atque hanc refert, ita in mathematicis genus, mate-
riam eam intelligibilem refert, quæ composita est, quemadmodum ex definitione circuli appa-
ret, ubi figura ut genus capitur, quæ materiam refert compositam, uere tamen genus in naturali-
bus reperitur, quoniam materia sensibilis uere est materia. quæ cum ita explicata sint, superest
nonnullas diluere dubitationes.

Dubitationes diluuntur *Cap.* 10.

GEnus materiam compositam reffere ad eius exemplar esse docuimus. Iterum genus bi-
partitum est, alterum enim uniuocum, alterum analogum nuncupatur. iure quispiam quæ-
rere posset, an utcumque genus eiusmodi materiam referat. Deinde, si genus materiam
refert compositã, ergo simplicia corpora, ut quatuor elementa uocata, definitionibus uacarent:
nempe talium corporum materia composita non est, quare ab eorum materia genus nullum
suscipi potest. Nonnulli primam dubitationem soluentes, (quemadmodum Auer. 2. lib. Epith.
Met.) asserunt, & recte solum genus uniuocum, materiæ compositæ esse exemplar, uere nam- F
que definitiones ex genere uniuoco constant, ueluti Auer. monet in logicis Epith. eo cap. quod
de qualitate conficiendi definitiones, & demonstrationes inscriptum est, quod ratione confir-
mari potest. genus enim ab ea sumitur materia, quæ specierum communis est. quæ quoniam sin-
gulis speciebus communis est, ideo genus quod ab ea sumitur omnibus speciebus erit commu-
ne; atqui talium specierum materia non nisi composita esse ualet, quemadmodum posterius do
cebimus. quæ quoniam eadem ratione omnibus conuenit speciebus, igitur & genus ab ea
sumptum singulis speciebus, eadem ratione cõe erit. Analoga uero genera definitiones exa-
ctas non ingrediuntur, quoniam analogum non nisi uox, & nomen est & naturam tertiam ab ea
31 specierum seiunctam, non refert. Nempe ipsum aliud non est, nisi suæ species ordine quodam
(quemadmodum 2. de anima Ioannes Gram. monet.) Huiusmodi igitur genera cum definitio
nes ingrediuntur, ueras definitiones non efficient, immo Ioan. Gram. analogas definitiones as-
serit esse, compendiosas atque breues specierum rationes. Secundam uero dubitationem ua-
rio pacto Peripatetici soluunt, qui enim formam corporis materiæ coæternam concedunt, ele-
menta uere definiri aiunt, quandoquidem eorum genus à materia composita summi potest, ut
pote à materia prima habente formam corporis. Corpus autem hoc quod ex materia prima & hu G
iusmodi forma conflatum est, non definitur, quoniam eius materia formæ expers est, à qua
genus sumi nequit. Sed horum solutio dubia est, cum ambiguitas maxima sit inter peripateticos
de forma corporis. Quidam uero, etsi corporis formam non concedant aiunt tamen, in ele-
mentis præter formas proprias quandam omnibus cõem formam inesse, quare elementa mate-
riam habebunt compositam à qua iuxta hos, genus sumi potest, & horum ratio hæc est, Auer.
monet genus generalissimum de genere substantiæ, corpus esse sensibile sensu tactus: ergo cum
41 elementa corpora sint, quæ tactui subijciuntur, uerum igitur obtinebunt genus, quod materiã
refert compositam, in elementorum enim materia, primum, forma suscepta est, per quam ha-
bent, ut sensu tactus sentiantur elementa, deinde forma peculiaris in eorum suscipitur materia,
per quam eorum unumquodque in specie constituitur. Sed horum fundamentum de facili ruit.
Nam id quo sensu tactus elementa sentiuntur, forma substantiæ non est, tangendi enim uis
substantiam non percipit, sed solum accidentia, utpote corporis qualitates. Auer. uero ita in
telligendus est, in genere substantiæ, ea corpora sunt constituta, quæ qualitates habent, quibus
tactui subijciuntur, quod propter cælum dictum est, hoc enim & si sensu uisus apprehendatur,
non tamen tangendi potẽtia, & iccirco in genere substantiæ non collocatur. Dubitatio igitur H
alio pacto uenit soluenda, quæ, ex his quæ retro docuimus, solui potest: monuimus enim quod
ueluti quod quid est res habent, ita, & definitionem: atqui quod quid est ratio, eadem singulis
rebus non est, quare neque definitio, ea enim uere quod quid est habent, quorum materia com-
posita est, quare neque hæc ueras habebunt definitiones, itaque elementa, quoniam absolu-
tum non habent quod quid est, quoniam materia carent composita, neque igitur exactas
habebunt definitiones.

Qualis sit formæ, atque materiæ ratio. *Cap.* 11.

QVales itaque compositæ substantiæ definitiones, & naturæ existant, retro expositum
est, at nunc qualis formæ, materiæq; ratio tradenda sit, inquirendum erit. Et initium di-
sputationis ex his erit, quæ retro à nobis explicata fuere. Docuimus enim definitionem
spectari posse; ut uarijs, diuersisq; rebus coniuncta est, atque ratio hæc, eas explicabit causas,
quibus

A quibus res est, id quod est. Quare si forma definitione est declaranda, cum altera materiæ sor-
dibus coniuncta sit, altera uero ab illis seiuncta, hæc ita definienda erit, ut in eius ratione ma-
teria non appareat, nec ut pars eius, neque itidem, ut uehiculum quod quid est deferens. quã-
doquidem à materia nullo modo pendet. & cum hæc se ipsa sit, id quod est, inde fit quod diffi-
niri nequit, definitione, quæ causas priores manifestat, sed potius definitione manifestatur, quæ
ex posterioribus est, constituta. Nempe per aliqua prædicata huius formæ natura, explicatur,
quemadmodum ab Arist. 12. huius, & 8. de phys. auditu, unusquisque perdiscere potest, & id
circo non imperite latinorum quidam asseruere, potius nos scire quid non sit, quam quid sit,
talis enim formæ natura, ut in se consistit, non currit cursu scientiarum speculatiuarum, quem-
admodum Auer. 3. de anima monet, hæc enim cognitio hominis fœlicis est. Ea etenim perce- 36
ptio, quæ ex scientijs speculatiuis comparatur talium entium naturas exacte non exponit. Cũ
uero mens nostra erit, sic singula facta, utpote quando se ipsam intelligere diuinarum men-
tium quidditates, ut in se consistunt cognoscere, in qua contemplatione beatur. Altera uero for
ma materiæ sordibus prorsus immersa est, quæ definiri nequit, nisi in eius ratione materia ap-
pareat, quoniam inesse à materia pendet, sunt enim sibi mutuo causæ: materia namque à for-
B ma perfectionem, & complementum suscipit, quæ formam deinceps substentat. quare si ut res
se habet ad esse, ita ad rationes, igitur sine materia forma hæc non definitur, & quamuis ad for-
mæ rationem pertineat, non ita tamen, ad eius spectat definitionem, quemadmodum quando
materia in substantiæ compositæ ratione apparet. Cum enim ipsius pars sit etiam quidditatis
pars efficitur, at cum ad formã confertur, quoniam ipsius pars non est, neque suæ naturæ pars
efficietur. Dicitur tamen ad quod quid est formæ pertinere, non quoniam pars eius sit, sed quia
formæ causa est, atque formam deferens. Neque mirandum est idcirco materiam ad formæ na
turas pertinere, quoniam formam substentat, quoniam quidditas singulis rebus eadem ratione
non conuenit. Nam si ut res se habet ut sit, ita quod quid est, huiusmodi forma in alio existit,
ut in materia, suam ergo quidditatem à materia dependentem habet, quod Auer. docuit 7. diui. 40
anima quia est existens in alio, non habet perfectam diffinitionem. idem 8. eiusdem operis con- 9
firmat asserens compositorum ueras esse definitiones. & 2. de phys. aud. formæ in materia exi- 19
stentes, absque materia definiri nequeunt, quare cum huiusmodi formæ ueris careant definitio-
nibus, materia & si ad quod quid est formæ pertinere dicatur, non ita tamen, quod sit suæ na-
turæ pars, sed quoniam causa est, formam substentans. Verum res clarior fiet, quandó de ac-
C cidentis natura disputabimus, & ex dictis tamen id constat, quòd materia non idcirco ad formæ
naturam pertinet, quoniam eius pars est. Verum ex addictione huiusmodi definitio non est,
quandoquidem ille definitiones ex addictione uere nuncupantur, in quibus aliquid apparet,
quod extra rei naturam existit, ita quòd neque rei, neque ipsius naturæ pars est, atque extra ge-
nus, materia uero quamuis formæ pars non existat, extra genus non est, in eodem enim genere
materia, & forma continentur.

Dubitationes soluuntur. *Cap.* 12.

SEd ex his complures dubitationes ortum trahunt, quarũ prima est quæ definitionem ingre-
diuntur, uniuersalia sunt, ut primo & 2. Post. Arist. monet; materia uero formæ definitio-
nem ingrediens, non uniuersalis sed singularis, non recte ergo in formæ definitionem appa-
ret. Est, & altera dubitatio, si quid uere definitur compositum est, quod singulare est, igitur
singularium erit definitio. Deinceps si materia ad quod quid est composita pertinet, non re-
cte ergo ab Arist. dictum est, quod in conceptis cũ materia idem non est quod quid est, cum eo
D cuius est, demum Auer. auctoritas solutionem quærit, qui docet, si homo pro forma capiatur,
idem erit quod quid est, cum eo cuius est, sed si pro aggregato ex materia, & forma sumatur,
nequaquam, quare negat materiam esse quidditatis partem. Sed horum dubium primum, ex
Arist. 7. diuin. dilui potest, qui docet materiam, quæ tam compositi quàm formæ rationes in
greditur eam esse, quæ uniuersalis est, atque speciei pars, quæ uero singularis est, & signata ma-
teria nuncupatur, extra definitionẽ; & quod quid est semper est, hæc namque accidentia in-
cludit, quæ extra rei substantiam sunt. Quod per Arist. ostendi potest, qui eodem libro dubium
soluens, an omnes partes definitionem ingrediantur, inquit, si definiatur forma, in eius ratione 34
non nisi partes, quæ secundum formam sunt accipiũtur, si uero quod definitione explicatur, com
positum fuerit, ipsius rationem, cum partes quæ forma sunt, tum quæ materia ingrediuntur,
uti exemplo concauitatis ostendit, quæ cum forma sit, in eius ratione, ut pars substantiæ non ca
dit caro, sed tantum ipsius est subiectum. Simum uero quod ex concauitate, & naso constat,
nasus in ipsius de finitione apparens simi naturæ pars efficitur, & proinde regulam largiens phi-
losophus, monet, quòd ueluti materia se habet ut sit pars, ita ad quod quid est, quare cũ formæ

pars non ſit, neque igitur ſuæ ſubſtantiæ pars erit, ſed cum ſimul ſumpti pars ſit, ita ſuæ naturæ E
pars efficietur, quemadmodum Auer. ibi monet. Secundum dubium ex eodem lib. per Ariſt.
diſſolui poteſt, qui concedit ſimul ſumpti eſſe definitionem, non tamen ut ſingulariter ſunt, ſed
ut uniuerſaliter concipitur, & ſpectatur. Neque tamen hi audiendi ſunt, qui aiunt, compoſitū
eſſe ſingulare eſſe, & nullum uniuerſale. Nam uniuerſale, uti aiunt pro prima intentione, aliud
non eſt, niſi natura à proprietatibus indiuidualibus ſpoliata, ergo utramque naturam ita conſide-
rare poſſumus, ut uidelicet ſimul iuncta eſt, materia uero & forma ſimul iunctæ, compoſitū ſunt,
ergo compoſitum pro mentis opus, uniuerſale fieri poteſt. Neque tamen obſtat, quod ex Auer.
obijciunt, formam uniuerſalem uniuerſalitatis fundamentum eſſe. Nempe principium, quo
res uniuerſalis fit, forma eſt, nam ſi à mente uniuerſale efficitur, mens uero, cuncta contempla-
tur ratione actus, ergo forma primo fit uniuerſalis, deinde ueluti per formam, materiam, mens
concipit, ſic ſecundo materiam uniuerſalem reddit, & ita compoſitum, quare compoſiti uniuer-
ſalis diffinitio erit. Ad tertium dubium dicimus nomine materiæ ſignatam materiam Ariſt. intel
ligere, quippe in conceptis cum materia ſignata, quod quid eſt, ſeparatur ab eo cuius eſt, hæc
enim materia accidentia claudit, quæ extra rei naturam ſunt, quare in his rebus, aliud eſt, quod
quid eſt, & aliud quod ipſum habet, quod quid eſt enim rei natura eſt, ueluti materia & forma ac- F
cidentibus ſecluſis, quod uero per quod quid eſt habet, indiuiduum eſt, ſignatā materiam clau-
dens, quæ merito accidentium, ſignatur. hæc uero à generante ante formæ aduentum producta
ſunt, quæ omnia ſimul in alio indiuiduo inueniri non poſſunt, quemadmodum Porf. monet.
ergo cum indiuiduum ultra naturam, accidentia etiam claudat, ob quæ natura fit ſingularis, id
circo fit, ut aliud ſit indiuiduum quod materiam ſignatam retinet, aliud ipſius natura. Eſt uero
natura materia ſpecifica, atque forma, uti hominis forma, & materia ſingularium hominum quid
ditas ſunt. quando uero Socrates gignitur hominis materia, Socratis accidentibus ſignatur
conſimiliter & eius forma, quando in hac ſignata materia ſuſcipitur, & idcirco recte ab Ariſt. di-
ctum eſt, in habentibus materiam, uidelicet ſignatam, quod quid eſt, ſeparari ab eo cuius eſt,
& proinde homo uniuerſalis non eſt niſi ſua humanitas, quæ ab eo neque ſubiecto, neque ratio-
ne diſtinguitur, errant igitur ſi qui materiam nullo modo ad quod quid eſt, pertinere aſſeue-
rant, quamuis enim ſignata materia, conſimiliter, & ſingularis forma, ad rei naturam non ſpe-
ctent; diuerſum tamen eſt, de materia ſpecifica iudicium. Quod uero ex Auer. obijciunt, ſol-
uimus, & ut in Auer. exemplo perſiſtamus, homo enim ex materia & forma conflatus eſt, ita per
hominis materiam, & eam, quæ ſignata eſt atque ſingularis, intelligere poſſumus, hæc enim G
cum certis & definitis accidentibus affecta ſit, quorum merito unius & non alterius indi-
uidui propria fiat, indiuiduationis cauſa eſt, nec non cauſa eſt quare res ſentiatur, & quod ſingu
lariter concipiatur, & hæc ad quod quid eſt non pertinet: quemadmodum ex latinis diuus Thom.
monuit. ſi uero per humanam materiam, non ſingularem intelligamus, ſed eam, quæ à ſingu-
laribus proprietatibus, ut ſine quantitate, & cæteris accidentibus mentis beneficio ſecluſa eſt,
ita ad quod quid eſt ſpectat. Quare homo materiam, & formam includens, utramque mate-
riam ſignificare poteſt, atque ita ſi cum materia ſignata concipitur, in eo aliud eſt quod quid
eſt ab eo cuius eſt, quod Ariſt. docuit 7. diuin. quando aſſerit in his, quæ ſunt per accidens, aliud
eſſe quod quid eſt, ab eo cuius eſt, ſi uero homo concipiatur non ut materiam ſingularem clau-
dit, ita quod quid eſt, in eo non ſeparatur ab eo cuius eſt, ſed ſolutio dubium habet, ſi homo pro
uniuerſali materia, atq; forma accipiatur in eo natura ab eo cuius eſt non ſeparatur? cur materiæ
non meminit. ſed diluitur hoc, & ſcire oportet, quemadmodum etiam Auer. primo de anima &
Alex. ſecundo diuin. teſtantur, ea quæ definiuntur ſingularia eſſe, nempe diffinitiones rerum ſunt
extra animam exiſtentium, quæ ſingulares ſunt, licet ut uniuerſaliter concipiantur, quare cum ſin
gularia materiam ſignatam claudant, ideo nomine materiæ, ſignatam materiam intelligit, & idcir H
co ſi res definienda, ita conſideretur, forma eſt, & non materia. uel formæ meminit, quoniā ipſa eſt
præcipua quidditatis pars. Aut fortaſſe per formam totius formam intelligit, quemadmodum La
tini monent. Eſt uero totius forma, rei ſubiecta, omnibus accidentibus ſecluſis, & ita nomine for-
mæ, rei ſubſtātiam Auer. Intelligens, recte, inquit, ſi homo per formā uidelicet, totius capiatur, idē
erit in eo, qđ quid eſt, cū eo cuius eſt, ſi uero pro aggregato ex materia ſignata, & forma totius;
quod quid eſt ab eo cuius eſt, ſeparatur, ita. n. ſola totius forma erit, quod quid eſt, quoniā ſignata
materia ad rei naturā nullo mō ſpectare pōt. Quare ut redeat oratio, formæ in materia exiſtētes ſi
ne materia definiri nequeunt. Nā & ſi forma rōne, à materia ſeparetur, alia. n. eſt eius ratio, & alia
materiæ, in formæ tamē rōne neceſſario materia capitur. Cæterū quāuis per materiā, hæc facta dif
finiatur, ipſius tamen ratio exacta non eſt, pendet enim ab agente, à quo de potentia ad actum per
ducitur, igitur agens in eius actione apparere oportet, quoniam ut res ſe habet ad eſſe, ita ad quod
quid & definitionem, deinceps quod gignitur alicuius gratia gignitur, idcirco finis in definitio
ne formæ ſuſcipiendus erit, ſed non ille, qui generationis finis eſt, quoniam hic non niſi forma eſt.

A quæ quatenus ortum terminat,finis nuncupatur . finis itaq; qui rei genitæ eſt,in formæ definitio-
ne cadit. Verum huiuſmodi cauſæ ad formæ naturam non pertinent, quoniam partes formæ ſunt,
ſed quoniam ipſius cauſæ,quemadmodum de materia retro docuimus . Quales igitur formarum
in materia conſiſtentium diffinitiones ſint, ſatis elucet . At nunc qnomodo materia diffinienda
ſit,inquirere oportet. Quod ex declaratis conſtare põt,nempe ut res ſe habet . ut ſit , ita ad quod
quid,& definitionem,quare cum materia & à forma,& ab agẽte,& deniq; à fine pendeat, ſine his,
etenim ſuum complementum,& perfectionem materia non ſortitur, igitur cũ his cauſis definien-
da erit. Dicuntur uero ad ipſius naturam pertinere,quouiam eius cauſæ ſunt, & nou ipſius partes ,
quemadmodum antea de forma docuimus. Demum ut ſingulis ſubſtantijs breuibus definiendi
modum perſtringamus,quemadmodum unaquæq; ſubſtantia ut ſit, ſe habet,ita ad quod quid,&
rationem,ſubſtautiæ igitur cauſæ ex quibus dependet,cognoſcendæ ſuut,ab his enim ſuam natu-
ram,& definitionem ſortitur. Et hæc de ſubſtantię natura, definitioneq; dicta ſint. Ad accidentiũ
naturas explicandas,ſermo conuertendus eſt.

De accidentis natura,prima opinio. *Cap.* 13.

B

QVa in re conſueta philoſophãtium uia,progrediemur,nempe prius aliotum referemus ſen
tentias,demũ Ariſtotelis opinio adijcienda erit . Sunt quidam , quemadmodum Scotus ,
& qui ipſum perditè ſectantur,qui aiunt,accidentis naturam eſſe, ſubiecto inhærere, quo-
rum ſententia nt meniſeſta reddatur,eruut nõnulla explicanda. Et primum accidens,aiunt , bifa-
riam ſpectari poſſe,& pro intentioni , & pro re, quæ intentioni ſubijcitur, pro intentione ens ſe-
cundum intellectum eſſe affirmant,quo pacto de accidente ſermo non habetur,pro re uero inten
tioni ſubiecta,accidens in nouem prædicamenta diſtribuitur;deq; hoc accidente diſpuratio futu-
ra eſt,& de eo quæritur an eſſe in ſubiecto,ſit eius natura . Accipiunt ſecundo, inhærentiam acci-
dentis ſubiecto unionem eſſe,ex his quid quærant conſtat:Nam quærunt ſi inhærẽtia hoc eſt unio
accidentis ad ſubiectum ſit accidentis natura,cæterum duas conſtituunt inhærentias,quarum alte
ra actu alis,altera uero,aptitudinalis ab eis nuncupatur. prima inhærentia eſt , quando actu ſubie-
cto exiſtenti accidens eſt unitum ; igitur hæc inhærentia utrumq; eſſe, & accidens , & ſubiectum
exquirit , quemadmodum albedo parieti actu ineſt,& paries,cui actu ineſt , etiam exiſtit. Altera
uero inhærentia,quæ aptitudinalis nuncupatnr,quod actu accidens inſit non oportet , poteſt ta-
C men ex ſui uam illi uniri,quare inhærentia hæc accidentis eſt aptitudo,ſecundum quam licet actu
ſubiecto accidens non ſit coniunctum,poteſt tamen illi copulari . Qnibus ita conſtitutis , multa
de quæſito affirmant , primum , inhærentiam aptitudinalem ad accidentis naturam non ſpectare ,
ſed illius ſolum eſſe affectionem:ſecundum nero,quod affirmant,eſt, neq; actualem inhærentiam
ad accidentis ſubſtantiam ſpectare,neq; eiuſdem eſſe affectionem. Neutram iuhærentiam ad acci
deutis naturam pertinere ita probant, Nullus reſpectus ad abſoluti eſſentiam ſpectat, utraq; uero
inhærentia reſpectus eſt,cum ſit accidentis unio ad ſubiectum,eſt enim unio per ſe reſpectus,qua-
re neutra inhærentia accidentis ſubſtãtiam manifeſtat. Priorem propoſitionem per Ariſt. confir-
mant,qui quarto huius ueteres arguens,inquit,qnòd ſi reſpectus ad abſoluti naturam pertineret, 26
tunc omnia eſſent,ad aliquid. Cæterum quouiam accidens alterum abſolutum eſt , quemadmo-
dum quantitas,qualitas,quando,ubi,agere,& pati . Alterum uero riſpectiuum eſt.oſtenduut etiã,
neutram inhærentiam ad accideutis reſpectiui quod quid eſt attiuere . fundamentnm religionis
alterum eſt,à relatione,atqui reſpectiunm accidens,inhærentiæ quæ relatio eſt,fundamentum exi
ſtit,neutra igitur inhærentia ad accidentis rationem attinebit . Deinde ſi altera inhærentia utpote
actualis,uel aptitudinalis,ad accidentis eſſeutiam ſpectaret,illud contingeret abſurdum, quantita
D tem,qnalitatem,relationem,& cætera, ſuprema genera nou eſſe . Nam ab his communis conce-
ptus abſtrahi poſſet,uniuoce de eis,inqnit prædicans,quandoquidem inhærentia omnibus accidẽ
tium generibus communis eſt , de quibus ſecundum idem nomen,eandemq; rationem, & in quid
prædicatur,quare eorum fieret genus,& ita ſuprema genera, ſupra ſe genus haberent . Ad idem ,
ſi inhæreutia ad accidentis naturam ſpectaret,igitur accidens ſine habitudine ad ſubiectum conci
pi non poſſet,nihil.n.ſine his quæ ad eius naturam ſpectant,coucipi poteſt, quod quidem falſum
eſt,quoniam Mathematicus quautitatem contemplatur ſine ſubiecto. Demum quando aliqna af-
fectio de ſubiecto eſt demonſtranda,primum ſine ſubiecto intelligitur , alioquin ſruſtra demon-
ſtraretur, ſed affectio accidens eſt , igitur ſine ſubiecto accidens comprehendi poteſt , ergo non
erit eſſe in ſubiecto accidentis natura . Veruntamen aſſerunt,quòd & ſi aptitudinalis inherentia
accidentis natura,uon eſt,eſt tamen eius propria affectio,atq; re idem cum accideute eſt, ſiquidẽ
omnis rei aptitudo , eſt eius affectio , aptitudinalis uero inhærentia accideutis aptitudo eſt,ergo
eius affectio erit ,quare ab eo re non ſeparatur,nulla enim affectio, ab eo cuius eſt , re ſeiungi po-
teſt,hæc inhærentia accidentis affectio eſt,ergo re cum accidente eadem eſt. Quæ ratio ita confir
matur,

matur,nulla aptitudo eſt, ab eo culus eſt diſtincta , inhærentia hæc , aptitudo accidentis eſt,ergo E
ab eo nequit realiter diſtingui. Affirmant deinceps actualem inhærentiam accidentis non eſſe af-
fectionem ſed re ſeparari ab eo poteſt,accidens.n.actu eſſe ualet,nulli ſubiecto inhęrens , quæ res
ita probatur,nulla affectio re ab eo cuius eſt,ſeparatur,actualis uero inhærentia re cnm accidente
eadem non eſt,ergo non eſt accidentis affectus. Secũda propoſitio ita oſtendit, quæ eadẽ genera
tione oriuntur,atq; eadem corrupiione intereunt , re eadem ſunt , quemadmodum quarto Met.
conſtat,accidens uero actu nulli ſubiecto inhærens eſſe poteſt, ueluti ex ſanctiſsimo altaris ſacra-
mento,in quo panis accidentia exiſtunt,pane iam mutato in ſalnatoris corpua, re igitur ab hac in
hærentia accidens ſepararur. Ex quibus iuxta hos,aliud conſtare poteſt, ſubiectum ad accidentis
naturam non pertinere. Nam de quo magia uidetur ineſſe,& non ineſt neqne de quo minus, ma-
gis enim uidetur eſſe in accidẽtis naturã explicare quàm ſubiectum , quare ſi illud accidẽtis quid
non dicit multo minus ſubiectum,quod etiam hiis fundamentis confirmant, ſi enim ad accidentis
quod quid eſt,attineret,ergo ex ſubiecto,& accidente,unum per ſe fieret , & non nnum per acci-
dens,& ita homo albus unum per accidens non eſſet,id quod conſequitur,ex eo planum fit. Nam
cum alicui additur,quod ad eius eſſentiam pertinet,ex addito,& ex eo , cui additur , nnum per ſe
fit,& non per accidens . Quæ ratio ita confirmatur , ſi ad accidentis naturam ſubiectum pertine- F
ret,accidentis definitio , ex additione non foret , quippe illnd ex additione non definitur in cuiua
ratione aliquid extra naturam eius,non accipitur,quare cum in accidentis definitione , quod addi
tur ad accidentia naturam pertinear,ergo eius definitio non eſt ex additione , quare non recte ab
58 Ariſ.dictum eſt,accidentia ex additione definiri. Demum per Ariſt.idem confirmant,qui 4.Phyſ.
quærit ſi eſſet ſpatium,in quo non eſſet niſi color,& ſonua,an tale ſpatium ſit uacuum,ſoluens in-
quit,ſi in hoc ſpatio nullum eſſet corpus,quoniam corporis receptaculum eſt,uacuũ eſſet , ſi itaq;
ad accidentis naturam ſubiectum pertineret,igitur ad naturam ſion , & coloris ſubiectum , quod
corpus eſt ſpectaret , ergo ſi in uacuo color , & ſonus ponantur,cum hæc ſine ſubiecto eſſe non
poſsint,ergo ibi corpus foret,quare ſpatium eſſet uacuum,& non uacuum. Ex Ariſt. igitur aperte
conſtat,ſubiectum ad accidentis naturam,non ſpectare;ſed ea aduerſus hos,ſe offert dubitatio di-
luenda,ſi Ariſt.opinatur,ſubiectum ad accidentis ſubſtantiam non pertinere , cur aſſerit accidens
ſecundum eſſe à ſubiecto ſeparari non poſſe,accidens enim exiſtere nequit,niſi ſubiecto inſit. ſol-
uunt,& eam afferunt cauſam,quoniam Ariſt.opinatur,inter cauſam primam, & ſecundam reſpe-
ctu effectus,qui ab utraq; fluit ordinem atq; nexum neceſſarium fore,ita quod dum prima opera
tur,quæ neceſſario & naturale agit,ſecunda etiam neceſſario cauſat , quare cum ſubiectum reſpe- G
ctu accidentis cauſa ſit,non ſolum ut materia , ſed etiam effectrix,& conſeruans,quemadmodum
32 ex Ariſt. 7. huius accipiunt , ergo accidens ſinę ſubiectio idcirco eſſe nequit ob nexum uidelicet
eſſentialem,qui inter primam , & ſecundam cauſam exiſtit , non quoniam ſubiectum ad acciden-
tis naturam pertineat.

Secunda opinio. *Cap.* 14.

NOnnulli nero ex poſterioribus,parum ab his diſſentientes,Et ſi opinentur,nullius acciden-
tis naturam eſſe,ſubiecto inhærere : A prioribna tamen diſſentiunt, quoniam nullam apti-
tudinalem inhęrentiam concednnt,ſed omnem aſſerunt eſſe actualem, quandoquidem acci
dens eſſe non poſſe teſtantur,niſi ſubiecto inbæreat, hæc tamen actualis inhærentia non eſt acci-
dentis natura,ſed illius affectio,quã quidem rem,ex multis perſnadent,& prima ratio,ita compo-
ni poteſt,id qno res eſt formaliter talis , & cauſa ut talis ſit , forma eſt , à forma enim res per ſe, &
formaliter talis nuncnpatur,& accidens per ſe ena ob ſubiectum,igitur ſubiectum accidentis for-
2 ma erit,quod minime concedit Auer.quarto huius,quoniam inquit, quòd ſubiectum eſt cauſa ac H
cidentis,non ut agens,uel finis,uel forma,ſed ut materia,quare ſi ad accidentis pertineret naturã ,
accidens igitur cum per ſe ens ſit ob ſubiectum,illius ergo forma eſſet. Deinde non magis ad na-
turam accidentis pertinet habitudo eius ad ſubiectum , quàm primæ materiæ ad formam reſpe-
ctus. Atqui primæ materiæ reſpectus ad formam,non eſt de natura eius,quemadmodũ ex Them.
primo Phyſ.colligunt,neque igitur accidẽtiua habitudo ad ſubiectum ipſius erit ſubſtãtia,ſimili-
tudo enim aperta eſt . Nam quemadmodum accidentia ineſſe per ſubiectum conſtituta ſunt , ita
formæ per materiam ineſſe conſtituuntur , quare cnm perſimilis ſit utriuſq; dependentia , igitur
idem de utriſq; erit iudicinm. Ad hæc Ariſt. in genere ſubſtantiæ proprietates ſubſtantiæ inueſti-
gans , inquit non eſſe in ſubiecto,omnis ſubſtantiæ cõe eſſe, ex his ita arguunt , quemadmodũ
nõ eſſe in ſubiecto,ẽ ſubſtãtię proprietas,ita eſſe in ſubiecto,erit accidẽtis affectio. Auer.deinceps
31 1.huius, inquit,mixtio intẽtionis uniuerſalis cum ſuis particularibus eſt fortior mixtione acciden
tium cum ſuia ſubiectis , ſi itaq; eſſe in ſubiecto accidentis natura exiſteret,uniuerſalis intentionis
14 mixtio firmior minime eſſet. Ariſt.inſuper 5.huius,ens diuidit in id quod eſt per ſe, & in id quod
eſt

A est per accidens. Deinceps diuidit ens per se in decē prædicamenta. si subiectum itaq; ad accide-
ntis spectaret naturam, accidens per se ens minime diceretur. Postremo in genere accidentis sunt
propria principia. igitur per hæc definiri accidentia possunt, quoniam definitio; quemadmodum
primo de anima Auer. docet ex principijs, quæ sunt in re accipitur. Antecedens Auer. est 12. hu- 5
ius ea parte in qua quæritur, an sint omnium generum eadem principia: & solutio est remota ea- 19
dem sunt, propinqua uero uaria, & diuersa existunt. Sed ambigunt, si esse in subiecto non est acci-
dentis natura, cur Arist. accidens per subiectum definit. soluunt ex prioribus accipientes, acciden
tis definitionem duplicem esse, altera enim quidditatiua est, quæ rei naturam explicat, altera uero
quietatiua, itaq; in definitione accidentis quidditatiua, subiectum non accipitur, sed per propria
accidētis principia fluit. in quietatiua uero subiectum apparet, mēs enim nunquam quietatur, nisi
id quod accidens connotat, utpote subiectum in eius definitione afferatur.

Vtraq; opinio refellitur. Cap. 15.

B Atqui utraq; opinio ab Aristotele, & ratione dissentit. Arist n. 7. huius, quando subiectum 4
accidente ratione priorem esse probat, ita ratiocinatur, quemadmodum Auerroi placet,
substātia in accidentium ratione suscipitur, accidentia uero in substātiæ definitione non ap
parent, igitur substātia accidentibus ratione prior erit. Si igitur accidentia sine substantia definiri
possent, ergo ratione prior accidentibus substantia non foret. Quare si in accidētium ratione sub
stantia semper apparet, ergo ad eorum quod quid est, pertinebit. Ibidem Auer. causam largitur,
cur in accidentium ratione, substantia collocatur, inquit, definitionis partes esse, ea per quæ res in
esse constituitur. quare cum accidentia in esse per substantiam constituantur, ergo substantia in
accidentium ratione, necesse est, ut suscipiatur, & non uice uersa, quoniam per accidentia substan-
tia non existit. Ex qua quidem ratione aperte constat eos maxime allucinatos esse, secundū Arist.
doctrinam, qui aiunt accidentia ex propria natura sine substantia existere posse. Deinde quemad-
modum res se habet ut sit, ita ad quid per quid atq; ad definitionem, ut eodem uolumine Arist.
monet, sed accidens est id quod est, per substantiam, ergo eius quod quid est, atq; ratio à substan 14.15.
tia pendet. Secunda propositio ab Arist. eodem opere ita probatur, quando est aliquid prædicatū
pluribus conueniens, & uni primo, atq; modo digniori, alteri uero secundo, & uiliori modo, di-
gnius causa est, ut uilius illud habeat prædicatum. Atqui ens prædicatum est, quod substantiæ
C primo & magis competit, accidenti uero secundo, ergo substantia cur accidens existat causa est.
Ad hæc quod quid est, quemadmodum eodem libro patet est principium quo res est, substantia
uero principium est, quo accidens est, id quod est, ergo substantia ad eius quod quid est pertinet,
quæ quidē rō, ex his quæ ab Ale. initio eiusdē operis dicuntur, cōfirmari pōt; inquit. n. ut res sunt,
ita definiunt, & earū definitiones habētur. quare cū accidētia sine substantia esse nequeant, igitur
hinc illa nō definiuntur. Iā uero quod quid est primo substātia simpliciter competit, quēadmodū
non semel Arist. eodem libro testatur, & secundo accidenti, igitur substantia causa est, quare
quod quid accidentia habeant. Nempe uti retro docuimus, quando nomen est pluribus conue-
niens, & uni magis, alteri uero minus dignius, causa est, ut uiliori nomen obtineatur, sed quod
quid est, primo substantiæ, secundo accidenti competit, substantia ergo, cum causa est, ut ac-
cidens quod quid est, habeat; & hæc est Arist. ratio, loco citato. Insuper 17. particula hoc sol-
uens dubium, quis enim putare posset sic subiectum in accidentium ratione collocatum fore,
quemadmodum interdum accidens in alicuius substantiæ definitione apparet, ueluti si dicamus si-
gnum esse animal candore nitens, dubium persoluens inquit, ita accidentia per subiectum, aut
eius rationem definiri, quod fieri nequit, ut sine illo definiatur, album enim & si absque homi-
D ne definiat, non tamen simpliciter sina subiecto, sed ita se habent accidentia respectu subiecti,
quemadmodum femella respectu animalis, femella enim sine animali non definitur, consimiliter
accidentia sine subiecto non definiuntur. Quare cum res ita se habeat, ad accidentium naturam
substantia pertinebit. & paulo post causam largiens, cur in accidentibus quod quid est, non est
idem, idcirco inquit, quoniam accidentis quod quid est duo significat, formam, & subiectum,
quare aperte, subiectum ad accidentis quod quid est attinere, testatur. Cuius hæc sunt uerba, &
quod quid erat esse, idem esse dicere uere non licet, propterea qui duplex significat, id inquam cui
accidit, & ipsum quod accidit, insuper accidentia alia communia sunt, alia uero propria, hæc ue-
ro apertissime sine subiecto non definiuntur. Arist. enim primo Poster. quando quæ sint secundi
modi per se prædicata exponit, quæ propriæ rerum affectiones sunt, asserit, subiectum ad horum
accidentium quod quid est pertinere. Deinde ut ab Auerroe rationem mutuemus, differentia
ad naturam eius, cuius est, spectat, subiectum uero in accidentium ratione, ut differentia cadit,
quemadmodum Auer. docet 7. & 8. Met. & primo Poster. qui largiens inter accidentia, & substā 17.12.
tiæ definitionem discrimen, inquit, in substantiæ definitione differentiam à forma suscipi. At in 31.

accidentium definitione à subiecta materia, quæ substantia est, quare ad accidentium naturã sub- E
stantia pertinebit. Ad hæc si esse in subiecto non est accidẽtis natura, cum aliquid sit, inquirimus,
an sit substantia, uel accidens, primum concedi non potest, ergo secundum dandum est, quod fieri
nequit. Nam omne accidens inhæret actu, uel aptitudine, sed inhærentia accidens est, ergo inhæ-
ret, & cum hæc inhærentia accidens etiam sit, iterum per aliam inhærebit inhærentiam, quare abi-
tio fiet in infinitum. Sed consueuit ratio hæc molestari, nam quidam aiunt, inhærentiam utpote
albedinis ei inhærere: & cum de secunda quæritur, aiunt, hanc cum priori re eandem esse, ibiq; sta-
tus est, & causam adducunt, ea siquidem relatio fundamento eadem est, sine qua fundamentum es-
se includit contradictionem, ita se habet inhærentia, qua accidens inhæret, fieri enim nequit, albe
dinis inhærentiam ad superficiem actu, uel aptitudine existere, & non inhærere. Sed hi minime ra-
tiones soluunt. Nam sit albedo, quæ inhæret, ergo inhærentia inhæret, & uocetur hæc. A. quæ ac-
cidens est, ergo inhæret. ergo uel inhærentia, quæ formaliter, & per se ipsi. A. eadem est, aut quæ
per se formaliter eadem non est, si primum detur, quod quærimus habemus. Nam si aliqua inhæ-
rentia accidentis est natura, ergo omnis, nam in his quæ eiusdem rationis sunt, quod per se uni om-
nibus competit, sed albedo, & sua inhærentia in accidentis ratione, eandem habent naturam, ergo
quod uni eorum conuenit, & alteri, sed inhærentia albedinis cum propria inhærentia formaliter F
eadem est, ergo albedo cum sua inhærentia eadem formaliter erit. Si secundum detur tum hæc sit
accidens, ergo alia inhærentia inhærebit, & ita in infinitum fiet abitio: rationẽ igitur non soluũt.
Neq; eorum solutio audienda est, quando, aiunt, inhærentiam non inhærere, sed id esse, quo aliud,
ueluti accidens inhæret, eadem enim ratio aduersus hos componi potest, nam & si sit id, quo acci-
dens inhæret, quærimus cum formaliter ab accidente sit diuersa, an sit accidens, uel substantia, nõ
secundum, ergo primum, ergo inhæret, quare ratio adhuc stabit. Nam alterum duorum sequi ne-
cesse est, uel quod quædã inhærentia formaliter cum suo accidente eadem sit, uel abitio dabitur
in infinitum.

De duplici accidentis definitione, distributio refellitur. Cap. 16.

NOn minus decipiuntur, quando accidentis bipartitam definitionem tradunt, quarum al-
teram, quietatiuam nuncupant, in qua necessario subiectum cadit, alteram uero quidditati-
uam, in qua subiectum non apparet; hæc enim distributio nulla est, quandoquidem exacte,
& perfectæ rerum definitiones sunt, quæ rerum naturam explicant, definitio.n. sermo est, quod G
quid est rei aperiens, ut non semel Arist. docuit. quæ namq; definitiones, ita non se habent, uanæ
21. 16. sunt omnes, atq; dialecticæ; quemadmodum primo de anima Arist. docuit, quare ea erit exacta,
& intellectum quietans accidentis ratio, quæ accidentis naturam perfectæ explicabit, sed hæc ac-
cidentis ratio cum perfecte quod quid est exponatur, quidditatiua eodem erit, quare accidentis
definitio quidditatiua diuersa non est, à quietatiua. Insuper ea rei definitio intellectum quietat,
quæ causas omnes à quibus res in esse dependet, claudit, quoniam definitionis partes à principijs
accipiuntur, quibus res in esse cõstituitur. & ideo Arist. inquit, ut res se habet ad esse, ita ad quid,
quod quid, & definitionem. Sed hæc quidditatiua ratio, cum quod quid est, & accidentis naturã
perfecte exponat, igitur eadem erit cum definitione, cui mens acquiescit. Deinde ea accidentis
ratio, quæ subiectum claudit, est quietatiua, at accidentis quidditatiua definitio subiectum inclu-
dit, retro enim docuimus ad accidentis quod quid est subiectum pertinere, ergo ea ratio, in qua
subiectum apparet, quidditatiua est. quæ ratio ita confirmari potest, accidentia existunt ob sub-
stãtiã, ergo quod quid est accidentis à substantia pendet, accidens ita probatur quod est primum
in aliquo genere, & eorum omnium causa, quæ sunt sub genere, sed substantia in genere entis est
primum, ergo causa est, quare cætera entia sint, accidentia itaq; cum à substantia diuersa sint, er- H
go per substantiam existunt. Ad idem, quod est per se, & simpliciter tale, causa est, quare alia sint
talia, sed substantia per se & simpliciter ens est quemadmodum secundo diuin. non semel Arist.
docuit, quare causa erit quod accidentia sint. eodem etiam opere Arist. inquit, ipsum quod quid
est, non æquiuocę dici, sed ut unx unius ad unum, uel ab uno, primo enim & simpliciter substan-
tiæ conuenit, secundo & quoquomodo cæteris cathegorijs, ex his ita ratio componatur, in his
quæ dicuntur secundũ prius, & posterius, primum est in causa, ut posterius prædicatum habeat,
sed quod quid est substantiæ primo conuenit, ergo causa est, ut accidentia quod quid est habeãt,
quare ad accidentium quod quid est, substantia pertinebit, igitur accidentium ratio, in qua
substantia apparet, quidditatiua est, quæ cum quietatiua per hos sit, nullum igitur inter has acci-
dentium rationes discrimen erit. Iam uero hos percontemur, an accidentis ratio, quæ sine subie-
cto est, perfecte accidentis naturam exponat, si hoc confiteantur, ergo hæc intellectum quieta-
bit. Nempe tunc intellectus quietatur, cum per definitionem exacte rei naturam apprehendit,
si uero accidentis ratio sine subiecto eius naturam exacte non declarat, ergo accidentis ratio sine
subiecto

A subiecto est imperfecta, & tunc perficietur cum subiectum appareat, quare ad accidentis quod
quid est subiectum spectabit. Rursus definitio sermo est, quod quid est rei explicans, ergo defini
tio completa rei naturam perfecte manifestat, quare accidentis ratio sine subiecto accidentis na-
turam perfecte declarabit: hæc igitur erit quietatiua, semper enim definitio completa intellectũ
quietat. Demum ea definitio, quæ rei naturam exacte exponit, omnium quæ rei insunt, per se cau
sam largitur, necnon dubitationes omnes, circa rem contingẽtes soluit, quare intellectum quie
tat, accidentis uero ratio sine subiecto, accidentis naturam iuxta hos, perfecte exponit, ergo hæc
omnium, quæ accidentibus insunt per se causam largitur, & dubitationes soluit, quare intellectũ
quietat, ergo in accidentis ratione quietatiua non est necessaria substantia, distributio igitur de
duplici accidentis definitione, nulla est.

Propria opinio. *Cap. 17.*

HVcusque uarias philosophorum sententias enarrauimus, atq; arguimus, nunc propria est sta-
bilienda opinio, quæ Aristotelis, Auer. & omnium Græcorum est, quæ talis est, esse uideli
B cet in, atq; subiectum, naturam, & accidẽtis quod quid est cõstituere, ita quòd accidẽtis es-
sentia, est, ut subiecto insit, quemadmodum aperte 7. diuin. Arist. docuit, quando quæsiuit cum
accidentia bifariam accipi queant, & per modum nominis incomplexi uti album, & per modum
orationis, uti albus homo, an horum sit quod quid, & definitio soluit primorum accidentium de
finitionem esse, quod in subiecto indicantem, utpote quòd accidens sit in hoc subiecto, quare con
fitetur esse in quid accidẽtis esse. Deinde cum ostendit quomodo accidentiũ sit definitio, inquit,
quòd uti se habet quod quid est, ita definitio, at quid, & sì in omnibus cathegorijs reperiatũ, prius
tamẽ in substãtia, posterius in cæteris, & quemadmodum ꝙ accidentia sint, substantia causa est,
ita quòd quid, & definitionẽ obtineãt, quod Alex. confirmat. Et sequenti particula, inquit, ipsum
quod quid non simpliciter dici, sed ut uox unius ad unum, uel ab uno, Nam primo, & simpliciter
substantiæ cõuenit, secundo & quoquo modo cæteris, quare si res ita se habet, in his quæ secundũ
prius & posterius dicuntur, primum semper causa est, cur posteriora prædicatum habeant, quare
accidentia quod quid est, & definitionem ob substantiam habebunt. Ibidem etiam uti sunt entia,
ita quod quid est habent, sunt uero cum additione entia, quare cum additione quod quid habe-
bunt, & uti per substantiam entia sunt, ita per eam, quod quid est, sunt sortita. & paulopost con-
C cludit accidentia, aut non habere definitionem, & quod quid, aut ex additione, quemadmodum
inductione ostendit, & dubium tollens, quemadmodum Alex. placet, quoniam dictum est accidẽ
tia absq; subiecto definiri non posse, quod dubium uidetur, impar. n. dicitur, quod in duo æqualia
diuidi nequit, & albũ quod sit color disgregatiuus uisus, in horum. n. definitionibus non appa-
ret subiectum. tollit dubium Arist. & ait, hos, qui has afferunt definitiones non exactas, &
perfectas tradere rationes, sed mancas, & diminutas, accidentium enim perfecta ratio, absq;
subiecto nõ habetur. Ex Arist. itaq; satis constat, subiectum, atq; esse in, ad accidẽtis naturam per
tinere. Ab hac sententia non recedit Auer. qui in eodem 7. inquit, causam propter quam res est,
ad eius quod quid pertinere, quoniam definitionis partes illæ sunt, quibus res in esse constitui-
tur, atqui ob substantiã accidens est, ergo substantia ad accidentis quod quid est spectabunt. ibi
etiã ait, substãtiæ sunt causæ essentiæ, accidentium. eodem etiam libro monet, idcirco acci-
dentia in substantiæ definitionibus non accipi quoniam non sunt causæ quibus substantiæ exi-
stant, quare si accidentia propter substantiã sunt, ergo substantia ad eorum naturam spectabit.
Et particula 15. ubi Arist. modum affert, quo in accidentium definitionibus tradendis utitur,
ait, modum esse, eas afferre defitiones, quas subiecta res expostulat, quemadmodum enim res
D exquirit, ita definitio traddenda est. Auer. hæc uerba exponens, inquit, idcirco ab Arist. hæc
uerba fuisse prolata, quoniam, qui dicunt accidentia habere definitiones, & quid, dicunt habe-
re magis, quàm habent, qui uero aiunt, accidentia neque definitiones, neque quid habere,
asserunt non habere quod habẽt; duæ enim fuerunt. Verum opiniones, altera eorum, qui nul-
lo pacto accidentibus definitiones ascribunt, quemadmodum Plato, qui idearum definitiones
esse testatur. Altera uero opinio, eorum est, qui ueras definitiones accidentibus ascribunt. Ari-
stotelis uero opinio media est, quoniam quodammodo, inquit, accidentium esse definitionem,
& quodammodo non. Nam opinatur, ut res se habent ut sint, ita quid, & definitionem. cum
itaque accidentia non sint simpliciter entia, sed in alio, ergo non nisi cum subiecto definiuntur.
Ex his itaque constat, esse in subiecto, accidentis naturam esse. Cæterum per esse in, duo in-
telligere possumus, aut imperfectam accidentis existentiam, accidens enim imperfecte existit,
nam esse simpliciter substantiæ conuenit, accidenti uero cum additione, ergo accidentis esse im
perfectum est, quare per esse in, imperfectum existere intelligere possumus. Atque hoc acciden-
tis naturam esse dicimus. hoc enim accidentis esse, eius naturam constituit, ita quòd accidens,

eatenus accidens eſt,quatenus inexiſtit. Rurſus eſſe in, accidentis ad ſubiectum unionem indi- E
care poteſt. Nam eſſe accidentis imperfectum, ad ſubiectum unio conſequitur, atque ita acci
dentis natura nó eſt,nullus enim reſpectus eſt de natura accidentis, ut accidens eſt,quoniam nul
lum accidens abſolutum foret; unio enim hæc ipſiua affectio eſt, omni enim accidenti ineſt. &
ſemper. Verum quando dicimus accidentis naturam eſſe in,non totam ipſius naturam indicare
dicimus, duplex enim accidenti natura atribitur,quarum altera cauſata eſt,altera uero cauſa ua
cat. Nam omne id, ad accidentis naturam pertinet, quo accidens eſt, id quod eſt. retro enim
monuimus rei ſubſtantiam eſſe principium quo res eſt id quod eſt quare & ſi formaliter acci-
dens ſit accidens, per ſuum ineſſe, nulla namque forma eſt, id quod eſt ab alia forma, alioquin
in infinitum abitio fieret, ſe ipſa enim formaliter eſt, id quod eſt forma, eius tamen in exiſten-
tiæ cauſa ſubiectum eſt, quo non ueluti a forma pendet, ſed ſecundum aliud cauſæ genus,
quemadmodum poſtea docebimus. Accidentis uerò ſubiectum ſubſtantia eſt, quæ accidentis
cauſa eſt, ut ſit, ſed cum eius eſſe, ſit ineſſe, quare eſſe in, accidentis eſt natura cauſata. Non
cauſata uero accidentis natura,ſubiectū eſt:hoc enim accidentis cauſa eſt quòd in exiſtat,& nihil
quod ad accidentis naturam pertinet ſubiecti cauſa eſt, quare ſubiectum ad naturam accidentis
non cauſatam ſpectat. Completa itaque accidentis natura,ex utroque habetur, ita & perfecta de- F
finitio utrumque amplectitur, quare accidens eſt, quod in ſubiecto eſſe habet, & cum ita acci-
dentis ratio aſsignatur, exacta erit, etenim ſine ſubiecto imperfecta eſt, quemadmodum Ariſt.
auctore Alex. 7. diuin. docet. Neque tamen obſtat in accidentibus idem non fore,ut quod quid
eſt, idem ſit, cum eo cuius eſt,quoniam in his ſolum quæ per ſe dicuntur idem eſt, ſed in acci-
dētibus ita res non ſe habent,quoniam duplex ſignificant, quemadmodum Ariſt. eodem libro
monet, eſſe enim in,& ſubiectum indicant,quare accidens,& ſubſtātia idem forent. Cæterum,
quoniam pars omnis in cuiuſque rei ratione poſita,aut generis, aut differentiæ uicem gerit, iu-
re inquiritur, quæ natura harum partium generis, aut differentiæ locum habent. Sed res hæc
31.6. de facili aperta fieri poteſt, ſi quæ primo Poſter. & 8. huius Auer. docet afferamus, ait enim ac-
cidentis differentiam, non eodem modo ſe habere, cum differentia ſubſtantiæ, hæc enim for-
mam refert & non niſi à forma ſuſcipitur, ſed ea accidentis à ſubiecto, & materia, atqui acci-
2 dentis ſubiectum, ſubſtantia eſt, quemadmodum Auer. monet 4. huius, quādo inquit,ſubſtan-
tia eſt, cauſa accidentis, non ut agens, neque ut forma, nec ut finis,ſed ut materia, in acciden-
tium igitur rationem ſubſtantia,ut differentia cadit. Eſſe igitur in, genus accidentis eſt, atque
hoc accidentis formam refert, genus enim accidentis,(ueluti Auer. putat) formam refert. Et G
quamuis genus ſit, uniuocum non eſt, ſuprema enim genera, ſuperius non habent genus, ne-
que æquiuoce dicitur, caſu, & fortuito, huiuſmodi enim uoces à definitionibus excluduntur,
2 ab his enim nulla per ſe prædicatio trahi poteſt, niſi per accidens, ut Auer. eodem 4. monet,
quæ uero ad rei naturam pertinet, per ſe de re prædicantur, quemadmodum ab Ariſt. in primo
30 Poſterio. patet, quare æquiuoce de ſingulis rebus quæ accidentia ſunt, non affirmantur, ergo
erit uox unius ad unum, uel ab uno, & genus analogum, ſeu ambiguum. Cæterum quoniam
analoga prædicata de multis affirmantur, de his non niſi ordine quodam, & ſecundum prius, &
poſterius, quare eſſe in, cum analogum genus ſit, omnibus accidentibus conuenit non æque
primo, ſed ordine quodam, Nempe uni accidenti primum, quod cauſa erit, quòd reliqua ſub-
ſtantiæ inſint, atque hoc accidens, quantitas eſt,quemadmodum Auer. in paraph. Met. libro 2.
docet,aſſerit enim quòd & ſi,omnium accidentium ſubſtātia ſit cauſa,non tamen æque primo,ſed
unius primo, alterius 2. Primum enim accidens, quod in ſubſtantia ſuſcipitur quantitas eſt,
qua ſubſtantia affecta ipſius qualis cauſa, atque ſubiectum efficitur,quare quantitas ratio eſt, ut
in ſubiecto qualitas ſuſcipiatur. Demum quantitate,& qualitate ſubſtantia affecta relationis fit
cauſa, quare utrumque accidens ratio eſt, ut relationem, ſubſtantia ſuſcipiat. Cætera uero ge- H
nera uere ſuprema genera non ſunt, niſi ſecundum famoſitatem, ſunt enim trium generum ſpe-
cies, ad quæ reducuntur. Vbi enim, & quando ad quantum pertinent, Agere uero, & pati ad
quale, ſitus & habere relationis ſunt, quare cum ordine quodam ſubſtantiæ, accidentia inſint,
fit ut eſſe in,non eadem ratione, ſed ſecundum analogiam ſingulis accidentibus cōueniat. Sed
his ea ſe offert dubitatio, cur in accidentium ratione ſubſtantia differentiæ locum gerit,ſed tol-
li poteſt dubitatio, differentia enim conſtitutiua, ea eſt, quæ principium refert, quo res eſt,
quare cum accidentia ob ſubſtantiam exiſtunt, iure itaque in accidentium ratione, ut differentia
cadit, quæ cum accidentis ſit materia, & ſubiectum ergo in accidentibus à ſubiecto differentia
ſuſcipitur. hinc eorum aparet error, qui ſubiectum ad accidentis definitiones non pertinere af-
firmant, nulla enim perfecta definitio abſque diffinita habetur, quare ſine ſubſtantia non de-
finietur accidens.

A

Quo pacto ad accidentis Naturam substantia pertineat. *Cap.* 18.

AT nunc inquirere iuuat quo pacto ad accidentis naturam substantia attinet. Ad acciden
tis enim quod quid est substantia pertinet non quoniam ipsius sit pars, uel eius naturæ cau
satæ pars existat, quoniam hanc naturam esse in, retro monuimus, sed ad essentiam non
causa causa pertinet, & quoniam causa accidentis essentiæ causatæ existit, nam est inhærentiæ cau
sa, quæ natura accidentis causata est quemadmodum Auer. 7. diuin. monet, quando inquit,
substantiæ sunt causæ essentiæ accidentium, hoc idem confirmat in 6. disputatione destructio-
num, & 2. lib. paraph. Met. quare subiectum dicitur de essentiæ causatæ, aut essentia hæc est,
sed tñ causa essentiæ accidentium est. quod quid est enim accidentis causatum, quod ab eo, ne-
que subiecto, neq; ratione separatur, esse in, est cuius causa substãtia, quãdoquidẽ accidens in alio
ens est, utpote in substãtia, ideo completum quod quid est, nisi cum substantia dicitur, Sed quæ
de accidentis differentia dicta sunt, dubitationem habere uidentur. Nempe in proprio genere
eius differentia sumi potest, quoniam in omni genere, sunt actus & potentia, hæc omnia cir-
B cueunt genera, ergo unumquodque accidens ab eo actu, qui in suo genere est differentia accipi po
test. Sed hæc dubitatio euerti potest, quia accidens bifariam spectari potest, altero modo, ut
accidens est, altero modo, ut tale est accidens, ut album, & nigrum. si enim ut accidens est spe
ctetur, id aliud non est, nisi quod in subiecto est, & ita substantia causa est, quòd accidens sit,
quoniam causa est, quòd inhæreat, quare, quodque accidens, ut accidens est, sine substantia
definiri nequit, & ita substantiæ causa est, quòd accidens sit, idest quòd in subiecto insit, sin
uero accidens spectetur, ut esse habet definitum, eius differentia sola substantia non est, sed pro
priam ex suo genere differentiam habet, à qua, cum definitum accidens sit, ab alijs non solum
accidentibus secernis, quæ in eodem subiecto simul stare possunt, sed quæ in alio sunt subiecto,
sicuti uisibile non solum per subiectum differt, ab inuisibili, sed propriam habet differentiam,
per quam secernitur ab alijs, ita & si differentia ab actu, qui est in eodem genere cum accidente
sumi posit, non tamen illa completa est differentia, uerum hæc sine subiecto proprio acciden-
tis sumi nequit, hoc enim causa est, ut difinitam speciem accidens habeat, ut Arist. primo Post.
docet, cum dicit prædicata per se secundi modi esse, ea, in quorum defitionibus ipsa cadunt
subiecta, & ideo imperfectæ sunt accidentium rationes illæ in quibus, non apparet subiectum, uti
C retro ex Arist. secundum Alex. espositionem monuimus. At quod nuper dictum est dubitatio-
ne non uacat, quoniam, si in cuiusque accidentis ratione subiectum aparet, tunc omnia acci-
dentia propria erunt, nos ita hanc dubitationem tollimus, & fatemur uniuersa accidentia pro-
pria esse, uerum nonnulla, ita subiectum sibi definiunt, quòd in alio reperiri nequeunt, & causa
est, quoniam huiusmodi accidentium subiectum pluribus specie seiunctis cómune non est, ut
disciplinæ capax respectu hominis, ita enim in homine reperitur, quòd fieri nequeat, ut alteri
insit subiecto, quoniam homo eius subiectum in alijs rebus specie separatis non inuenitur, atqui
hæc accidentia propria, & essentialia, uocare consueuimus, alia uero sunt, quæ & si definitum
subiectum sibi definiant, cui primo & per se semper insunt, tamen, quoniam horum subiectum
pluribus specie distinctis commune est, ideo illa communia nuncupant, quemadmodum album
subiectum proprium habent, cui primo, & per se inest, ut corpus, quod mixturam multi luci-
di, & exigui opaci in se continet, quod quidem subiectum, quoniam multis speciebus commu-
ne est, album accidens eius proprium commune nuncupamus, quare uniuersa accidentia subie-
ctum proprium habent, ob id omnia accidentia exacte sine subiecto definiri nequeunt, ideo, si-
ue accidens, ut accidens est spectetur, siue ut definitam, & peculiarem naturam sortitum est,
D consideretur, semper in eius ratione subiectum apparet. Verum si res ita se habet, mathemati-
cæ definitiones res imperfectæ erunt, quandoquidem in nulla earum, substantia apparet. At
litem hanc in aditu cómentarij de cælo satis aperte diluimus, Nempe rerum mathematicarum
definitiones in duplici serie sunt, aliæ simpliciter perfectæ, & in his necessarium est, ut substan-
tia appareat, ut Auer. 2. paraph. Met. docuit, est enim opus inquit, ut in definitione accidentium
perfecta, substantia appareat. Nam si accidentia in esse à substantia dependent, absque ea defi-
niri nequeunt. Quantitas itaque, cum accident sit, sine substantia perfecte definiri non potest.
& Arist. 2. diuin. inquit, substantia, ideo ratione ab accidente separatur, quoniam rationem 4
substantia accidens non ingreditur, sed in ratione accidentis substantia apparet, & perspicuum
est, quòd non nisi in commune perfecta, quare si simpliciter mathematica accidentia definian-
tur, opus est, ut in eorum ratione substantia appareat. Altera uero huiusmodi accidentium defi-
nitio dicitur perfecta in genere, & in hanc non est opus, ut substantia cadat, sed per propriũ
genus, atque propriam differentiam fluit, & causa est, quoniam subiectum quantitatis primũ
ipsa est substantia, nempe primum accidens, quod substantiæ in est, ipsa est quantitas, non ea

ratione, qua sensibilis est, sed quatenus substantia. hæc enim per propriam rationem, accidentis causa est, quapropter causa est, & quòd quantitas sit, & quod sit quantitas. si itaque in definitione quantitatis, quam Mathematicus tradit, substantia poneretur, esset in definitione transitus, quoniam substantia à Mathematico nō consideratur, & ideo suam quantitatem, substantiæ inesse, accipit: & ob substantiam quantitatem esse id quod est, & per ea, quæ in genere quantitatis sunt, sua accidentia definit, simpliciter tamen huiusmodi rerum perfecte definitiones, sine substantia nō sunt, quæ neq; sincere diuinæ, neq; simpliciter mathematicæ sunt, sed quoquo modo & diuinæ, & mathematicæ, & ideo qui simpliciter perfecte huiusmodi rerū definitiones afferre cupit, ut utriusque philosophi personam induat, est opus, nonnulli uero alio pacto dubitationi faciunt satis, & confitentur mathematicas definitiones, cum actu substantiam non includunt imperfectas esse, perfectæ uero sunt cum actu in eis substantia apparet, neque tamen uerum est Mathematicum à substantia simpliciter abstrahere, quoniam nullum posterius à priori abstrahi potest, & ideo, cum quātitas sit posterior substantia, à qua uti in esse, ita & quo ad quid est, dependet: ergo ab ea abstrahi non potest. cum dicitur Mathematicum à substantia abstrahere, intelligendum est à substantia sensibili, quæ aliud non est, nisi substantia mobilis, uti 7. Met. E

39 Arist. docet: atqui mobilitas posterior quantitate est: à nobilitate igitur potest quantitas abstrahi, quare, hi inquiunt, rerum mathematicarum definitiones perfectas esse, in quibus substantia actu apparet, & neque definitionis est transitus. an uero horum opinio uera sit, ex retro data solutione liquet. Verum, ut res magis constet, alia ambiguitas diluenda est, si accidentium alia concreta sunt, alia abstracta, nunquid utraq; per substantiam definienda sunt, in huius dubitationis solutione quidam asseruere, accidentia abstracta sine subiecto definiri, quoniam hæc à concretis penes hoc separantur, quia hæc subiectum concernunt, & ideo concreta nuncupātur, illa uero, quia à subiecto abstrahūt, abstracta uocātur. at hi de facili arguūtur, quoniā abstracta accidentia, accidentia sunt, quare in esse à substātia pendent, ergo eorum quod quid, & definitio absq; substantia haberi nequit, & ideo secus dicendum est, in utrorumq; enim accidentium rationem, subiectum semper cadit, uerum non eodem modo, in eorum rationem, quæ abstracta uocantur, subiectum non in recto, sed in obliquo cadit, uti simitas dicitur nasi simitas, at cum accidentia concreta definiuntur, subiectum in eorum ratione, in recto apparet; uti si simum definiatur, dicitur nasus curuus, & quoniam priora accidentia non ita uidentur, quòd à subiecto pendeant, ueluti secunda, ideò ea abstracta, hæc uero concreta nominantur, neutra tamen exacte definiti queunt sine subiecto. Sed illud inquirere iuuat, cum nonnulla accidentia inueniantur, quæ nō solum sunt id quod sunt, ob subiectum, sed agentem, & finem habent, utrum agens, & finis in huiusmodi accidentium ratione apparere debeant, an sat est, si subiectum tantum, uerum propositæ rei dissolutio ex regula non semel à nobis retro tradita haberi potest, nempe Arist. monuit, quòd sicuti res se habet, ut sit, ita ad quid quod quid, & definitionem, atqui nonnulla accidentia, ut sint, non solum à subiecto, sed ab agente, & fine pendent, ergo sine his eorum exacta ratio haberi nequit, quę res per Arist. confirmari potest, qui primo de anima aperiens quales esse debeant definitiones affectionum, quæ ad animam sensitiuam pertinent, inquit, quòd non solum per materiam sensibilem definienda sunt, sed etiam per finem, & agentem, quemadmodum exemplo iræ sci ostendit, inquiens, ut irasci motus quidā existit, talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc, gratia huius. quibus uerbis omnes exprimit causas, nempe forma habetur, cum dicit motus quidam, quoniam ebullitio est; materia subiecta, cum inquit, talis corporis, utpote animalis, aut partis, quoniam ebullitio sanguinis est, quæ in corde fit ab hoc, & intelligit agens. huiusmodi enim ebullitio, ab anima irascibili, per calorem, facta est, calor enim agens, ut instrumentum est, & ideò adiecit, aut potentiæ, & subiungit, & gratia huius, & ita finis habetur, nam ob uindictam quare causæ omnes habentur, ita quòd ira, cum motus quidam esse dicitur, forma habetur, circa cor, ut circa subiectum, ab anima per calorem naturalem, ut ab agente, ob uindictam, tamquam ob finem. Atq; hunc in modum 4. Meteo. simpliciem generationem, putrefactionem, & concoctionem definit, omnes enim causas, à quibus pendent in eorū adiungit rationibus, quemadmodum Arist. uerba intuentibus patere potest. F G H

14.15.

Dubitationes opposita diluuntur. *Cap. 19.*

HAec itaq; cum in hunc modum exposita sint, quæ ex aduerso obijciuntur, diluenda succedunt, & quo ad primam pertinet, latinorum quidam, inquiunt, id quod absolutum est, & respectum non dicit, bipartitum esse, alterum enim a termino absolui dicitur, alterum uero à subiecto, ita relatiuum, alterum ad terminum habitudinem dicit, quemadmodum pater ad filiū, relatiue dicitur, ut ad terminum, alterum uero, dicit respectum ad subiectum, ueluti omnis forma, quæ in materia suum esse habet, ad materiam, ut ad subiectum, & non ut ad terminum refer-

tur,

A tur, forent enim materia, & forma in genere relationis, si ita referri quis asserat. in hunc itaque
modum accidentia referuntur, quoniam ad substantiam, ut ad subiectum, hæc enim habitudo
effectus est, ad suam causam. Sed huius solutionis authores plurimum hallucinantur, quod
enim alicuius rei relationem terminat, illius terminus est, quare hoc, ut ad terminum ad illud
refertur, subiectum uero accidentis relationem terminat, omnis enim habitudo terminum ha-
bet, quare & si accidens refertur, relationis terminum habebit, qui alius esse nequit, nisi subie-
ctum, quare si ad subiectum accidens refertur, ad ipsum igitur non nisi ut ad terminum refer-
ri potest. Demum accidentia, iuxta hos, quoniam inhærent, respectum dicunt, ergo si meri-
to inhærentiæ habitudinem dicunt, ergo ratione formæ sunt relatiua, uniuersa igitur acciden-
tia formaliter relatiua forent, est enim inhærentia accidentis forma, non recte igitur dissoluunt.
Nos uero iuxta retro explicata, esse in, quod ad accidentia naturam pertinere docuimus, nul-
lam habitudinem dicere asserimus, quippe imperfectam accidentis existentiam indicat, quam
respectus insequitur, qui accidentis unio est, ad subiectum, atque hæc unio ad accidentis sub-
stantiam non pertinet. Secunda dubitatio diluitur. Nam & si relatio aliquid sit, præter funda-
mentum, esse in, pro respectu & accidentis unione ad subiectum, ad accidentis naturam non per
B tinet, sed gradus ille existentiæ imperfectus forma, & accidentis natura est. Ad tertiã uero obie-
ctionem, ex declaratis manifesta est solutio; non enim omne id quod de genere supremo ueri
ficatur, genus est, si namque hoc daretur unum esset generalissimum genus, quoniam ens de
omnibus generibus dicitur, sed opus est, ut uniuocum prædicatum sit, id quod supremum genus
est, & idcirco ens cum uniuoce non affirmetur, sed quoquomodo æquiuoce, & ut uox unius
ad unum uel ab uno, genus esse nequit: cum itaque esse in, non eadem ratione singulis acciden
tibus conueniat, sed cum ordine, genus esse nequit. Non minus ea quæ subsequitur, ex osten
sis soluta est, docuimus enim Mathematicum, non ita suam quantitatem considerare, quòd
ipsa sine subiecto sit, nam proculdubio speculatio hæc mendax esset, sed supponit, atque acci-
pit subiecto quantitatẽ inesse, & deinceps quæ quantitati ut quantitas est, conueniunt, contem-
platur, immo affectiones de substãtia quanta Mathematicus demõstrat, & idcirco retro monui-
mus, quãtitatis definitionẽ simpliciter perfectã sine subiecto non esse. Cum uero propriũ demon
stratur accidens, definitum, accidens est, & nõ absolute accidens, ut accidẽs est, & in tali demõstra
tione quoquomodo accipitur, quòd insit, nẽpe quod alicui insit subiecto, ponitur, & non quæ
ritur, quod uero per demostrationem quæritur, est an huic definito subiecto insit, & cur insit,
C quare non quæritur, quòd simpliciter sit in subiecto, hoc enim ex accidentis natura, in cõmuni pa
tet. Aut dissolui hoc & consimilia possunt ita, accidentia bifariam concipi ualent, & confuse,
& exacte. si eorum spectetur confusa cognitio, fieri potest, ut subiecto non cognito apprehen
dantur, quemadmodum homo confuse intelligi potest, animal rationale non concipiendo, quod
tamẽ hominis natura est: at uero cũ exacte homo cõcipitur, nõ nisi ut animal rationale intelligi
põt, ita si accidẽtia exacte sunt percipiẽda, fieri nequit, quin cũ subiecto nõ cognoscantur. Sed ex
nunc sunt diluenda obiecta, quibus probatur, subiectum ad accidentis quod quid est, non per-
tinere. Et primum multis modis solui consueuit, atque solutio prima est, omne illud, quod ad
alicuius essentiã pertinet, cum eo cuius est, unum per se non facere, quemadmodum Arist. pri-
mo Poster. monet, subiecta, inquit, ad quod quid est prædicatorum per se secundi modi atti-
nẽt, quæ affectiones sunt, cũ quibus subiecta unũ per se non faciunt, eo modo quo de uno per
se 8. huius Arist. loquitur, ea enim quæ ad quod quid est pertinent, cum re unum per se faciunt 16
quæ ita se habent, ut eorum alterum potentia simpliciter sit, uti materia se habet, alterum ue-
ro sit simpliciter actus, quemadmodum forma, & Arist. inquit, non aliam esse causam traden-
dã, quare ex materia & forma unum per se fiat, nisi quia eorum alterum, ut materia est, poten-
D tia, alterum uero, ut forma, & actus est, quo pacto subiectum respectu accidentia non se habet,
peccat itaq; ratio, quoniã non cãm pro causa adducit. Deinceps antea monuimus causas extra rẽ
ad quod quid est pertinere, quæ cum re, cuius sunt, per se unum non faciunt, non recte ergo
ab his dictum est, quando rei additur, id quod ad eius spectat essentiã, ex addito & ex eo cui addi-
tur fieri unũ per se. Est secũda solutio, si subiectum ita ad accidentia naturam attineret, quòd eius
esset pars, quemadmodum materia respectu simul sumpti se habet, ita ex subiecto & accidente
unũ per se fieret, atqui subiectũ non dicit de accidẽtis essẽtia, quia accidẽtis pars ẽ, sed quoniã ip
sius existit essentiæ causa, quare opus non est, ex subiecto, & accidente unum per se fieri, quẽad-
modum, causa extra rem, ad rei naturam pertinet, cuius cum partes non sint, unum cum re per
se non faciunt. Quod uero ex Arist. 4. phys. obijciunt, eorũ opinioni minime fauet, immo Arist.
non intelligere indicant, & ut res aperta fiat, primum Arist. uerba referemus, demum exposi-
tionẽ non à nobis inuentam, & recentem, sed satis ueterem, atque ab antiquis expositoribus
Græcis traditam adducemus, Verba hæc sunt. Videtur itaque inane uno modo dici id quod ,,
non est plenum corpore tactu sensibili, est autem tactu sensibile quod grauitatem habet, & le- ,,

" uitatem, quocirca etiam dubitauerit aliquis, quod dixerint si spatium habet colorem, uel sonū. E
" Vtrum est inane, uel non, num clarum est, si suscipiat quidem tactile, esse inane, sin minus
" non esse. quæ uerba bifariam interpretari possunt quemadmodum Simplicius docet, & secundū utrāq; expositionem Arist. quod Latini sibi aseribunt, non sentit. Quidam asseruere inane spatium esse, quod natura quidem aptum est, ut corpus tactu sensibile suscipiat, & ab eo impleatur. Aduersus hos Arist. obijcit, si spatium hoc corpus sensibile sensu tactus non habeat, habeat tamen corpus sensibile affectum qualitatibus sensibilibus aliorum sensuum, ut si huiusmodi corpus colorem uel sonum habeat, an spatium hoc uacuum dici posit, & Arist. iuxta hos qui hanc habent de uacuo opinionem, soluit, asserens, (iuxta hos, uacuum esse; nempe tactili corpore plenum non est; & in his uerbis obiectionem diluit. Num clarum est, si suscipiat corpus tactile causæ inane, sin minus non esse. quare constat secūdū hanc simplicij interpretationem Arist. non supponere sonum, & colorem esse in spatio sine corpore, quemadmodum latini imaginantur.
Nonnulli uero aiunt, Arist. quorundam de inani referre opinionem, quidam enim asserebant inanē aerem esse, qui tactilis est eo quod grauitatis, & leuitatis, aliquid momentum habeat. Hanc opinionem Anaxagorei conabantur euertere ut res torquentes. Itaque si inane de aere dicatur ea oritur dubitatio, sit hic aer, quem inanem dicunt, colorem, uel sonum assumpserit, uel aliam F qualitatem, alio sensu sensibilem, quæ à tactu differat. Vtrum adhuc maneat inane, uel non, si enim uacuum adhuc dixerint, ergo inane, non id est, quod plenū corpore tactu sensibili existit, uti dicebatur, siquidem alia habens sensibilia adhuc mansit inane, sin uero non fuerit amplius aer inane, qui eorum aliquid acceperit qualitates, & non corpora inane susceperit. Sed prior expositio est magis scripturæ conformis.

Alterius opinionis obiectiones soluuntur. *Cap.* 20.

SEd nunc, quæ à posterioribus philosophis obijciuntur, soluenda sunt, & quo ad primam pertinet, dicimus, quod & si in substantijs uerum sit, principium quo primo res est, formam esse, in accidentibus tamen secus res se habet, principium enim hoc, subiectum est, quod quidem, ut ipsimet testantur, substantia est. Secunda, eadem facilitate euertitur. Nam ueluti habitudo primæ materiæ ad formam, ad eius non attinet naturā neque accidentis ad subiectum habitudo, ad accidentis rationem spectat, etenim esse in, ut natura accidentis est, habitudo, ut pote accidentis unio ad subiectum non est, quemadmodum retro monuimus. Non minus quo ad tertiā hallucinantur, & aduersus eos uerti ratio potest. Nam uti substantiæ ratio est, non esse in subiecto, & non substantiæ affectio, ita esse in subiecto accidentis erit ratio. Arist. enim in G cathegorijs, inquit, primæ & secūdæ substantiæ cōmune esse, non esse in subiecto, quare hæc est substantiæ, ut substantia est ratio, quare accidentis ratione est, esse in subiecto. Quod demum ex Auerroe afferunt, eis non opitulatur, dicitur enim mixtio uniuersalis, cum suis singularibus fortior mixtione accidentium, cum subiecto, quoniam uniuersale, uti aiunt, pro prima intentione una res numero cum singularibus est, siquidem uniuersale hoc natura est, quæ ut in re existit, quoniam singularibus proprietatibus coniuncta est, singularis efficitur. hæc eadem secundum Auer. agentis mentis beneficio à singularibus proprietatibus spoliata uniuersalis euadit, quoniam non magis uni, quàm alijs singularibus propria est, quemadmodum 2. lib. paraph. Met. Auer. testatur. At una numero res non est accidens, & subiectum, quocirca accidentis cum subiecto mixtio inferior est. Non tamen inferendum est, ad accidentis rationem subiectum non pertinere. Nam à pari, causa extra rem cum non sint una numero res, cum eo cuius sunt, ad rei quod quid est non spectabunt. Neque postremum allatum nobis obstat; accidens enim & ens per se, & per accidens diuersa ratione dici potest, etenim, ut contra illud distingui tur ens, quod aggregatum per accidens nuncupant; atque ab ente rationis, uti quod uero & falso per se ens nūcupat, unio. n. inter partes aggregati p accidēs definitā causam nō habet, cōsimiliter H
42 ens in anima diminutū ens est, & in cōpositione diuisioneq; cōsistit, quēadmodum Aris. 6. & 11. Meth. monet. Accidens uero definitā causam habet, & in cōpositione diuisioneq; esse non habet ideo per se ens nuncupatur. Si uero entis per se nomine, illud intelligamus, quod ut existat, nulla causa quæ extra genus suum est, indiget, sed ob causas, quæ eius partes sunt existit, ita sola substantia per se ens uocatur, & ita accidens non per se ens erit. Verum quis ambigere posset si substantia ad accidentis rationem pertinet, ergo non ex addictione definitur, consimiliter, neq; ens per accidens diceretur, quoniam indiget aliquo extrinseco, quod ad eius quod quid est, non pertineat. sed hæc euertuntur accidentium enim definitiones ideirco ex addictione dicūtur, quoniam in eorum ratione cū subiectū ponatur, extra genus accidētis est, & neq; pars accidētis existit. forma uero in substantiæ compositæ definitione sumpta, neque extra ipsius genus est, sed eius pars, quocica ex addictione definitio compositæ substantiæ dici nequit, quæ uero accidentis est ex addictione nuncupatur, quemadmodum Auer. in 7. diuinæ philosophiæ non semel docuit,

FINIS

137

IOANNIS IACOBI PAVESII
TERTIA DISPVTATIO PERIPATETICA, DE IDEIS.

AD AMPLISSIMVM FRANCISCVM Cardinalem Gonzagam.



Præfatio.



B ALTISSIMA profecto disputatio proponitur, in qua Peripatetici, & Platonici dissentientes, plurima, & difficillima uersant, num uidelicet senbilium rerum ortus, scientiaq;, ab ea proueniant causa, quam ideam nuncupant. Enimuero Plato, non modo animalium, & stirpium, uerum etiam quæcunq; simplicis, aut compositæ substantiæ generationem, ab idea fieri commemorat, neq; in materia quicquam esse, quod generet arbitratus est, nisi qualitatum facultatem, quæ alienam materiam ciet, prouocet, atque disponat: consimiliter rerum, quæ oriuntur, scientiam esse negauit, qnoniam idearum scientiam esse putauit. Etenim eorum, quæ semper sunt, scientia est, quæ uero sensibilia sunt, ortum, atque interitum patiuntur, quorum scientia esse nequit. Quare idearum, quæ sensibilium rerum exemplaria sunt, scientia est. Nos itaq; hanc ipsam disputationē aggredientes, illud suscipiemus munus, Platonis, & eorum, qui ipsius partes tuentur, sententiam pro uiribus enucleare, & quæ pro eiusdem defensione, singuli afferunt, referemus. Quibus sigillatim expositis, Arist. referenda erit opinio, qua exposita, atque à dubijs, in eam contingentibus defensa, suecepto nego-
C tio finem imponemus. exordiemur itaque, ut plerumque fieri solet, singulas referendo sententias quæ Platoni ascribuntur.

Prima de ideis opinio. Cap. 1.

COmmunis fere opinio, cui Aristoteles adhærere uidetur, Platonem rerum, quæ, oriuntur, ideas, ita statuisse, commemorat. Ideas, quæ rerum sensilium exemplaria sunt, formas ab omni materia abiunctas esse, atque snb sublunarē globum per se existentes, quas iuxta eorū, quæ fiunt species, multiplicari asseuerat, ita quòd cuiq; speciei, quæ sub sublunarem mundum inhabitat, propria respondeat idea, atque ita hominis, & bonis speciei idea est, quæ sæpe sæpius, per se homo, & per se bos nuncupatur. Ad dno nero huiusmodi formas conferre, Plato fuit opinatus, & ad rerum sensilium scientiam; atqne ad earundem ortum, quæ enim ortui subiecta sunt, snb scientiam cadunt, qnæ perfecte apprehendi nequeunt, nisi per proprium quod quid est, ita enim singulæ res perfecte intelliguntur, ergo talium rerum quod quid est, uel eis est coniunctum, uel ab illis separatum, primum enim dandum non est, etenim æternorum sci-
D sentia est, atque uniuersalium, ergo, si sensibilium uniuersalia quoquomodo in rebus caducis esse haberent, cum interitum tales res patiantur, ergo earum malo, uniuersalia peribunt, quare caducorum erit scientia, adiuncta igitur, atque separata à rebus caducis, erunt uniuersalia, quæ ideæ sensibilium rerum sunt. conferunt demum, ad earumdem rerum ortum, siquidem sublunaria hæc gigni nequeunt, si ideæ non sunt, agentia etenim, quæ apud nos sunt, subiectam materiam solum afficiunt, & præparant, substātiæ uero forma de foris accedit, idea igitur opus est, quæ in disposita materia, rerum, quæ orinntur formas gignat. Quare quorsum ideæ institutæ sint constat. Nunc fundamenta referenda sunt, atque primum tale est. Nulla forma substantiæ quidquam proxime operatur, & quod gignit, à consimili in specie gignitur, ergo pro rerum ortu necessaria est idea, res enim sensibiles oriuntur, ergo uel ab indiuiduis eiusdem speciei, quod dici nequit, in his etenim duo agendi principia esse ualent, alterum rei forma, quæ cum agendi principium proximum esse nequeat, non igitur ab alterina indiuidui forma res fiet. Alterum uero agens qualitas est, quæ cum accidens sit, substantiam non producet, nam à consimili in specie non fiet res, à propria igitur cuiusque rei idea, formæ prodibunt. Quæ ratio

ita confirmari consueuit, animalia quæ sponte, & ex putri materia ortum trahunt, quando fiunt E
à consimili in specie gignuntur, quoniam omne quod fit ab eiusmodi agente fit, sed tale agens
nullum apud nos est, neque cælum, quoniam, & specie, & genere ab ortis, separatur, ergo à
propria eorum idea gignuntur. Idem iudiciũ est de his quæ ex semine fiunt, hæc enim ab eius-
dem speciei indiuiduo gigni nequeunt, cum hoc agendi principium esse non possit, nisi ob for-
mam, quæ proxime quicquam non operatur. Neque à semine fiunt, etenim hoc consimile, &
uniuocum non est, quare à propria idea. Idem ex nobilitate, & uilitate agentis, & eius quod
fit, ostendunt, omnis enim causa cum suo effectu uniuoca, uel æquiuoca est: si uniuoca, ean-
dem atque consimilem perfectionem habebit: à semine igitur, atque ab eius calore uiuentia ex
semine orta in lucem non prodibunt, non est enim semen animali orto uniuocum. Si ęquiuoca
causa est, primum illud sequitur absurdum, quod à consimili in spetie res non fierent, deinde
causa uel perfectior, uel imperfectior est; secundum dari non potest. Namque totam naturam,
omnesque quas habet effectus uires, ab agente suscipit, nil enim quo caret alteri impendere po-
test, neque à semetipso causa perfectionem assequi potest, esset enim sui ipsius causa. Si perfe-
ctior effectu causa existat, indiuiduum igitur eiusdem speciei agens non erit, neque cælum, cum
ipsum quicquam non operetur, absque causa secunda. Quare hoc agens, si ęquiuocum, & per F
fectius est, aliud esse nequit, nisi cuiusque rei propria idea. formas itaque abiunctas ad rerum
quæ fiunt ortum, atque scientiam conferre, ex his concludunt.

Ideas ad rerum sensibilium scientiam non esse necessarias. *Cap.* 2.

CAEterum sit ne horum opinio ratione consentiens, explicandum est. atqui cum pluribus
sustineatur fundamentis, id earum moles, idcirco hæc primum sunt euertenda. Et ut
ordinate procedamus, primum illud discutiemus, num ad rerum scientiam conferant
ideæ. Deinde quòd neq; ad ortum pernecessaria sint, & quòd id quod gignitur non forma est.
Deinceps, si substātiæ forma agendi principium proximum esse ualeat, insuper an omne quod
fit à consimili in specie fiat, demum huiusmodi formas agendi principium proximum esse non
posse ostendemus. Et ut primum propositorum discutiendum aggrediamur. inquiunt itaq; ad
rerum quæ oriuntur scientiam ideas conferre, quod uero non consonat, singulæ enim res per
fecte sciuntur per proprium quòd quid est, atqui ideæ rerum sensibilium non sunt quod quid est,
ergo per ideas res sensibiles non sciuntur. secunda propositio ita ostēditur, ipsum quod quid est G
ab eo cuius est seiunctum non est, nec subiecto, nec ratione, ideæ uero ab his quæ fiunt secretę
sunt, & subiecto, & ratione, igitur rerum sensibilium non erunt quod quid est. Prima propositio
quamuis ex dictis in secunda disputatione aperta esse ualeat, ita tamen confirmari potest, quod
quid est, natura atque rei propria substantia est, sed rei natura cognita perfecte tunc res scitur,
quandoquidem rei natura principium est, & causa omnium eorum, quæ per se rei insunt, exi-
stit, atqui de re alia scire non expetimus, duo etenim in re sunt, quæ summopere à nobis sciri
expetuntur, rei natura, atque accidentia, non communia, cum hæc sub scientiam non cadant,
sed propria, quorum causa rei natura est. quare rei quidditate cognita uniuersa sciuntur de re,
20.21 quæ scire appetimus. Et ideirco recte philosophus 7. huius monet, quidditatis scientiam, cu-
iusque rei esse cognitionem, insuper tunc res perfecte apprehenditur, quando causam ob quam est
& quoniam illius est causa, & non contingit aliter se habere, cognoscimus. sed rei natura cognita,
hæc causa habetur, igitur tunc res perfecte apprehenditur, quando suum quod quid est cognosci-
tur, quod non nisi rei natura est. rerum itaque ideæ natura et substantia esse nequeunt, nam cu-
iusq; rei natura à re cuius est non separatur, sunt uero ideæ à rebus sensibilibus abiunctæ, ergo
earum quidditates esse non possunt. quæ ratio ita confirmatur, si ideæ ad rerum sensibilium na- H
turam pertinerent, aut ipsę solę sunt tantum rerum naturæ, aut cum materia propria, & forma
propria & cum his agentibus, quæ sunt hic non secundum, nam rueret eorum ædificium.
Nempe ideo ideæ sunt, ut scientia sit, si enim scientia est, non nisi æternorum est, quare cũ
cuiusque rei materia, & forma consimiliter & agentia, quæ apud nos sunt interitum aliquo mo-
do patiantur. Ad suarum igitur rerum scientiam non facerent, ergo solę ideæ rer um sensibi-
lium quidditates & naturæ ferent, quare semper rei natura à re cuius est, seiuncta foret, quod ab
surdum est, cum unumquodq; aliud esse non uideatur à sua substantia, sed quod quid est uniuscu-
iusq; substantia est, hæc enim est quod quid erat esse, igitur quod quid est aliud non est, quàm
unaqueq; res cuius est. Sed dubia ideo uidetur si idem est cum re cuius est quod quid est, co
pulatorum accidentium quod quid est idem erit cum suis accidentibus. diluitur hæc dubitatio,
quia in his quæ per accidens sunt, uti quæ ex substantia, & accidente constant, aliud est quod quid
est cum eo cuius est, uti albi hominis quod quid, aliud est ab homine albo, nempe si homo al-
bus idem est, quod quid est albi hominis. tunc quod quid est hominis separatim idem erit quòd
quod

A quod quid eſt hominis albi, quod abſurdum eſt. Nam hominis quod quid ſubſtantia eſt, at copulati non accidens, ergo ſubſtantia & accidens idem eſſent, & ideo ſolum in his quæ per ſe ſunt, ſicut poſtea docebim quod quid idem eſt habet quamuis per ſe idem non ſit eſſe hominis; & hominis albi, neque etiamus ex accidenti, nam de quo magis uidetur in eſſe, & non in eſt, neque de quo minus, at eſſe muſici, & eſſe albi magis uidetur quòd idem ſit per acidens, & non ſunt, quia & ſi ſubiecto idem eſſe poſsint, ratione tamen fieri nequit, numquam enim muſici natura erit albi natura: quare cum hæc quæ in eodem genere collocata ſunt ex accidenti idem eſſe non habeãt ergo neque eſſe hominis, & eſſe hominis albi, in his itaq; quæ ſunt per accidens eſſe rei, idem cum re non eſt. Alterum oritur dubium, Platonici enim quod quid eſt abiunctum à re eſſe non ſemper concederent, In Ideis enim quod quid eſt non ſeparatur neque ſubiecto, neque itidem ratione, atque hoc ratione conforme eſt: ſi enim idearum natura ab ejs ſeparata eſſet ſubſtãtiæ ideis priores darẽtur. natura enim rei principium & rei cauſa eſt quæ prior eſt eo cuius eſt cauſa quare ſubſtantiæ ab ideis ſeparatæ illiſque priores, atque earum cauſę darẽtur, quod tamen confiteri non poſsit, ergo in ideis quod quid eſt ſeparatum non erit. Deinceps illud contingeret abſurdum idearum nõ eſſe ſcientiã, ſi enim ideæ & ſuæ quidditatis ratio altera foret, cum quod quid
B eſt ideæ cognoſcimus ideam minime apprehẽderemus. & ut exemplo rem ante occulos ponamus ſi quod quid eſt per ſe boni, aliud foret ſecundum naturam à per ſe bono; ergo cum ſuum quod quid eſt intelligimus per ſe boni notionem non haberemus; perſimile enim eſt uti ſiquis quid ſit homo ſcire expetat cognoſcat quid equus ſit, quippe quemadmodum hominis natura ab equi natura altera eſt, ita ideæ à ſua quidditate altera erit. Acciderer rurſus ideæ quod quid eſt non eſſe ens, ſi enim aliud eſt ideæ quod quid eſt ab idea, ergo quod quid eſt boni non erit bonum, ita quod quid eſt per ſe entis non erit ens, quare ſi cuiuſdam ideæ quod quid eſt non erit ens ergo nullum idearum quod quid eſt ens erit, idem enim de omnibus iudicium eſt. Hæc recte oſtenſa ſunt, quæ plurimum noſtræ ſentẽtiæ fauent. Nempe ſi in ideis quod quid eſt ab eis, neque ſubiecto, neque itidem natura abiunctum eſt, neque in rebus ſubſtantialibus. Nempe, ut ipſi teſtantur, Ideæ, & ideatum eiuſdem ſpeciei ſunt, quæ uero eiuſdem naturæ ſunt, quòd uni per ſe, & alteri per ſe quoque competit. in rebus igitur, quæ ortum patiuntur, quod quid eſt ab eis neque ſubiecto, neque natura ſeparatur, quare ideæ rerum quidditates non erunt, neque igitur ad earumdem ſcientiam pertinebunt.

C *Dubitationes diluuntur.* *Cap.* 30.

CAEterum multa ſunt, quæ obſtant. monuimus enim ſuperiori diſputatione ad rerum quod quid eſt, cauſas omnes pertinere, agentes uero cauſæ iidem, & finales cum re extra rem ſint & neque rei partes exiſtant à rebus ſeparata ſunt, recte ergo dictum non eſt quod quid eſt ab eo cuius eſt ſeparari non poſſe. quæ dubitatio ita confirmari poteſt, ideæ enim, ut Plato opinatur, etſi rerum ſenſibilium cauſæ exiſtant, non tamen forma, aut materia ſunt, ſed agentes cauſæ, quare nihil impedit ideas rerum quidditates eſſe poſſe, etſi ab illis ſeiunctæ ſint. Demum In accidentibus aliud eſt quod quid eſt, ergo quemadmodum in accidentibus ſeparata eſt eorum natura, quæ tamen per proprium quod quid eſt ſciri poſſunt conſimiliter, quamuis ideæ ab his rebus abiunctæ ſint per eas dignoſci poſſunt, quare retro allatę rationes momentum nullum habent. Sed hæc diſſolui poſſunt. Verum in eorum ſolutione conſueta philoſophantium progrediemur uia. Namque primum aliorum ſentẽtias referemus, mox quid nos ipſi ſentimus. Quidam tribus ſumptis ad quæſitum reſpõdent & primum eſt, quòd quid eſt id eſſe, quod ex prædicatis, in quid colligitur, prædicata enim in quid, uti in libro de demonſtratione conſtat tria
D ſunt genus, differentia, et definitio, quod quid eſt itaque prædicatum collectum erit ex genere, & differentia, quod aſſerere uidetur Ariſt. 7. huius, quando inquit, quod quid eſt ex prædicatis per ſe fieri. quem locum exponens Auer. ait, ex prædicatis per ſe fieri in primo modo, quæ ea dicuntur quæ in ratione dicente quid eſt, igitur quod quid eſt prædicatum, quòd ex prædicatis per ſe in primo modo eſt conflatum. Secundum ſumptum eſt, prædicata, quæ in quid de re affirmantur non prædicata per ſe talia, niſi per rationem, ergo quod quid eſt ſubſtantia erit per rationem ſecundum ſe dicta. Tertium quòd accipiunt, ea, quæ quod quid eſt habent non eſſe ſimpliciter omnia, niſi ſpecies ſubſtantiæ, hæc enim ſola intellectum completum per differentiam habet; quæ proprij generis eſt. Accidentia uero quamuis proprij generis differentiam obtineant; ſemper tamen dependent à ſubiecto, ergo ſolum ſubſtantiæ uere quod quid eſt habent, accidentia, quoniam ſubiectum includunt, nequaquam. ex his tria affirmant dicta, primum quod quid eſt in ſubſtantijs idem eſt cum eo, cuius eſt. Nam quod quid eſt non niſi eorum exiſtit, quæ habent prædicata in quid, quæ non ſunt niſi ſubſtantiæ ſpecies. Secundum eorum dictum, in his, quæ per accidens dicuntur, quod quid eſt non eſt idem cum eo, cu- xx

ſus eſt, quod ita probant entis per accidens non eſt quod quid eſt, & definitio, homo enim albus E
non poteſt definiri, quoniam unum per ſe non dicit, unaqueque uero definitio ex genere, & dif-
ferentia conſtat, quæ unum per ſe faciunt, ergo ens per accidens idem non eſt, cum ſuo quod
quid eſt, neque etiam accidens, ueluti album idem eſt cum ſuo quod quid eſt, quod quid eſt
enim rei ſubſtantia eſt, at album ſubiectum claudit, quare ſubſtaotia, & accidens idem erit. Ter
tium eorum dictum, in ſingularibus quod quid eſt idem non eſt, cum eo cuius eſt. Nempe in
his idem exiſtit, quæ prædicata in quid adepta ſunt, ſingularia ucto prædicata in quid meri-
to ſpeciei habent, ergo propria quidditate carent, & ſi aliquam habent, merito ſpeciei eſt illis
attributa, Verum quoniam aliquid ſingularia claudunt, quod extra ſpeciei rationem eſt, idcirco
idem non ſunt, cum ſpeciei quidditate. Sed aduerſus hæc, nonnulli, qui Scoti doctrinam ma-
gnifaciunt, argumentantur, & primum contra aſſumpta, utpote aduerſus illud quod, quòd quid
prædicatum in quid non ſit, & per ratiouem factum. Omne enim quod formaliter tale eſt, ſua
natura, quæ eius exiſtit quod quid eſt, eſt tale, ergo omne quod eſt formaliter tale per intellectum,
& rationem, erit ſua natuta tale, quare nullum eſſet ens extra animã. Nam (ut ipſi aiunt) quod
quid eſt à mente efficitur, quæ prædicata in quid facit. Secundo, philoſophus ait, quòd, quod
quid aliud non eſt, niſi rei cuiuſque ſubſtantia: ergo ſi quod quid eſt ab intellectu fieret, unum- F
quodq; eſſet ens rationis. Tertio uetitas in intellectu componenti oritur, & cauſatur, ex re ex
tra, ab eo enim quòd res eſt, uel non eſt omnino dicitur uera, uel falſa, & ita, quia aliqua ſunt
in re compoſita, proindè intellectus ea cõponit, ergo prior naturaliter eſt identitas in re, quam
in intellectum ſe homo & quod quid eſt hominis ſecundum rationem ſunt, ſequetur, quòd ho-
mo antequam ab intellectu conſideretur non ſit idem ſuæ quidditati, quare ſequitur, quod præ-
ter omne opus intellectus non erit idem quod quid eſt, cum eo cuius eſt, uel neque pendebit à
prædicatis in quid neque ab intellectu. Aduerſus eoſdem, arguit quidam, principium cuiuſque
demonſtrationis eſt aliquid in re exiſtens, ſed quod quid eſt, principium eſt demonſtrationis,
21 primo de anima, ergo quod quid eſt, eſt quid extra animam exiſtens. maior ita monſtratur, prin
cipium & cauſa affectus in re, eſt realis, & extra animam exiſtens, ſed principium demonſtratio
nis eſt cauſa effectus in re, quoniam ſcientiæ, quæ eſt effectus in re, nam ſcientia ponitur in
prædicamento qualitatis, modo quæ ponuntur in prædicamento ſunt entia in re, ergo ſcientia
eſt quid in re, quare eius principium in re erit, fieri enim non poteſt, ut ens in re, dependeat ab
ente rationis, cum ens in re id ſit, quod non præſupponit ens rationis. ratio confirmatur, ea quæ
ſunt principia agendi, & mouendi intellectum, ſunt in re, quia actio in intellectu, & motio eſt G
in re, & ex natura rei, nam lapis non mouet iotellectum, quia conſideratur ab eo, ſed prius mo
uet, quàm conſideretur, ergo ea motio & actio erit realis, ſed principia demonſtratiua mouent in
tellectum igitur habent eſſe in re. ſunt & aliæ rationes, quæ quoniam eodem fundamento ſol-
uuntur ſilentio mandantur. Contra tertiam concluſionem, horum nonnulli, arguunt, quod
quid eſt, eſt idem in ſubſtantijs cum eo cuius eſt, ſed prima ſubſtantia, eſt maxime ſubſtantia, &
maxime ens, ergo prima ſubſtantia, quæ eſt ſingularis, maxime habet quod quid eſt, quare idem
eſt, cũ eo quod quid eſt. ſecũdo, illud quod ſingulare addit ſpeciei, quod quid ſit, aut facit unũ per
ſe cum natura ſpeciei, aut non. ſi ſecundũ, cũ illud additũ ſit de natura primæ ſubſtãtiæ, prima ſub
ſtantia erit ens per accidens, quare neque generabitur, neque per ſe corrumpetur, quod falſum
eſt, ut prohemio Meth. patet, omnes generationes per ſe ſunt circa ſingularia, ſi uero facit unũ
per ſe, ergo totum illud erit ſibi uere idem, & proprium quod quid habere poteſt: licet aliquid
includat quod extra naturam ſpeciei ſit. Sed horum argumẽta aduerſus hos nullius ſunt momen-
ti, atque ex falſa eorum imaginatione ortum ſumunt. ac, ut res plana fiat, aduertendum quòd
quod quid eſt, interdum collectum genere, & differentia dicitur, ut primo Poſter. prædicata
primi modi, ſunt prædicata quidditatiua quæ per genus, & differentiam explicantur, ex quibus H
definitio conſtet, & dicitur quod quid eſt collectum ex genere, & differentia, quoniam accipi-
tur à materia & forma, quæ rei ſubſtantia, & quod quid eſt dicuntur. nam genus à potentia, quæ
eſt in re, quæ materia eſt, & differentia ab actu, qui in re eſt, & forma dicitur: & ita, quia ab his
accipitur, quæ in re, rei ſubſtantia ſunt, ideo interdum quod quid eſt dicitur, quo etiam modo
definitio ab Ariſt. ſecundo Poſter. quod quid eſt dicitur, quoniam ipſum explicat. Accipitur
rurſus quod quid eſt pro principio, à quo res extra animam eſt id quod eſt, quo modo materia
& forma dicuntur, quod quid eſt ſubſtantiæ compoſitæ & generabilis, quare cum bifariam quod
quid eſt accipiatur, ſi primo modo intelligitur, nulli dubium quòd ab intellectu pendet eſſe;
quoniam ita non eſt, niſi genus, & differentia certo ordine conſtituta: at genus, & differentia
ſunt entia, quæ ab intellectu fabricantur, pariter, & definitio ab intellectu fit, extra animam .n.
genus non eſt, neque differentia, ſed res explicatæ genere, & differentia, ut materia, & for-
ma, (uti ipſi aiunt, genus) & differentia dupliciter capi poteſt, & pro ſecunda intentione, &
ita in intellectu ſunt, & pro prima, & ita in re, cum quod quid ſit collectiuum generis, & dif-
ferentiæ

A ferentiæ ergo bifariam capi poteſt, ut in mente & uti in re, & ita D. Thom. & Egidius de quod
quid eſt loquuntur,& ideo idem eſt quærere an idem ſit quod quid eſt cum eo cuius eſt,ac ſi quę-
ratur an definitio, ſit idem cum definito, ſi uero ſecundo modo quod quid eſt capiatur, ita in
re eſt,& ab opere intellectus non pendet,ut eorum argumenta concludunt,quo modo D.Thom.
ac Egid. non loquuntur. Veruntamen, & ſi ita horum poſsit deffendi ſententia, Ariſt. uero
in 7. diuin. ut idem quod definitio eſt, quod quid eſt non accipit, ſed ut rerum, quæ exiſtunt,
nam eo modo ſumptum eſt quod quid eſt,uti Plato rerum ſenſibilium quidditates ideas eſſe fuit
opinatus. atqui non ita Plato quod quid eſt nomen, ut a mente pendet, uſurpauit, quare neq;
Ariſt. Deinde priori diſputatione ſatis abunde à nobis explicatum eſt, neque genus, neque dif-
ferentiam ad rerum naturas reuera pertinere, ſed exemplaria eſſe cauſarum, utpote materiæ, &
formæ quibus res exiſtit. Demum cum nomen eſt pluribus conueniens, & uni primo alij ſe-
cundo,cũ ſimpliciter prolatum eſt,pro primo ſignificato uſurpatur.quare cum hoc modo,ut ipſi
met monent,accipiatur quod quid, eſtque abſolute prolatũ,pro primo ſignificato ab Ariſt.uſur-
patur, ut ſcilicet eſt rei natura, atque ſubſtantia, & principium eſt,quo res eſt id quod eſt. De-
ficiunt deinceps, quia cum quod quid eſt, (ut ipſi aiunt) bifariam, capi poſsit, iuxta alterum,
B & non proprium ſignificatum, quæſitum enucleant. Nos tamen ſecundo modo quęſtionem
aperiemus. Nam ſi ſciuerimus quomodo quod quid eſt ſe habeat, cum eo cuius eſt, manifeſtum
etiam erit quo modo definitio idẽ erit cum definito, ad id, quod ultimo obijciunt, quòd ſe-
queretur indiuiduam ſubſtantiam maxime definiri, & habere quod quid eſt, reſpondemus, uti
ſæpius dictum eſt ex Alex. & Auer. quòd definitiones non ſunt, niſi ſingularium exiſtentium ex
tra animã,prout tamen cõcipiũtur,cõcipiũtur autẽ uniuerſaliter,cũ nomine ſpeciei intelligũtur.
quare ratio quod uolumus, monſtrat. ad ſecundum nulli dubium quòd indiuidua ſubſtantia, ut
extra animam eſt, quod aggregatum eſt per accidens, eſt enim terminus generationis, non ra-
tione accidentium, ſed ratione ſuæ formæ, hæc eſt, quæ generationem terminat, quam poſtre-
mo accidentia conſequuntur. ſed quæ ſit D. Thom. opinio paulo poſt, explicabitur, cum quæ
ſit Ariſt. Alex. ac Auer. ſententia aperietur. Scotus in hoc 7.quæſ.16.& 22.diſt. tertij, & Ant.
Andr. hic quæſt. 7. fatentur idem eſſe quod quid eſt cum eo cuius eſt, uerum prius nonnul-
las diſtinctiones accipiunt.prima eſt quòd idem interdum poteſt confuſe,& exacte intelligi,con
fuſe, cum quid nomine illius ſignificari apprehendimus, diſtincte autem cum id definitione co
gnoſcitur, ut ex primo phyſ. 5. ab Ariſt. haberi poteſt, cum ait, quòd res, quæ definitur
C prius confuſe comprehenditur, cum nomina eius cognoſcimus, diſtincte, cum per definitionẽ,
definitio enim diuidit in in ſingularia.ſecunda uti forma bifariam capi poteſt, ita & materia,cau-
ſa eſt, quoniam materia & forma relatiuæ opponuntur, 2. phyſi. & quot modis unum op-
poſitorum dicitur,tot, & reliquum primo Top. forma autem altera eſt totius,quæ rei quod quid
eſt dicit,uti forma totius hominis humanitas eſt quæ quod quid eſt hominis dicit,& includit ma
teriam & formam,altera uero forma partis, uti anima, forma partis dicitur, ita materia bipar-
titur, altera, quæ correſpondet formæ partis, & ita materia eſt pars eſſentialis compoſiti, quæ
cum forma conſtituit unum per ſe de genere ſubſtantiæ. Altera autem materia totius dicitur
quæ reſpondet formæ totius, hæc enim contrahit formam totius, ut quidditatem ad eſſe hoc,
& hæc eſt proprietas indiuidualis, quæ hæccheitas dicitur, nam hæc cum ipſa quidditate ſpeci-
fica conſtituit indiuiduum ſpeciei, unum ens per ſe. tertia eorum quæ ſunt, alia per ſe entia di-
cuntur, ut decem genera rerum & ſpecies omnium generum, & indiuidua omnia, quæ ſunt per
ſe in genere, utque res diuerſorum generum non includunt, alia entia per accidens,uti ſunt om-
nia aggregata ex duobus generum diuerſorum, ſiue diuerſis nominibus, ut homo albus, ſiue
uno nomine, ut album uocetur, album enim cum accidens concretum ſit, includit diuerſas res
D ut ſubiectum, & accidens. quarta quòd eorum, quæ habent quod quid eſt,alia per ſe primo ha-
bent tale, uti ſpecies compoſita uniuerſalis quæ conſtituitur ex forma partis, & materia partis,
quæ ideo per ſe, & primo quod quid eſt habet, quoniam ei tale per aliud non aduenit, ſicuti
indiuiduis, quibus per ſpeciem, quod quid eſt conuenit, alia habent quod quid eſt per ſe non
primo, ut indiuidua quæ abſtrahunt ab exiſtentia & tempore, ut hic homo ſingularis: eiuſmodi
enim indiuiduum per ſe in genere eſt, quatenus conſideratur, ut ex materia totius & forma to-
tius conſtat, quòd per ſe non habet quod quid eſt, quoniam per aliud quod quid eſt habet, ue-
luti ſpeciei ratione. Nonnulla uero, neque primo, neque per ſe quod eſt habet,ſed ex acciden-
ti, ut indiuiduum exiſtens, & in tempore quod accidens includit, quod extra quidditatis ratio-
nem eſt. Ex his duo inferunt, quorum primum eſt, in his quæ per ſe ſunt, idem eſt quod
quid eſt cum eo cuius eſt, uerum, quoniam ea, quæ per ſe ſunt, alia ſpecie ſunt, in his per
ſe primo idem eſt quod quid eſt, cum eo cuius eſt, alia uero indiuidua exiſtunt, quatenus
ab omni abſtrahunt accidente, atque in his idem eſt quod quid eſt per ſe, & non primo. Qua-
re ſemper quod quid eſt in his quæ per ſe ſunt idem eſt cum eo, cuius eſt, Atque hoc Ariſ.ratio-

ne confirmant, Vnumquodque idem est cum sua substantia atque natura, sed quod quid est E
rei natura, atque substantia est, ergo unumquodque, quod per se dicitur idem est, cum suo quod quid est. Alterum, & secundum quod, inferunt est, in his quæ per accidens dicuntur, idem quod quid est, cum eo, cuius est non existit. Nam quod quod quid est non habet cum sua quidditate idem esse nequit, quod uero per accidens est quidditate caret, propter duplex significatum, uti Arist. monuit, hoc igitur idem non erit cum sua quidditate. Sed hi multifariam decipiuntur, & ut horum errata aperta fiant à traditis distinctionum, exordiemur, atque primam concedimus, secunda uero omnino falsa est, non enim eam materiam, quam totius appellant, & alio nomine haeccheitatem nuncupant, peripatetici concedunt, et primũ Porph. testimonio utemur, qui asserit indiuidua numero distingui, hoc est accidentibus, quare si ab indiuiduis accidentia secludantur, non erunt amplius indiuidua, sed species, quod etiam Simplicius, Amon. & Boet. in cathegorijs confirmant, & Auer. in de substantia orbis indiuidua per accidens differre inquit. Them. etiam primo lib. de anima, indiuidua asserit, quæ sub specie athoma sunt, non nisi accidentibus differre. Hoc idem ratione confirmari potest si indiuidua eiusdem speciei athomæ, per has proprietates adinuicé distinguerentur, ergo essentialiter differrent. Nam omnia differentia, quorum ratio distinguendi non est accidens, accidentaliter non distinguuntur, F
sed essentialiter, atqui indiuidua eiusdem speciei, cum per proprietates indiuiduales distinguuntur, eorum distinguendi ratio accidens non est, cum neque proprium, neque commune sit, ergo eiusdem speciei indiuidua essentialiter differrent. Deinceps accipiatur Platonis hęc cheitas, & sit A. illa uero Socrat. uocetur B. tunc sic componatur ratio, hęc cheitas. A. omni mentis opere circumscripto plus cum. B. conuenit, quam cum hęccheitate indiuidui bouis, ergo seclusa intellectus operatione dabitur unitas communis realis, in qua illę duę consentirent, id, quod consequitur ex eorum fundamentis deduci potest, cuiuscunque enim relationis realis fundamentũ in re est, conuenientia uero pręter mentis opus in re existit, ut ipsi testantur, igitur conuenientiæ fundamentum in re erit, quod cum singulare non sit, igitur communis natura erit, quæ, cum non sit species ergo inter speciem athomam, & indiuiduum dabitur natura communis. Ad hæc indiuidua siue eiusdem, siue alterius speciei existant, inter se relata, æque differrent, quemadmodum Plato, & Socrates & bouis indiuiduum, quod absurdum est, quandoquidem priora sola numero distinguntur, secunda uero numero & specie. id quod consequitur ita probatur, quæcunque per primo diuersa distinguuntur, æqualiter differunt, nam primo diuersa maxime distãt, atqui Socr. & Plato, cum per proprias hęccheitates distinguuntur, per primo diuersa differunt, G
quemadmodum Plato & indiuiduum bouis, æque igitur differunt, quare materia totius uana est. Neq; itidem tertia distributio uera est, nõ enim uerum est accidentia per se entia esse, sunt enim entia, quemadmodum retro docuimus, quoniam entis quicquam sunt. Insuper philosophus, uti retro docuimus asseruit in his, quæ sunt per se, hoc est in substantijs, idem esse quod quid est cum eo cuius est, quare, & si accidentia per se entia esse confiteamur, non tamen cum eis idem erit quod quid est. Insuper philosophus causam largiens, cur in his quæ sunt per accidens idem non sit quod quid est docuit, quoniam duplex significant, nempe esse in, & subiectum, atqui omne accidens duplex significat, quoniam subiectum ad illius pertinet naturam, ergo omne accidens, siue per se, siue ex accidenti ens sit, duplex significat, ergo nullum accidens cum sua quidditate idem erit. quarta distributio etiam multifariam peccat, quoniam putant quæ per se primo definiuntur non esse substantiam indiuiduam, retro enim ostendimus per Alex. & Auer. hanc definiri, ut uniuersaliter concipitur, & ita speciei nomine nuncupatur. indiuiduum enim, quatenus indiuiduum, quoniam accidentia claudit, per accidens definitur, & causa est, eorum enim quæ per se existunt, & in eo sunt, definitio est, quæ singularia sunt, quæ definiuntur, dum seclusis accidentibus considerantur, quod est ipsa uniuersaliter concipere. falluntur etiam, quando aiunt indiuidua ab existentia, & accidentibus abstrahi posse, non enim si ita considerarentur, H
essent indiuidua, indiuiduum enim est, indiuiduum, quoniam certis, & definitis accidentibus materia affecta est; quæ omnia simul in altero indiuiduo reperiri non possunt, & ita indiuidua spectare, est ipsa sub ratione speciei concipere. Deinceps quęrimus, à qua uirtute an ab intellectu, uel potius a sensu, hæc abstractio fiat, si à mente uniuersalis erit, si à sensu, ergo ab existentia, & accidentibus abstrahi nequeunt, nam sensus solum accidentia percipit, nequeunt igitur ab existentia, & accidentibus indiuidua abstrahi. Sed quo ad eorum spectat dicta, falluntur etiam, primum enim quod Arist. inquirat prorsus ignorant, quando inquirit, an idem sit quod quid est cum eo cuius est, quippe, ut Alex. & Auer. authores sunt, quærit an quod quid est re sit, ab eo cuius est separatum, atque ob Platonem, qui cum ideas constituisset rerum sensibilium quidditates illas esse putauit, quare non quærit, an definitio per se primo sit speciei, & per se non primo sit indiuidui. Deinde si Arist. scopus est manifestare, an definitio sit primo per se speciei, cum definitio Ens ab intellectu fabricatum sit, ut ipsi aiunt, ergo non per alias

A ut D. Tho. & Egidium, arguunt, qui asserunt, quod quid est, esse prædicatum à ratione collectum, quoniam sub eodem sensu ipsi quoque quæsitum dissoluunt. Demum ex eorum declaratione non habetur si quod quid est, quod per se, primo speciei asserunt, idem re, & ratione sit, uel diuersum cum specie, quod quidem Arist. quærit. Tertia quorundam opinio est, qui prius id accipiunt, quod quid est, illius per se, & primo esse cuius per se, & primo est definitio. Nam definitio sermo est rei quod quid est exprimens, definitio uero speciei est, ergo quod quid est per se, & primo speciei est, id autem quod definitur per se,& primo formæ existunt, siquidem materia pars non est quidditatis, quæ quidem forma, nomine speciei significatur. Ex his quæsitum soluunt, quod quid est idem re, & ratione esse, cum eo cuius est,& nō differunt nisi secundum modum concipiendi, quod probatur, Nam cum eius sit quod quid est, cuius per se primo est definitio, id uero forma est, ut nomine speciei significatur, at quod quid est non nisi forma est, quoniam materia pars quidditatis non est, ergo idem re, & ratione sunt, sed differunt penes diuersum modum concipiendi, quippe forma ut nomine speciei concipitur confuse concipitur, ut per genus & differentiā cōcipitur, & cum definitione eam concipimus, distincte concipitur, quoniam definitio partes formæ explicat confuse contentas in B nomine speciei, quare id quod per se & primo definitur, & quod quid est penitus idem re, & ratione sunt. Secunda conclusio, singulare compositum quod per se, non primo definitur, ut sub ratione uniuersali confuse comprehenditur, definitio seu quod quid est differt ab eo cuius est, quod probatur, nam hoc claudit materiam ultra formam, quod quid est, est enim forma, nullo modo materia, ergo differunt, ut compositum habens formam, & ipsa forma, quæ, re idem sunt, ratione uero differunt, quoniam ratione materiæ utriusque non est eadem ratio. tertia conclusio singulare singulariter conceptum, quod per accidens definiri asserunt, hoc singulare differt à quod quid est, uti forma, & aggregatum per accidens, ab altera parte. patet hoc, quoniam eiusmodi singulare est aggregatum per accidens, cum includat materiam, & formam, & accidentia, quare ratione suæ partis ut formæ, idem erit re & ratione, commune aut aliarum partium, idem per accidens, quoniam idem subiecto, non ratione. Sed horum opinio, neque recta est. Et primo peccat, cum asserat, quod primo & per se definitur, id esse formam, siquidem antea ostendimus, quod forma uere non definitur, sed compositum ex materia, & forma, ut uniuersaliter cōcipitur, est quod definitur, etenim definitio ex genere,& differentia omnis constat, quæ à materia, & forma sumuntur, quare id definitur quod ex materia, & forma constat, C 8. Meth. quoniam id quod definitur compositum est ex materia & forma, proinde separatæ formæ definitione carent; modo si formæ per se & primo esset definitio, maxime separatæ formæ definitionem haberent, cum primæ formę sint, hoc patet per regulam topicam, ut simpliciter, ad simpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime, neq; dici potest, quod forma materialis sit, quæ per se primo definitur, cum Auer. oppositum infra dicat: huiusmodi enim formæ imperfectam definitionem habent, quia ut se habent ad esse, ita ad definitionem, cum sint entia in alio, ab alio itaque habebunt definitionem, uerum hæc imperfecta definiuntur, ergo forma materialis non est, quæ primo, & per se definitur. secundo prima conclusio recta nō est, primo quia credunt isti, idem esse definitionem, & quod quid est, quod uerum non est, ut patebit, secundo cum id quod definitur forma non sit, sed compositum, recte non dicunt, quod ideo quod quid est, est idem, quoniam forma est quod quid, materia uero pars non est quod quid est substantiæ compositæ, tertio enim monstrauimus, quòd materia pars est quod quid est, cum in ratione substantiæ compositæ includatur, atque ex his patet, quòd secunda conclusio peccat, cum ait quòd ratione alterius partis, quod quid est, idem est cum substantia composita, ratione formæ, & non materiæ. Nam cum utraque pars ad quod quid est, spectet, ratione utriusque partis idem erit, D ac cum ex eodem fundamento tertia conclusio fluat, fit, ut neque hæc recta sit. quarta opinio est, quòd in conceptis cum materia, ut in substantijs generabilibus, & corruptibilibus quod quid est ratione materiæ, non est idem cum eo, cuius est, substantia namque generabilis, cum composita sit ex materia, & forma, ob materiam, quam in se habet, quod quid est, non est idem cum ea. hoc probantur quoniam materia non est pars quod quid est, ut ex Auer. colligunt, cum ait quòd materia est deferens quod quid est, & non pars. secundo dicunt quòd ratione formæ idem est quod quid est, cum eo cuius est, patet quia forma est quod quid est, quod ex Auer. colligunt, ubi sophistarum quest. persoluens, ait, quòd homo si capiatur pro forma hominis, idem est, quod suum quod quid est, sed si capiatur pro aggregato ex materia & forma non est idem. tertio asserunt quòd accidentia simplicia, ut album, & consimilia, cū sint per se entia, idem est quod quid est in eis, patet ex Arist. quòd in his, quę per se dicuntur idem est quod quid est, cum eis, accidentia cum entia per se sint, non sunt aliud a quod quid est eorum. Vltimo aiunt, quòd in his quæ secundum accidens dicuntur, ut ea quæ aggregata per accidens talia sunt ut homo albus, idem non est quod quid est, quod ex Arist. patet, quod non habet quod quid est,

idem non eſt cum eo. at, quæ ſecundum accidens dicũtur, ita ſe habent, Verum horum opinio fal E
ſo innititur fundamento uidelicet quòd in conceptis cum materia, materia non ſit pars quiddita-
tis, retro enim monſtrauimus quòd hæc eſt pars quidditatis, alioquin compoſitum uere non
definiretur uti forma in materia, quæ uere non definitur, uti Auer. infra refert, quoniam in de
finitione formæ materia cadit, quæ ſuæ ſubſtantiæ pars non eſt, propterea uere non defini-
tur, ita cũ in definitioné cõpoſitæ ſubſtãtię materia cadat, quæ non eſt pars quidditatis non uere
definiretur, ad huc ut res ſe habet ad eſſe, ita ad quod quid, ſed compoſitum eſt ob materiam,
& formam, ergo eius quod quid erit ob materiam, & formam, & ita materia in habentibus eam,
pars eſt quidditatis. Decipiuntur penes aliud quoniam quid Ariſt. quærat, non percipiunt, nam
que philoſophus ob Platonem, ut Auer. & Alex. teſtantur, inquirit an in ſubſtantijs generabi-
libus idem ſit quod quid eſt cum eis, ita quòd re, & ſubiecto non ſeparentur, uti Plato, qui aſ-
ſeruit, quod quid eſt ſubſtantiæ ſenſibilia eſſe ideas, quæ loco, & ſubiecto ſeparatæ ſunt, qua-
re cum in ſubſtantia compoſita forma, & materia non ſint, loco & ſubiecto ſeparate, ſiue mate
ria ſit pars, ſiue non, quod quid eſt idem eſt, tum Ariſt. peteret id quod in principio eſt, cum
inquirat, an idem ſit quod quid eſt in ſubſtantijs compoſitis, nam ſi ratione formæ eſſet idem,
ſenſus eſſet quod forma compoſiti, non eſſet quid diuerſum, à ſemetipſa, quæ eſt quod quid eſt, F
& de hac re nullus unquam dubitauit, neque Plato aſſeruit formam rei ſenſibilis eſſe à ſemetip-
ſa loco & ſubiecto ſeparatam. Ariſt. itaque moſtrat idem eſſe quod quid non ſeparatorum à ſub
ſtantia compoſita, quare idem ita erit, neque uerum eſt, quod ex Auer. colligunt, quod mate-
ria non ſit pars quod quid ſubſtantiæ compoſitæ, ſiquidem Auer. ibi comparat materiã ad for-
mam, & ait quod ſi materia referatur ad formam, cum definitur forma, licet materia includa-
tur in definitione, non eſt pars quidditatis, & formæ, ſed eſt deferens quidditatem, & formam,
namque ponitur non ut pars, ſed quoniam cauſa quidditatis formæ, quoniam ſubiectum formæ
eſt, Verum ſi materia ad ſubſtantiam compoſitam referatur, eſt pars quod quid eſt ſubſtantię
compoſitæ, ut Auer. ibi explicat, hi enim tantum uerba Auer. in principio commenti legerunt,
ſequentia uero minime reſpicientes, in quibus plane Auer. ut magis antea patebit, oppoſitum
aſſerit. id tamen animaduerſione dignum, quod ſi interdum Auer. materiam à quidditate exclu-
dit, nomine materiæ, ſignatam materiam intelligit, non eam, quæ pars eſt ſpeciei, quia hæc
quod quid eſt pars dicitur. Ad id ex commento Auer. in priori diſputatione explicatũ fuit, neq;
uerum eſt id, quod in alio dicto aſſerunt quòd in accidentibus, idem eſt quod quid eſt, primo
Ariſt. literæ aduerſantur, cum det exemplum de accidentibus ſimplicibus, ut de albo, & mu- G
ſico, & inquit, in his non eſſe idem ratione quod quid cum eis, ratio, qua Ariſt. utitur, de om-
nibus demonſtrat, quoniam eſſe accidens dupplex ſignificat, id quod in eſt, & cui in eſt, in eo
igitur non erit idem quod quid eſt, pręterea uerum non eſt, quòd accidens ſit ens per ſe, ſed ob
aliud, ut ob ſubſtantiam, uti antea dictum fuit, item ut res ſe habet ad eſſe, ita ad quod quid,
ſed accidens eſt ob ſubſtantiam, ergo quod quid habet à ſubſtantia & ita omne accidens duo ſi-
gnificat. non itaque idem erit quod quid eſt, tum hæc accidentia ſunt abſtracta, aut concreta, non
primum, quoniam ea habent eſſe per intellectum, ut Auer. 2. epith. Meth. hæc non habent quod
quid eſt, neq; entia per ſe ſunt, ſi concreta, cum hæc in eorum eſſentia actu ſubiectum includant,
duplex ſignificant, & ob id non habẽt quod quid eſt, quod idem in eis ſit. Sed his reiectis tem-
pus eſt, ut quid nobis Ariſt. ſentire uidetur, referamus.

Propria opinio. Cap. 4.

QVibus ita conſtitutis, quoniam ea, quę ſunt non eadem ratione dicuntur, & ut res ſe ha
bent ut ſint, ita ad quod quid eſt, inde ſit, ut neque eadem ratione, quod quid eſt idem
ſit cum eo cuius eſt. & ut res aperta fiat ſubſtãtia, quæ uere eſt ens, eſt ſubſtantia. quæ H
ea eſt, uti retro explicatum eſt, quæ ex materia & forma conflata eſt, ſi ſpectetur, ut materiam
ſignificatam includit, ita enim aggregatum per accidens eſt. Nempe materia ſignificata eſt,
quæ certis, definitiſq; accidentibus eſt ſubiecta, & ita in hac ſubſtantia quod quid eſt, idem non
eſt, quandoquidem hæc ſubſtãtia quod quid uocat, & hoc non ſemel Ariſt. docuit, utpotè in 7.
40 Meth. quando inquit, in conceptis cum materia aliud eſſe quod quid eſt, ab eo cuius eſt, nomi-
ne enim maximę ſignificata audit, in hac enim ſubſtantia neque ſecundum rationẽ, idẽ eſt quod
quid eſt, ſubſtãtiæ.n. ratio non eſt accidẽtis quod quid eſt, cum eſſe accidentium ſit in alio, ſubſtã
tiæ uero minime. igitur ut indiuidua & particularis conſideratur ſubſtãtia, ita quod quid eſt,
ab ea abiunctum eſt. At uero ſi ſub ratione ſpeciei concipiatur, quo pacto, ut ab omnibus acci-
dentibus ſpoliata eſt, conſideratur, utpote ſi ſortes ſpectetur, ſeclusis uniuerſis eius accidentibus
non erit niſi homo, ſingulares .n. ſubſtantiæ mutuo non niſi accidentibus ſeiunguntur, & præci-
pue in rebus caducis, quemadmodũ Porph. & Græci teſtantur, ita ſubſtantia hæc quod quid eſt
habet, quod cum bipartitum ſit, nempe alterum cauſatum eſt, ut quod ex materia & forma, Alte-
rum

A rum uero causa uacat. ut quod ex agente, & forma conflatur, primum neque re, neque ratione à substãtia separatur, Non enim re separantur, & subiecto, quandoquidem materia, & forma à re non separautur, quemadmodum Arist. 4. phys. docuit, quando locum neq; materiam, neq; formam esse docuit, cum eius quod quid est, non sit nisi propria substãtiæ materia, atque forma, ab ea igitur abiunctę non sunt. deque hoc Arist. loquens, inquit unius cuiusque rei natura, non separatur ab eo cuius est, quemadmodum, de, rationale quæ hominis natura est, re ab homine non separatur, esse enim hominis non est nisi esse animalis rationalis. Neque itidem ratione, non enim alia est animalis rationalis ratio, ab ea hominis, eius enim ratio non est nisi animal rationale. Tunc enim unumquodque scire potuimus, cum cuiusque quod quid est, atque substantiã cognoscimus, si modo quod quid est hominis, esset diuersum secundum naturam ab homine, ergo cũ eius quod quid est cognoscimus, quid sit homo, non cognoscimus, per similiter enim est, inquit Arist. ut si quis, quid sit equus scire appetat, cognoscat, quid sit bos. Nam uti equi natura, est diuersa à bouis natura, ita homo à sua natura, quod quid est igitur quod causa habet, neque subiecto, neque itidem ratione ab eo cuius est separatur, sed an aliquo pacto huiusmodi quod quid est separetur, ambigere quis posset, nã, ut in dato extremo persistamus, qui

B hominem cognoscit, eius quod quid est cognoscit, quod minime uerum est, sed ex Arist. hoc primo phys. deleri potest, qui modo concipiendi distingui docet, Nempe qui hominem dicit, confuse, & indistincte hominem cognoscit, sed cum definitione cognoscitur, distiucte eius natura cognoscitur. Alterum uero quod quid est, quod causa uacat, quoniam non eadem ratione quod quid est, dicitur, Nempe causæ extra rem a re separatę sunt loco, & subiecto, cum eiusmodi quod quid est causæ non nisi extra rem sint, numero igitur à re separatur, non igitur cuiusque substantiæ quod quid est, idem secundum esse est, cum eo cuius est. Verum ea se offert dubitatio diluẽda, Arist. 7. diuin. absolute inquit, quod quid est, neque materia, neque itidem ratione, absolui ab eo cuius est, quare cuiusque rei quod quid est, uidetur asserere idem esse cum re: ab Arist. igitur dissẽtire uidetur nostra opinio. sed ex his quę superiori dubitatione docuimus, dubitatio dilui potest, Nempe docuimus, quod quid, bifariam spectari posse, & in se, quum quod quid est, quo pacto non nisi forma est, quare cum forma non separetur a re, fit ut quod quid est, ut in se spectetur, abiunctum a re non sit. Itaque quando Arist. inquit, absolute quod quid est non absolui a re, per se quidditatem spectat. Aut uti retro docuimus de quidditate causata sermone habet. At si quod quid est spectetur, ut definitis rebus coniunctum est, quoniam

C ita causas omnes includit a quibus res in esse dependet, ita absolui a se subiecto potest, Nempe illud quod ex causis extra rem constat, abiunctum est, quod ex causis intra rem conflatum est, ut potè ex materia, & forma, abiunctum non est, quum huiusmodi causæ rei partes sint, & a re non separentur. 7. uero diuinorum, de quidditate absolute sumpta, Arist. loquitur, Nempe de ea, ut rebus coniuncta est, scientiæ particulares disputant. Sed illud inquirendum nunc est, an quod quid est, quod ex causis extra rem constat, ratione absoluatur a re, subiecto enim separari iam demonstratum est, sed ad hoc dicimus (quemadmodum Arist. monet) huiusmodi quod quid est, à re non esse ratione abiunctum, Nempe si ratione separatum esset, per ipsum quid sit, res non cognosceretur, foret enim, ut si quis quid sit homo cognoscere expetat, & quid sit bos noscat. Namque uti hominis natura, est diuersa à bouis natura, ita homo ab hac eius natura, quare huius quidditatis ratio à re non absoluitur, & si subiecto abiuncta hæc natura à re sit, quare quo pacto quod quid est, à re absoluatur, & quonam modo idem sit, ex his satis constat, quo uero ad aliam dubitationẽ pertinet, quandoquidem uidetur ad rerum scientiam ideas attinere, cum agentes causæ sint, quæ à re saltim subiecto separari ualent, dicimus nulli dubium esse, quod iuxta Platonem ideæ agentes causæ sunt, atque eas tantum ad scientiam re-

D rum conferre opinabatur, quæ quidem non solum subiecto abiunctæ sunt, sed etiam ratione, quoniam ideæ substantiæ sunt, prorsus ab omnibus materiæ sordibus abstractæ, quare rerum sensibilium ratio idea esse non potest, essent enim res sensibiles à materia separatæ. Secundum rationem igitur ideæ à sensibilibus separatæ sunt, quare non sunt quidditates rerum, siquidem nulla quidditas à re ratione absoluitur. At cum ideæ à sensibilibus ratione abstractę sint, eorum non erunt quidditates, quare ad eorum scientiam non conferunt, & ita Arist. ratio aperta est, nullum quod quid est a re secundum rationem separatur, at ideæ a rebus sensibilibus secundum rationem separatæ sunt, ergo non earum quidditates. multifariam demonstrauit Arist. priorem propositionem (uti retro monuimus) Nam ut in ideis, ita in rebus sensibilibus, at in ideis diuersa non est ratio ideæ, & quidditatis, neq; in sensibilibus. Rursus contingeret, quod si quis expeteret scire quid sit, eius naturam non cognosceret, quoniam simile est ac si quid sit bos cognosceret, cum utriusque natura diuersa sit, quare quod quid est ratione à re non abstrahitur, ergo ideæ non erunt rerum sensibilium quidditates, & ita ad earundem scientiam non conferunt, quoniam tunc exacte res cognoscitur, cum quod quid est eius cognoscitur. Arist. quidem nostra

opinio consona est, sed si rerum sensibilium rō separata est ab idea, & eius ratione, ergo cum Deus sit causa earundem rerum, ut existunt, eius ratio, non esset ab eisdem rebus separata, alioquin nulla esset Arist. ratio, de ideis, sed diluitur, Nam res ut existunt, diximus, quod secundum rationem separatę sunt, & cum ratio earum sit separata, ac prima causa est Deus, ab his secūdū ratione nō separatur. Postrema dubitatio ab Arist. 7. diuin. diluitur, Nāq; accidēs duo significat esse in, & substantiam, inde fit, ut omnibus modis in eo quod quid est non sit, sed quo dam modo idem, quodam modo non, ratione idem non est, & si ratio accidentis à substantia, & ab eius natura dependeat, non tamen accidentis ratio, ac natura est substatiæ eadem, esset enim accidens substantia. ergo cum accidens duo significet, secundum rationem idem non est, omnino cum suo quod quid est. Verum quis ambigere posset, contingeret tunc quòd per substantiam accidens non cognosceret, quoniam natura utriusque diuersa est, ueluti in rebus sensibilibus dicebamus, ideo per ideas non sciri, quoniam ideæ ratio, est diuersa a sensibilibus, ita cum substantiæ ratio alia ab ea accidentis sit, per substantiam accidens apprehendi non poterit: dilui tur dubitatio, ac pat ratio non est, quia, & si accidentis ratio non sit substantiæ eadem, ea tamen includit substantiam, (retro enim docuimus,) ad accidentis quod quid substantiam attinere, & ideo per substantiam accidens apprehenditur. At rerum sensibilium ratio, nullo pacto ideam, neque itidem eius rationem includit, Nam sensibilium natura est, ut materiam habeat, idea uero eiusque ratio omnem prorsus explodunt materiam, quare, & si accidentis esse ab ea substantiæ aliena sit, quia substantiam in sua ratione includit, per substantiam apprehendi potest. est uero accidens cum suo quod quid subiecto idem, quia secundum subiectum separata non sunt, alioquin, (ut recte monet Auer.) denominatiue de subiecto accidens non prædicaretur, Nam dicitur homo albus, & musicus, quoniam album, & musicus ei insunt, quare ut unde digressa est, redeat oratio, satis apertum sit, ideas ad rerum sensibilium scientiam non pertinere. . E F

De eo quod per se gignitur prima opinio. Cap. 5.

SEd quod neque rerum ortui conferant, nunc aperiendum est, Non enim rerum quæ fiunt formæ, ab eis proxime in materia preparata, dispositaque (ut opinionis fautores testantur) prodeunt, quam rem ita demostramus, quod secundum naturam fit, est compositum, ergo ab idea, ut ab agente proxime non fit, consequētia hæc perspicua est, quoniam generans, & genitum in specie consimilia esse confitentur, atqui genitum cum in sui ratione materiam, atque formam habeat idea uero, quæ generans est, nullam includat materiam, neque formam, quæ per materiam consistat, eiusdem speciei non erunt, quæ ratio ita confirmari potest. Ea, quæ fiunt in eorum ratione materiam claudunt, quandoquidem quod fit ex præexistenti materia fit, quare ab ideis non fiunt, alioquin à consimili in specie non fierent, ideæ enim non sunt rebus, quæ oriuntur, specie consimiles, cum nullam materiam habeant. cæterum, quoniam id ratio accipis, quod complures non ignobiles philosophi minime confitentur, compositum uidelicet per se fieri, Proinde sumptum à nobis ita se habere ostendemus, & ut ueritas magis elucescat, uarię philosophorum erunt referendę opiniones. Nonnulli ex peripateticis, quemadmodum Them. & Auic. qui formas deforis accedere, ac à forma separata produci testantur, aiunt, formā per se & primo gigni, compositū non nisi ob aliud participatione scilicet formæ, quorū multa sunt fundamenta primum est, generatio simplex est ad esse simpliciter, Nam mutatio, ortus est, ex non esse simpliciter, ad esse simpliciter, sed quod uere est, forma est, ut Arist. secundo de anima asserere uidetur, ergo quod per se, atque primo, ortum terminat, forma est, & eius merito compositum. Deinde ortus, & interitus oppositæ sunt mutationes, quare ex oppositis in opposita tendunt, interitus primo est formæ in materia præexistentis, igitur generatio oppositæ formæ, primo erit. Adhuc, compositum ob formam generatur, habitibus enim in materia præsentibus cessat omnis motus, ut primo de ortu docetur, ergo forma per se, & primo generatur, quia propter quod unumquodque tale, & illud magis. Demum id gignitur, quod de potentia ad actum deducitur, nam generans id quod potentia est facit, ut acta sit, atqui forma est quæ de potentia ad actum deducitur; igitur ipsa est, quæ per se oritur. Verum horum sententia ab Arist. aperte 7. diuin. redarguitur, atque prima ratio ita componitur: generans materiam non generat, quare, neque formam, quandoquidem omne quod per se fit, præsupponit aliquid sui, ergo forma sui partem præsupponeret, & ob id neque materia per se fit, & hac ratione Arist. primo phys. usus, materiam primam sempiternam esse, docuit. Rursus omne quod oritur ex materia præsupposita, est compositum, sed omne quod per se fit ex materia præsupposita oritur, quod omne quod per se fit, compositum est, & ita forma non est, quæ primo ortum terminat; Deinceps, si forma per se gigneretur, tunc ex forma fieret, & ita duo sequerentur absurda, quòd abijtio fieret in infinitum in formis & quod ex materia, ac forma esset compositæ G H Vltimo.

formæ

A formæ, consequens ita deducitur, omne quod per se gignitur, ex materia & forma gignitur, hæc enim sunt principia interna rerum, quæ fiunt, quare si forma per se oritur, ex materia, & forma oritur, & ita ex materia, & forma constaret: at cum forma ea; quæ præsupponitur, forma sit, & de non esse ad esse deducatur, per se fieret, & ita alia forma, & alia, quare in infinitum quod natura maxime abhorret, forma itaque per se non orietur. Sed absurdum ad quod ratio deducit, non uidetur, nempe in singularibus in infinitum abire potest. Nam forma quam per se gigni hi testantur, singularis est, ergo absurdum illud non est, diluitur dubitatio, Nam tertio physicorum, demonstratum est, actu infinitum neque secundum molem, neque secundum multitudinem dari, ratio uero actu infinitas formas esse ostendit, quoniam si forma per se oritur, & quòd ita fit, ex forma fit, quæ permanet, & rei generatę pars fit, cum una numero forma fieret, actu infinitę formæ in re forent. Deinde quod fit in alio, non simpliciter fit, forma in alio ut in materia, fit, ergo non simpliciter fit. Rursus, quod per se fit, diuiditur in id ex quo, ut materia, & in id quod, in materia fit, uti forma. Nam hæc sunt interna principia rerum quæ fiunt, atqui forma in has partes non diuiditur ergo per se non fit. Adhæc generatio simplex ea est quæ ad ens simpliciter terminatur, at neque forma, neque materia, Ens simpliciter sunt, sed
B dicuntur entia, quia sunt aliquid entis, sicut retro docuimus, quare neutrum horum simpliciter fit, sed id per se oritur, quod simpliciter est ens, atque per se existit; quod non nisi tertia est substantia. Ad idem unaquęq; res, uti se habet ad esse, ita fit, at forma habet esse in alio, ergo non simpliciter. Tum, quod primo simile generato est, primo fit, primo de ortu, generans generato sibi passum assimilet, sed hoc est compositum, non enim forma ignis generati similis est igni generanti, cum non sit ignis, sed ignis genitus, ergo hic est, qui primo generationem terminat. insuper materia esset pars formæ, quia id quod fit ex aliquo, ut ex materia fit, habet enim materiam, ut partem sui, quia materia in existit ei, quod fit. Oppositæ rationes de facili soluuntur; & prima generatio simplex mutatio est, de non esse simpliciter, ad esse simpliciter, quare id per se generationem finit, quod esse simpliciter habet, at forma non est, hæc enim et si fit, ratio quare compositum esse simpliciter habeat, non tamen est simpliciter ens, cum sit in alio, ut in materia. Diluitur secunda quòd primo & per se corrumpitur, priuatio non est; sed ipsum compositum, quod merito priuationis interit, ita ratio, qua res corrumpitur, est priuatio, hæc enim ex accidenti delétur, ut Arist. 7. Meth. monet. soluitur postrema, quòd id quod 26.27.
primo de potentia ad actum extrahitur, est compositum, forma uero est, id, quo compositum
C extrahitur, quoniam forma ingeneratur, id est, in alio, ideo compositum generatum est, ea uero regula audienda est cum dispositio, utrumque denominat, & causam, & causatum, & huic ob causam conuenit, tunc causæ magis competit. At simpliciter fieri solum composito, & non formæ conueniens est, cum forma non simpliciter generetur, sed ingeneretur, quare regula minime Aristoteli obstat.

Secunda opinio. Cap. 6.

NOnnulli uero, & si cum prioribus conueniant, nam formam per se gigni testantur, ab eis tamen separantur, quoniam hi formas deforis accidere non confitentur, sed ex materiæ gremio esse eductas. Sed ut horum aperta fiat sententia accipere oportet (iuxta hos) duplicem esse formam, altera etenim est totius forma, uti humanitas, altera uero partis forma nuncupatur, quemadmodum anima. Totius uero formæ, altera generatione ab ea compositi gigni non affirmant, quoniam ipsum met compositum totius forma est, At partis forma ea est, quæ per se, & propria generatione gignitur, huic enim formæ duplex esse conuenit, Alte-
D rum quod proprium, & internum ei est, ut pote illud quo est forma, & quo a materia distinguitur, Alterum uero esse ei accidit, quoniam esse totius est, quod dum in toto est forma participat, quod etiam materiæ conuenit. Ex his tres ortus inferunt, primus est formę proprius, ob quem forma, esse sibi proprium accipit, secundus uero compositi est, Tertius uero est materiæ, & formæ, dum enim in composito sunt, esse compositi participant. Consimiliter tres interitus, tribus ortibus correspondentes constituunt. Horum opinio multifariam confirmari pôt, primo unius mutationis ẽ unus per se terminus. atqui Socratis dealbatio est per se una, mutatio ergo eius est unus per se terminus, hic uero terminus, aut Socrates, aut albedo est, non primum dandum est, generationis enim terminus per ortum capit esse, Socrates uero praexistebat. Neque itidem ex Socrate, & albo aggregatum, de albationis terminus per se est, illud enim aggregatum per se unum non est, quare albedo est, quæ per se gignitur. Deinde prius forma habet esse, quam compositum, ergo in eo priori forma genita est per se, & non ad compositi ortum, quoniam ipsum adhuc non est, Nempe in quoque temporis momento compositum factum est, ex aliquibus prioribus est factum, componentia enim & constituentia, priora con-

stituto sempet sunt, quare per generationem compositi proprium esse constitnentia non acci- E
piunt, itaque primo forma genita est, deinceps compositum. Demum id magis genitum est
quod se toto, sui quolibet est factum, quàm id quod nou se toto, & sui quolibet, est produ-
ctum, quod enim alicui adęquate competit, prius quàm rei, cui nou adęquate, conuenit, for-
ma uero se tota producta est, compositum uero non se toto, quoniam materia eius pars existit.
Quare forma est, quæ per se, & primo gignitur. His itaque fuudamentis eorum confirmant
opinionem. Cæterum quouiam duo sunt ab eis tradita, quorum alterum est formam per
se gigni, huius asserti deceptio, ex retro explicatis patere potest. Alterum uero quod esse for-
mæ proprium, diuersum est, ab eo compositi, immo hoc formæ accidit. De hoc itaque secundo
differendum erit, de quo apud philosophos controuersia est. Nonnulli aiunt, esse formæ, atq;
compositi unum, & idem prorsus esse, ita quòd cópositi esse, est formæ in materia esse, quam rem
ita confirmant. Esse compositi, illud est, quod ex formæ cum materia unioue fluit, ex hac enim
unione compositum pullulat, forma uero cum materiæ coniungitur, ipsi, suum comunicat es-
se. Nam sub forma non existit. materia, nisi per esse formæ, ergo esse, quod formæ proprium
est compositi est. Deinde quod habet esse sibi proprium, est ena actu, illud enim esse proprium
habere dicitur, quod existit; sed hoc in actu est, ergo si forma proptium haberet esse, F
in actu ens foret, quare cum materia etiam proprium habeat esse, igitur ex mateeia, & forma per
15.16. se unum non fieret, quemadmodum 8. huiua Arist. docet. Sed hi cum alioa arguunt arguendi
ueniunt, quandoquidem idem prorsus non est formæ, & composiri esse. Ea namque, quorum
alterum in alio existit, alterum uero nequaquam, sed per se subsistens est, idem prorsus esse ha
bere nequeunt, atqui forma in alio, utpote in materia existit, & hoc est eius esse: compositum
uero per se existit, igitur utriusque unum, & idem nou est. Insuper, si eorum idem foret esse,
forma suimet causa existeret, siquidem causa, ideo causa, quia quidquam causat, forma causa
est, ergo aliquid causat, & non nisi compositi esse, quod cum suum proprium sit, igitur suimet
causa erit. Deinceps forma principium per se est, quo compositum est id, quod est, ergo utri
usque idem non est esse; alioquin principium, & quod ex principio fluit, idem foret; forma.n.
definitur quod sit, quod quid erat esse, quod idem sonat, quod principium, quo res est, quem-
admodum ex retro dictis constare potest, igitur formæ & compositi, nou est idem, & uuum es-
se. Ad idem quemadmodum esse materiæ proprium, idem quod compositi esse nou est, mate-
riæ namque esse, in complectnm, & imperfectum est, & idcirco forma indiget; Nam & si ma-
teria aliquam habet existentiã, ea tamen diminuta est, & forma eget, ut perficiatur, quemadmo G
dum in disputationibus de principijs naturæ docuimus. Compositi uero esse completum est,
ergo materiæ, & compositi alterum est esse, ita & esse formæ proprium ab eo compositi diuer-
sum erit, utraque enim interna causa est, atque rei pars: non magia igitur de earum altera esse
proprium affrimandum erit. Et ideirco nos prioribus consentientes, affirmamus horum trium
utpote formæ, materiæ, & compositi esse, ratione alterum & diuersum fore: materia enim esse pro
prium habet omni forma seclusa, alioquin per se principium eorum quæ fiunt non existeret.
66 Arist. primo de phys. aud. priuationem per accidens, principium, materiam uero per se ostẽdens
ita ratiocinatur, uti principia se habẽt, ut sint ita ut sint prĩcipia, priuatio uero per se ẽẽ nõ habet
neque principium per se est, at materia, quoniam esse per se habet, idcirco principium per se esse
coucludit. si enim totum esse a forma materia suscipere, per accidens principium, ueluti
80 priuatio foret, & eodem libro inter priuatiouem, & materiam discrimen largiens, inquit, ma-
teriam esse per se ens, per accidens nou ens, priuatio uero per se ens nou est, sed solum per ac-
cidens, ergo esse proprium materiam habere Arist. affirmat. Verum esse hoc imperfectum est,
& idcirco Arist. materiam definiens, inquit, esse potentiam, quod idem sonat, ut Simplicis secun
2 do de anima mouet, quod substantia imperfecta, quæ à formis est apta perfici, complementum H
enim atque perfectionem postremam à forma suscipit, à forma namque corpus efficitur, nam
& si de incorporea sit materia, potestate tamen, est ut corpus euadat, efficitur uero corpus,
cum formam suscipit. Pari pacto esse suum peculiare forma habet, quod à compositi esse di-
uersum est, esse enim ens est in materia, à qua substentatur, quemadmodum secundo phys. Auer.
docet, materia est causa formæ, quia formam substentat, sed, quoniam dum in materia forma
est, compositum factum est, inde fit quod sine composito nullibi materialis forma existit, &
quoniam ipsa ratio est, per quam fit, & conseruatur compositum: idcirco ea interempta, ip-
sum amplius nou est, quare esse formæ proprium est, ut in materia sit, cuius merito, etiam di-
uidua efficitut, compositi uero esse, est per se subsistere, Nempe ex materiæ, & formæ coniun-
ctione, id, quod per se stat, efficitur, quod tertiam substantiam, & compositum nuncupa-
mus. Et quamuis horum unumquodque proprium esse habeat, solum compositum per se gi-
gnitur, cætera uero ex accidenti: à generante enim ideo materia mouetur, & disponitur, ut ip-
sa corpus tale euadat, quale actu est generans, sed corpus tale non efficitur, nisi forma produ-
catur

A catur, & idcirco generans formam de potentia ad actum deducit, ut corpus tale, quale ipsum est gignatur. Quare si materia, & forma in ortu ob corpus uniuntur, igitur quod generationem terminat per se corpus est, forma uero, per accidens, quoniam compositi aliquid est, quod belle docuit Auer. inquiens, quod id, quod in rei ueritate generatur, materia est, hæc enim est, quæ generationem defert, ipsa etenim est, quæ de potentia ad actum, deq; esse diminuto, ad compositum traducitur, quod uero ortum terminat, & finit, & gratia cuius materia mouetur, corpus est, hoc est materia facta corpus, quæ corpus fieri nequit, nisi formam suscipiat: & propterea forma ratio est, ob quam id quod corpus potentia erat, actu corpus euadat. Sed hæc dubitatione non uacant si materia & forma peculiare esse habent, quare secundum proprium esse ortus non finiuntur. Demum hæc esse diuersa sunt. Qui fieri potest, ut simul in eodem permaneant? Sed dissoluuntur hæc, et quo ad primam pertinet dubitationem, materia secundum peculiare & proprium esse, sempiterna est, quemadmodum primo de phys. aud. Arist. docuit, semper enim materia substantiæ imperfecta est, quæ succesiue, a singulis perficitur formis, quare secundum hoc esse ortum terminare nequit. Neque itidem forma generationem secundū suum esse terminat, quoniam alterius gratia facta est, quoniam propter corpus, quare si ob aliud, ortum

B per se finire non potest. Diluitur secunda, Neque absurdum aliquod contingere putamus, si simul illorum trium existentiæ permaneant, esse enim materiæ proprium, consimiliter & formæ quoniam imperfecta sunt, alterum alterius auxilio eget, quippe materia causa est formæ, quoniam ipsam substentat; & forma materiæ, cum eius sit complementum. & idcirco, quoniam in corpore uno sunt, eorum esse unum numero fit, quamuis ratione alterum; quæ enim idem numero sunt, bifariam dicuntur; alia enim per se idem numero sunt, utpote quorum ratio eadem est, quo pacto esse materiæ & formæ idem numero in corpore non efficitur. quoniam ratio, (ut ex retro dictis constat) alia est. nonnulla idem numero sunt ex accidenti, & hæc sunt, quæ subiecto idem sunt, sicuti albedo, & dulcedo in lacte, idem sunt numero quoniam idem subiecto dicuntur, ac priuatio & materia, ut Arist. primo phys. docet, ita idem numero esse materiæ, & formæ, esse asserimus, quia utraque pars, ob cōpositum & corpus existit in quo sunt, quare idem numero sunt, quia eodem numero subiecto existunt. His ita explicatis, eorum sunt dissoluenda fundamenta, qui aiunt esse formæ, & compositi, unum, & idem prorsus esse. & ut primum diluatur, cum eis confitemur, ex materiæ formæq; concursu, compositum fieri, Verum falsum accipiunt principium cum dicunt, forma dum materiæ unitur, esse suum materiæ

C communicare, quippe, cum materia duo esse habeat, alterum quod sibi conuenit, ut materia est, & est substantia imperfecta, quod esse, formæ esse non est, quoniam secundum hoc esse, materia est apta perfici à formis, atque esse formæ, est perficere, quare suum esse, materiæ non cōmunicat, ad idem, esse formæ, est esse in alio, at esse materiæ, est ut aliorum sit subiectum, ergo forma cum materiæ unitur, esse suum ei non cōmunicat. Opus itaque est, ut dicant, quòd forma dum materiæ unitur, dat esse, quòd si id nelint, perspicuum est, quòd non dat esse, quod materię proprium est, quoniam materia non est materia, per formam, ergo esse, quod materiæ forma dat, est id quod est complementum, quod est esse corporis, quod est per se stare, atque subsistere, quod formæ esse, minime est, cum ipsa non per se stet, sed in alio. Demum si huiusmodi esse, est formæ effectus, ergo non est esse formæ, sed ab illo separatum, & ita prima eorum ratio nulla est, neque secunda, quia, & si materia, & forma esse proprium habent, non tamen entia in actu sunt, id enim ens in actu dicitur, quod esse completum habet, quare cum neutra pars, esse habeat perfectum, nulla earum ens in actu dici potest, Nam fit unum per se, quoniam & si materia suum proprium esse habeat, potentia tamen est, ut compleatur, & perficiatur à forma, quæ eius actus, & perfectio est. Iure igitur unum per se fit. quare, ut unde digressa est o-

D ratio redeat, quanti momenti, hæc opinio sit, ex dictis constat, ad alias opiniones sermonem uertamus.

Tertia opinio. *Cap. 7.*

Aiunt alij, aliquid gigni bifariam intelligi posse, & ut subiectum, & ut terminus; generatio enim & subiecto inest, & termino, Nam hæc utrumque denominat. Verum terminus generationis bipartitum, Alter est, ut quo, Alter, ut quod, dicitur generationis terminus, ut quo, id cuius ratione aliud fit, ut forma est ratio ob quam compositum fit, terminus uero, ut quod, est quod ortum terminat. Ex his multa inferunt, primum quod materia generatur ut eorum uerbis utamur, subiectiue. Nempe in ea generatio est, tamquam in subiecto; quia generationis est subiectum, ipsa igitur subiectiue generatur. Adhuc generatio est actus generabilis, ut generabile, sed generabile est materia, ergo materia subiectiue generatur. quod primo phys. Auer. confirmat, cum dicit quòd id, quod in ueritate generatur, est materia,

ut antem terminus, ut quod generationia, minime materia oritur, Nam id Ita gignitur, quod E
materiam, ut sui partem includit, quare cum materia ut sui partem, materiam non habeat, ita
non oritur, Demum materia est primum subiectum ex quo fit res, cum insit, ergo ingenita
est. secundo asserunt, neque formam gigni, ur subiectum, quia materia, neque in ideni numero
uel specie cum forma coincidit, igitur generationis subiectũ esse nequit, neque forma oritur, ut
quod, Nam quod hunc in modum gignitur, materiam ut sui pariem habet, at forma eam ut sui
partem non claudit, ergo ut quod non oritur, generatnr uero forma ut quo, cum ipsa sit prin
cipium quo compositum fit. postremo aiuut quòd id quod generarur, ut quod, & per se primo
compositum est, quia hoc solam materiam ut sui partem habet, ergo compositum tantum per,
se primo, ut quod, generatur. Verum hæc opinio & à ratione, & ab Arist. dissentit. & uti
sermo uoster apertns fiat, id arguemus formam uidelicet, u t quo non gigni, si enim ita forma
gigneretur, nou per se eius ortua esset, quia id dieitur, ut qno gigni, quod est ratio, per quam
aliud fit, ergo id gratia cuius forma oritur, per se gignitur. Deinde ea actio, quæ aliquid pafsi-
ue non denominat, est in eo, ut in subiecto. ut Aristot. tertio physic. monet, ideo inquit
In termino motus, non est motus ut in subiecto, quoniam non dicitur moueri, ita quod pafsi
ue non denominatur, atqui forma, ut ipsi fatentur à generatione pafsiue denominatur, quia di- F
eitur per se gigui, ergo in ea, ut in subiecto per se ortus erit, quare materia efficitur forma per
se, quod an sit absurdum eorum iudicio relinquitur. Ad idem si forma per se generatur, ergo
generatio ei, cum per se conueniat, aut per se primo modo, aut secundo modo, non primo, quo
niam generatio ad quod quid formæ, non attinet. Nam prædicata primi modi ad quod quid
est, rei pertinent, primo Poster. ergo per se seeundo modo, ortus formæ coueniet, at prædi-
eata secundi modi sunt ea quæ, eum subiecto insint, subiectum, ut causam adæquatam, habent,
quare si generatio prædicatum per se secundi modi respectn formæ esset, forma, cum subiectum
per se ortus esset, causam sui ortus includeret, quod maxime absurdum est, & falsum, quippe
forma neque subiectum esse ualet, neque sui ortus causam includit, quoniam Arist. testatur, ea
sui ortus causam iucludere, quę materiam ut sui partem habent quare materia formę pars tunc
esset. Ab Arist. dissentit opiuio. Namque asseruit solum compositum per se fieri, formam, &
materiam non nisi ex accidenti, at si esset alius modus generationis per se, qui formæ conueni-
ret, ntique illum aperuisset, alioquin diminutus esset, atque nihil contra Platonem haberet.
Nam Plato non negat formam principium esse quo compositum genetatur, quare concedit Pla
to, nt quo formam generari, & compositum, ut quod, quare si Arist. eum atguit, opinio eius G
112 est, formam nullo modo per se gigni, neque ut quo, ueque ut quod, Demum ubiq; 7. diuin.
& primo eœli enm geniti, & ingeniti significata distinguit, semper formæ, esse accidenti ortum
ascribit, & nnnquam per se gigni asseruit, quare signum euidens est, philosophum, hunc per se
generationis modum, non cognouisse.

Quarta opinio. *Cap.* 8.

POsteriotum nonnulli propriam sibi effingant opinionem, aiunt, & formam per se fieri &
compositum, diuersa tamen ratione, nam generatio est mutatio ex non esse ad esse. atqui
esse est duplex, alterum esse existentiæ, alterum esse subsistentiæ, esse existentiæ est quo res
est, actu ens extra nihil, atque eius causam esse subsistentiæ est ena in actu, quo res est extra ni-
hil, & extra causas, nec pars alterius, nec accidens alteri, itaque si generatio spectetur, ut est
ad esse existentiæ ita per se fit forma quoniam forma est quo res est actu ens, & extra nihil, atq;
extra suas causas. si uero generatio consideretur ut terminatur ad esse subsistentiæ ita quod per
se fit compositum est, quia quod uerè subsistit compositum est, quod nullius est accidens, neq; H
alicuius pars est, materia uero, ut subiectnm solum generatur, quare tria sunt quę uere & per se
generantur, materia quidem ut subiectum, forma ut terminus, quatenus generatio ad esse exi-
stentiæ est compositum quoque, ut terminus quatenus generatio est ad esse subsistentiæ. Ve-
rum horum sententia, & si eisdem refelli posit, quibus superiorẽ arguimus opinionem, Nam
qne eadem incõmoda contra hane sequuntur, proprija tamen rationibus ipsam refellemus: atqui
primum id arguimus, enm inquiunt solum materiam, ut subiectum generari formam, ut termi-
num & ad esse existentiæ, hæc enim simul stare non possunt, quippe esse existentiæ, aiunt esse prin
cipium quo res est actu ens & extra nihil, atque eius causas, sed materia est principium quo res
est actu ens, & extra nihil, & causam eius, ergo esse materiæ est esse existentiæ, ergo ad eam, ut
terminus generatio esse potest, ut generatio terminatur ad esse existentiæ, sibi ipsis itaque non
constant, quando solum formam ita gigni dicunt, adhuc, si ut rea se habet ad esse, ita ad gene-
rari, & ideo forma quoniam esse existentiæ habet per se fieri dicitur, igitur cum forma esse in
alio habeat per se & simplieiter fieri non dicetur, ad hæc quod ob aliud fit per se & primo non
gignitur

A gignitur, atqui forma ob aliud fit, quoniam ob compositum, ergo licet esse existentiæ habeat per se, & primo non fit. Demum philosophus inquit ex accidenti formam & materiam fieri, quo igitur pacto materia fit ex accidenti ita & forma, at materia fit ex accidenti ut terminus, quoniam aliquid est eius, quod per se fit, ita forma, ut terminus non nisi ex accidenti fit.

Propria opinio. Cap. 9.

Diuersis philosophantium positis atque reiectis opinionibus, propria nunc est stabilienda sententia. dicimus itaque, quòd id quod per se, & uere fit, non est nisi materia, atque ut nostra perspicua fiat opinio, id in primis accipere oportet, quòd quicquã fieri bifariam dicitur, ut subiectum, & ut terminus, dicitur enim fieri aliquid ut subiectum quod ortus est delatiuum, atque susceptiuum, quippe fieri passionem notat, que rei non nisi ob materiam ascribitur, quandoquidem philosopho teste, ratio formæ est agere, ratio uero materiæ est pati, secundo de ortu, & interritu, atque primo eiusdem, inquit, si caliditas a materia esset separata tantum ageret, & nullo modo pateretur, ergo quod generationem recipit subiectum ortus est, B & fieri subiectiue dicitur, at cuius merito ortus ulterius non progreditur, sed ipsum finis dicitur generationis terminus, atqui ut terminus gignitur, itaque, id quod ortus est subiectum, & ita fieri dicitur uno omnium consensu materia est, hæc enim est quæ generationem defert, atque recipit, Nempe cum generatio non sit, nisi forma diminuta, quæ per partem, post partem completur, formæ partes, non nisi in materia suscipiuntur, ea enim distributio de motu pro forma, & fluxu formæ non solum de motu uera est, ut contra ortum separatur, sed de generatione, ut in disputatione de accretione docuimus, suscipit uero materia generationem, ea ratione, qua formam respicit, est materiæ ratio ut sit substantia imperfecta apta a formis perfici, recipiens itaque formæ partes materia perficitur, atque hoc est, quod Auer. primo phys. monuit, cum dixit, quod in rei ueritate generatur est materia, quare materia, ut forma potentia est, ita dicitur subiectiue generari. Apertum itaque est, quid sit quod ut subiectum generatur. Materia rursus est, quæ ut terminus generatur, Veruntamen materia nõ ut potentia forma ita gigni dicitur, sed quatenus est potẽtia corpus, materia etenim, etsi de se expers sit corporis potentia tamen est corpus, & id fit, quando formam recipit, atque cum forma tota recepta est, facta est actu corpus, quod Arist. & ratione confirmari potest, philosophus enim cum primo phys. cum C diuiditur inquit, quod fieri hoc conuenit materiæ, & non priuationi, sed bene ex hoc, priuationi conuenit, Quare si materia fit hoc, clarum est, quod non fit forma, ergo cum materia dicitur fieri hoc, non fit nisi corpus, & quoniam corpus non est materia facta, nisi formam habeat, idem Arist. inquit, quòd id, quod fit, & factum est, compositum est, idem ratione confirmatur, materia namque dicitur potentia non solum ad formam, uerum etiam ad hoc aliquid ut Arist. primo phys. docet, Nam inquit, quòd subiecta materia scibilis est per analogiam, uidelicet ad materiam, quæ est in rebus arte factis, quemadmodum hæc se habet in arte factis, ita materia in rebus naturalibus, at in artificiosis materia non est forma artis, neque res arte facta, sed potentia ad formam artis & ad arte factum, Verum non dicitur potentia ad formam artis, quoniam fit forma artis, sed ut ipsam suscipit, dicitur potentia ad arte factum, non ut recipiat illud, cum sit corpus, & compositum, ergo ut fiat illud, æs n. est potentia statua, quoniam fit statua, ita in rebus naturalibus materia dicitur potentia forma, quoniam potest suscipere formam, potentia uero dicitur res naturalis, non quoniam recipiat rem naturalem, cum ipsa in alio, ut in materia uel subiecto non sit, sed alia sint in ea, ergo dicitur materia potentia corpus naturale, quoniam fieri potest corpus naturale, fit uero huiusmodi corpus cum formam recipit, D & cum formæ complementum susceperit facta tunc est naturale corpus. Materia igitur, etsi actu, ac ut materia est, corpus non sit, potentia tamen est, ut corpus fiat, & fit, & facta est corpus, cum actu formam claudit, quare cum materia corpus fieri possit, dicimus materiam ortum terminare. Verum non secundum esse suum imperfectum. Nam, ut non semel docuimus, ita sempiterna est, sed quatenus est apta fieri corpus, fit uero, ut est potentia corpus, quoniam quod fit, non est, uti quinto phys. demostratum est. Quare cum materia non sit actu, sed potentia corpus, ut potentia corpus est, fit, at quatenus est corpus facta est generationis terminus sed non fit, neque facta est corpus, nisi per formam, cum enim partes formæ in materia suscipiuntur, cum forma uero suum complementum susceperit, facta est corpus, quare forma est, quo corpus materia est, atque corpus hoc compositum Arist. uocat, quoniam, & materiam hoc est substantiam illam imperfectam, quę rursus apta est, in aliud conuertit corpus, & formam per quam materia facta est corpus tale nuncupat. sed ambiget quis, quid corpus materiæ addit? soluitur; per se existere, & stare, forma enim cui in materia est, facit materiam esse corpus, hoc est per se existere, quare per se existentia, est id quod materiæ adiungitur, per formam, & ideo terminus

terminus generationis primus non eſt, niſi id quod per ſe exiſtit, ſed hæc dubitatione non uacant, E
nam gigni & fieri paſsionem indicant, quæ ratio eſt materiæ, ergo ſola materia eſt, quæ fit,
& non compoſitum. quod idem Ariſt. 5.phyſ. demonſtrat, in termino motionis, neque nt io
ſubiecto, neque ut in agente eſſe motum, quoniam terminus motus neque mouet, neque mo-
uetur, ergo in termino generationis non erit generatio, neque ut in ſuhiecto, neque ut in agen
te, quoniam terminus generationis neque generat, neque generatur. Quare cum huiuſmodi
terminus ſit corpus, ſeu compoſitum, ipſum gigni, denominari non poteſt. quæ res ita confir-
mari poteſt, fieri, & factum ſexto phyſ. ſunt diſtincta, ſed quod factum eſt, corpus eſt, igitur
fieri corpori non competit. Mox ſi materia eſt, quæ ortum finit, igitur materia cum fine in
idem numero coincidere poſſet. Verum hæc ſoluere non eſt difficile, & quo ad primas dubita-
tiones pertinet, quod fit uti docuimus, non eſt ens actu, ſed ſolum potentia, quare corpus,
cum dicitur fieri, actu non eſt, ſed potentia, atqui corpus potentia non eſt, niſi materia, uti
explicatum eſt, ergo eũ fieri corpori aſcribitur, non accipitur, ut actu corpus, quoniam ita fie
ri non denominatur ſimpliciter, niſi ſecundum accidens, utpote album, uel grãmaticum, qua-
re dicere corpus potentia fieri, idem eſt, ac ſi dicatur materia, quæ ab agente mouetur, fit cor-
pus, generans enim diſponens, & materiam mutans, ideo mutat, ut fiat corpus alterum, quale F
ipſum, & ita recte ratio probat, quo generationis terminus ſe habet, ut motionis terminus. Nam
uelut hic neque mouet, neque mouetur, ita generationis terminus, huiuſmodi enim terminus
eſt actu corpus, quod neutro modo denominatur, & ita compoſito & corpori, ut actu eſt fieri
non conuenit, ſed eſſe factum, atque genitum, ut uero potentiæ eſt fieri, & gigni, quippe, quod
fit, non eſt, quod eſt, factum eſt, quare, etſi fieri, & factum eidem corpori conuenire poſsint
non tamen ſecundum eandem rationem. Diluitur poſtrema dubitatio, & dicimus, quòd finis
generationis duplex eſt, alter quo, & hic forma eſt, alter cui, forma enim, ideo per generatio-
nem complementum recepit, ut corpus factum ſit, finis igitur, quo generationis, & forma idem
numero ſunt, etſi alia ratione dicatur forma, & finis, ut ſecundo phyſ. philoſophus docet. Nam
ut eſt, quo generatio terminatur, finis nuncupatur, forma nero, ut quod quid erat eſſe rei eſt,
quare, ut diluatur dubitatio, nunquam finis cum materia coincidit, neque in idem oumero uel
ſpecie, quippe corpus, ut terminus generationis eſt, materia amplius non eſt. Nam, etſi ante
ortum, ut cum potentia erat corpus, materia ſit, completa tamen generatione, quoniam ma-
teria mutata eſt, & corpus euaſit, non eſt amplius materia. Verum, qnoniam non ſolum ſub-
ſtantiæ fiunt, ſed etiam accidentia, in his idem iudicium eſt. Nam non æs, neque figura fit, ſed G
ſtatua, ut philoſophus 7. diui. monet, quod quidem eiſdem conuincitur rationibus, quibus,
oſtendimus corpus, & compoſitum generationis ſimplicis eſſe terminum, & ut in ſubſtantijs
materia eſt, quæ fit, uidelicet corpus, ita in accidentali mutatione ſubiectum fit, utpote album,
quod uero factum eſt, corpus album. Quare tam in ſimplici, quam in generatione quadam,
ſemper compoſitum fit. Quibus ita explicatis, ad noſtrum redeundum eſt, ſi quod fit compoſi-
tum eſt, ideæ igitur ad rerum naturalium ortum, ut agentes cauſæ proxime non proſunt, quan
doquidem, & ſecundum Platonicos, quod fit, à conſimili in ſpecie fit.

An id quod gignitur a conſimili agente in ſpetie efficiatur, opinio prima & ſecunda. Cap. 10.

CAEterum, quoniam proloquium hoc, non ſolum a Platonicis, ſed etiam à philoſophis
peripateticis conceſſum eſt, habetq; ambiguitatem; Iure de eo inquirere iuuat, & rem ag-
gredientes, conſueta uia progrediemur, Nam aliorum placita primum referemus. Non
nulli, ut qui Scoti doctrinam magnifaciunt, primum quibuſdam ſuſceptis, ad quæſitum reſpõdẽt. H
Primnm itaque accipiunt, inter generans, & genitum ſimilitudinem formæ in re exiſtentem ex
quiri. quæ dupplex eſt, Altera formalis, Alteta uirtuális. prima, eſt quando generans in ſe for-
mam habet, quam efficit, ita quòd producti, & producentis forma, ſpecie eadem ſit, quemad-
modum cum homo hominem generat. Altera uero eſt, quando agens uirtute formá habet,
quam producit, quemadmodum ſol in aerem calorem efficit, actu calido ſole non exiſtente,
ſed uirtute, Nempe calefaciendi uirtutem habet. ſecundum, formæ ſimilitudo bipartita eſt, Al-
tera ſecundunm ſpeciem athomam, ut cum homo hominem generat, Altera ſecun-
dum genus propinquum, uti mulus generatur ab equo. tertia diſtinctio, ſimilitudo ſecundum
ſpeciem indiuiduam bipartitur, altera eſt ſecundum formam, & modum eſſendi formæ, uti cum
homo hominem generat, altera eſt in forma, & non in modo exiſtendi formæ, uti faber ligna-
rius producens arcam, habet formam arcæ, in artifice tamẽ eſt ſecundnm eſſe ſpirituale, uerum
in arca ſecundum rem; ex his inferunt quatuor eſſe gradus in generatione uninoca, & ſimilitu-
dine, qui diſtinguuntur ſecundum prefectum & imperfectum, Vnde ea ſimilitudo eſt perfectiſ-
ſima,

A ſima, quum generans & genitum conueninnt in forma, & in modo eſſendi formæ. ſecundus,
qui hanc conſequitur eſt, cum ſimilitudo eſt in forma, & non in modo eſſendi formæ. tertius
eſt cum eſt in forma, non ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum genus propinquum. quartus eſt,
cum non eſt formalis ſed uirtualis. & hæc eſt uniuocatio impropriè dicta ſecundum quid. Ex
his ſoluunt quæſitum quòd omne quod fit a ſibi ſimili fit, ſecundum aliquem gradum ſimilitudi
nis explicatum, & hæc eſt philoſophi opinio, hanc ſententiam ipſi ab Alberto acceperunt duo-
decimo, Diuin. ubi ait, quòd omne quòd fit ab uniuoco fit, uel in forma, uel in uir-
tute. Verum horum ſententia Ariſt. & rationi aduerſatur, Ariſt. quippe, qui aſſerit 7. diuin. 33
ſubſtantiam, & accidens conuenire. Namque uti id, quod fit non eſt forma, ſed compoſitum,
ita in accidentibus quod fit, non eſt forma, ſed compoſitum ex ſubiecto, & accidente, differunt
tamen quia ſubſtantia à ſibi ſimili fit, accidentia interdum à ſimilibus, uti cum calor calorem
generat, interdum non à ſimilibus, ut cum à ſubſtantia producuntur, idem Auer. & Alex. aſ-
ſerunt, ſi modo omne quod fit à ſimili, ut in forma, uel in uirtute fieret, accidentia ſemper à
ſimili fierent, uel in ſpecie, uel in uirtute, tum philoſophus in litera teſtatur quòd ea quæ caſu
fiunt, à ſimili non fiant uti aiunt. ſi itaque inter generans, & genitum, ſufficiens eſſet uniuoca-
B tio, & ſimilitudo ſecundum uirtutem, tunc quæ caſu fiunt, à ſimili fierent, probatur ſequela, quia
id dicitur fieri à ſibi ſimili in uirtute, quod fit ab agente, quod habet uirtutem producendi illud
licet in ſe formam conſimilem actu formæ genitæ non habeat, modo agens a caſu, ſimile eſt
producto in uirtute, Namq; niſi eſſet ſimile, nũquã poſſet id producere, at ſi eſt productum, po-
tuit itaque ab agente produci, quia niſi potuiſſet, nunquam productum fuiſſet, per regulam phi-
loſophi primo prio. quod factũ eſt, poſſibile fuit fieri, alioquin impoſſibile eẽt fieri, quare nũquã
factũ fuiſſet. Agens igitur caſu potens eſt effectum producere, quare uirtute ei ſimile eſt, ad
idem, id ab uniuoco fieri dicitur, quod ſecundum idem nomen, eandemque rationem cum ge-
nerante conuenit, patet, ex definitione uniuocorum, ſed genitum a generante ſecundum uirtu-
tem, neque in nomine, neque in generatione cum eo conuenit, igitur cum ab eo fit, non ab
uniuoco fit, Adhuc ſequeretur, quod generatio æquiuoca, eſſet uniuoca. conſequẽtia probatur,
ex his, quæ ipſi dicunt, in hoc 7. Namque aiunt, quod generatio æquiuoca eſt, cum generans,
& genitum non conueniunt in forma, at generatio, quæ prouenit ab agente ſimiliter ſecundum
uirtutem, fit ab agente, quod cum genito in forma non conuenit, igitur æquiuoca eſt, ex alio
aiunt quod eſt uniuoca, ergo generatio æquiuoca eſt uniuoca, aut hæc cum à tali agente fiunt,
C non fierent ab uniuoco. Præterea ſequeretur, quod ſibi ipſi aduerſaretur, Namque ait, quod
inter uniuocum, & æquiuocum non datur medium, modo ſi eius opinio eſſet uera, utique da-
retur medium, quia ea generatio, quæ eſt, à generante ſimili ſecundum uirtutem, ait, quòd
eſt æquiuoca, ea autem, quæ a generante ſecundum ſpeciem ſimili, eſt, uniuoca. cum itaque
inter has generationes mediet ea, quæ eſt ab agente conſimili ſecundum genus, ſibi ipſi itaque
non conſtaret. quod uero Auerroi aduerſetur, patet, qui duodecimo diuin. ait, hoc effatum, 13
conueniens fieri à conuenienti, eſſe uerum in ſubſtantijs, & non in accidentibus, quod etiam
aſſeruit ſecundo cœli, modo ſi conueniens à conuenienti ſecundum uirtutem fieret, utique ac-
cidentia, à conuenienti fierent. tum 7. diuin. inquit, uerum non eſſe effatum in his, quæ ceſſa- 17
bili generatione generantur, ut orta ſunt ex putri, & ex diuerſis ſecundum ſpeciem, ut mulus qui 28
conſimile generare non poteſt. Philoſophus etiam arguit aduerſus Plat. qui ut genitum à con-
ſimili ſecundum ſpeciem fieret, poſuit ideas. Namque ſibi conueniunt in hoc effato, omne quod
fit à ſimili in ſpecie fieri, ergo quomodo id. Plat. cõcedit, ita et Ariſ. qui Plat. in hoc nõ arguit,
modo Plat. accidẽtiũ id eas nõ poſuit: quoniã hæ entia erãt p ſe exiſtẽtia, ergo Ariſ. cõueniẽs cum
Plat. in effato, accidentia non ponit, à conuenienti fieri, ut ex ipſo 7. diuin. patet. non itaque re- 33
D cta eſt opinio. Neque, defuerunt alii, qui aſſeruere, effatum tantum uerificari in ſubſtantiis &
non in accidentibus, uerum non in omnibus ſubſtantiis, ſed tantum in perfectis, quod adũciunt
ob elementa, quæ, & ab uniuoco, & ab æquiuoco fieri poſſunt, uti ignis, qui ab igne, & à mo-
tu, fieri ſolet. hæc autem ideo ab utroque fiunt, quoniam ſubſtantiæ diminutæ & quodammo-
do mediæ inter ſubſtantiam, & accidens, ut famoſum eſt in doctrina Auer. confirmant hoc ex
Auer. duodecimo Meth. ubi ait in ſubſtantijs, & non accidentibus effatum eſſe uerum, aiunt 18
iſti, quod per ſubſtantias intelligit perfectas, alioquin ſibi ipſi aduerſaretur; quoniam ait, eo-
demmet libro ignem fieri &, ab igne & à motu. At hi, & ueritati, Ariſt. tum aduerſantur Auerroi,
& quod Auerroi aduerſentur primum moſtrabimus; Auer. 12. diuin. arguens Alex. qui aſſeruit
cum ſubſtantias tum accidentia à conuenienti fieri, ut accidentia, ea, quæ arte fiunt, & priuatio-
nes artis nõ ſunt, ait, ꝙ nõ recte ſentit, quoniã nõ opus eſt, ut accidẽtia à cõueniẽti fiãt, ſed ſolæ
ſubſtãtiæ. Neq; gloſema uerum eſt, quod intelligit perfectam ſubſtantiam, alioquin à ſemetipſo
diſſentiret, quippe in 7. diuin. aſſeruit effatum eſſe uerum in his, quæ generatione non ceſſabili 28
fiunt. in his enim quæ generatione ceſſabili ſecus, uti ſunt orta ex putri, hæc modo, ſubſtantiæ

perfectæ sunt, cum eorum formæ mediæ non sint, inter substantiam, & accidens, neque intentionem, & remissionem patiantur. Arist. aduersantur, qui cum Platone huic enunciationi consentit, quòd generans & genitum secundum speciem conuenire debent, atque ob id Plato constituit ideas. Nam cum substantiæ, quæ hic sunt, immediatum principium agendi non sint, quod fit ab accidente fieri non potest, quia à consimili non fieret, ergo opus est idea à qua res fiunt, quæ secundum speciem ab ideato non differunt, modo Plato omnium substantiarũ ideas posuit & non accidentium. igitur uoluit omnem substantiam à consimili fieri secundũ speciem, Arist. uero in hac propositione minime Plat. aduersatur, sed fatetur generans, & genitum in specie conuenire; eius itaque opinio, est effatum in omnibus substantijs uerum esse, Auer. item eodem lib. ait, quòd oẽ genitum generatione non cessabili, à sibi consimili fit, elementa ita se habent. Adhuc philosophus ibi aperiens quòd generans, & genitum secundum speciem conuenire debeant, dubitauit tantum de mulo, si modo elementa à consimili non fierent, de illis etiam dubitasset, & magis si Auer. præstanda est fides, eodemmet libro: Nempe Plato ex igne occasionem accepit, ut ideas constitueret, quia, hic genitus ignis, aut ab alio igne, aut a calore, aut à forma separata fit non ab altero igne, quoniam substantia non est principium inmediatũ agendi, neque a calore, quoniam tunc à cõsimili non fieret, ergo ab idea ignis. si itaque ignis à consimili non fieret, præcipue de eo philosophus dubitasset, ut Platonis rationes solueret, item 12. diuin. philosophus ait; quod omnis substantia fit ab uniuoco, quod etiam testatur Auer. ibidem, cuius hæc sunt uerba; omnis enim substantia fit, a conueniente in nomine, & definitione. Demum esse prædicatum pluribus conueniens, & uni non per aliud necesse est, ut per naturam communem conueniat, atqui substantijs perfectis, & imperfectis, a consimili fieri conuenit, etenim quandoq; elementa à consimili in specie fiunt, & his non per substantias perfectas hoc conuenit, ergo per naturam cõmunem, quoniam naturalia corpora sunt, neque ratio soluitur quod ex accidenti à consimili fiant, quia tunc ignis ignem per accidens generaret, atque raro, Nam quæ ex accidenti conueniunt, raro conueniunt.

Opinio propria. Cap. XI.

Svnt & aliæ positiones, uerum quia uanæ sunt, ideo silentio prætereundæ. superest modo, ut quid ipsi sentimus, aperiamus, sed ut disputatio manifestior fiat, nonnulla, ut bases erunt accipienda. Eã, quæ fiunt, alia natura, alia arte, alia uero casu. quæ natura oriuntur, ea esse dicuntur, quæ ui naturalis agentis in lucem prodeunt, & nihil impedit, ut Simplicius 2. phys. monet, si dicatur ea esse, quorum generationis terminus natura est, nam quæ secundum naturam oriuntur per se & primo à consimili in specie athoma fiunt, uti docebimus, & quia utrumque & terminus, atque agens natura est, nihil refert, siue ab agente, siue à termino denominatio fiat, atque in his, quæ ab arte conficiuntur, non contingit, quandoquidem faciens, & factum omnino consimilia in specie athoma minime habent & ideo a termino generatio artificiosa nomen non sortitur, ut Arist. 2. phys. monuit. Arte uero fiunt, quorum causa effectrix ars est, casu, & fortuna ea fiunt, quæ raro, & præter agentis intentionem eueniunt, ut satis secundo phys. declaratum est, quare in singulis, quæ fiunt inquirendum erit, an quod fit, à consimili fiat, ac exordiemur ab his quæ natura fiunt. Horum alia primo, & per se fiunt, ut quæ secundum agentis intentionem generantur, & quorum gratia agens primo suas actiones exercet, uti homo genitus per se, & primo ab agente homine productus est, Namque agens æternitatem cupiens, quoniam ita Deo persimile fit, ut philosophus 2. de anima docet, alterum qualem ipsum generare intendit, ac nisi sit impeditum, semper illud gignet, quare quæ à consimili in specie agente fiunt, primo, & per se secundum naturam fiunt. Alia per se & primo ab agente non fiunt, uti omnia illa, quæ in eorum ortu impediẽs habuere, ut in muli generatione, impediuntur enim generantia, quæ eiusdem speciei non sunt, quippe horum utrumque, etsi secundum primam intentionem consimile in specie athoma generare appetant, cum fieri non posit, oritur quoddam, quod, & si in specie athoma non sit consimile, in genere tamen propinquo consimile est. Ex his ueritas aperitur quæ in his duobus dictis consistit, quorum unum est quòd ea quæ fiunt secundum naturam per se & primo semper à consimili in specie efficiuntur, quod ratione atque inductione in singulis quæ natura fiunt planum fieri potest, omne agens, quicquid operatur idcircò agit ut alterum quale ipsum producat, quemadmodum primo de ortu Arist. monuit, & causa est, ea quæ oriuntur secundũ numerum sempiterna esse non possunt, secundum speciem æternitatem sunt adepta. atqui ita deo optimo maximo persimillima fiunt, idcirco generans ob id gignit, ut quale ipsum est producat, quare ea quæ primo secundum naturam oriuntur a consimili in specie athoma efficiuntur. Deinceps agens in principio cum patienti sit contrariũ ipsum in cõtrariũ mutat, nam omnis mutatio ut ex physicis constat, in contrarium fit ergo

agens

A agens si aliquid nō obstiterit sui simile patiēs uertit, quod Aris. primo de ortu docuit, asserēs agēs ideo agere ut sibi simile passum efficiat. quod inductione planum fieri potest, calidum enim si id quod actu frigidum est mutat, ipsum actu calidum reddit, ita de amaro, dulci, anque cæteris, constat. quare recte à nobis dictum est, ea quæ per se primo oriuntur, ab agente in specie athoma cōsimili fieri, idē de elementis iudicium est, etenim terra, aqua, ignis, atque aer quando per se primo fiunt, non nisi à consimili in specie fieri possunt. par iudicium de mixtis est, siue anima uacent siue eam includant, uniuersa enim hæc cum per se & primo fiunt, non possunt nisi a consimili in specie athoma gigni. At uero quæ secundum naturam nō primo efficiūtur hæc, à consimili in specie athoma non gignuntur, sed ab eo, quod secundum genus propinquum persimile est. quod ita demonstrari potest. docuimus retro generans si quidquam non obstiterit, simile, in specie athoma gignere, ergo si patiens in sui simile non mutat, quatenus fieri potest illud sibi assimilabit, quare cum generationes ordinatæ fiant, in id primo passum mutabit, quod post speciem athomā succedit, siquidem transitus nullus fit de extremo ad extremum absque medio, hoc uero genus propinquum est, igitur illud sui simile secundum genus propinquum efficiet ut Arist. 7. methæ. de mulo dubitationem diluens, monet, inquit enim illud ea, simili B secundum genus propinquum gigni, nempe parentes secundum eorum primam intentionem cō similia in specie athoma producere expetunt, quod cum fieri nequeat, quoniam parentes specie seiuncti sunt, quæ genitum assimilant secundum id quod primo post speciem succedit, quod genus propinquum est, quare in his quæ secundum naturam fiunt, non secundum primam intentionem exacta uniuocatio postulanda non est, ut idem Arist. eodem lib. testatur.

31

Dubitationes diluuntur. Cap. 12.

VErum multa sunt, quæ nobis obstare uidentur: atque primum, sunt etenim nonnulla quæ per se primo à natura non fiunt, quæ à consimili secundum genus propinquum non gignuntur, quemadmodum cum ignis a motu uel a radio fit, hæc enim igni secundum genus propinquum simillima non sunt, sunt enim accidentia. Deinde mixta imperfecta, cum oriuntur ueluti grando, pruina & cætera, quæ aquæ naturam sapiunt, necnon & ea quę ignis a prędominio sunt secundum naturam fiunt, a consimili secundum speciem uel genus proximum non efficiuntur. aqua enim ut Arist. primo Meth. docet a frigido ortum trahunt. ignea uero ab C aere orbiculariter lato. Deinceps uapor qui secundum dominium aer est, conflatur ex aqua & aere, magis tamen ex aere. exhalatio rursus quæ terræ & ignis miscella est, licet magis ignis, a calore cælesti fiunt, qui, genitis neque secundum speciem, neque secundum genus proximum similis est. Insuper neque mixta perfecta uita carentia, quemadmodum uniuersalia utpote aurum, argentum & cætera. hæc enim in terræ uisceribus orta neque a simili secundum speciem, neque secundum genus propinquum oriuntur. Demum animalia ex putri materia orta, quoniam, a cælesti calore ortum trahunt, neque a consimili secundum speciem neque secundum genus proximum fiunt, ergo non recte a nobis dictum est quæ secundum naturam fiunt à consimili aut secundum speciem, aut secundum genus proximum fieri. Hæc itaque sunt quæ dubitationem faciunt, quæ dissoluenda sunt, & quoad partem de elementis dubitationem attinet qui dam asseruere in elementorum ortu, uniuocationem secundum genus propinquum uel speciem athomam perquirendam non esse, quippe elementa, cum media sint, inter substantiam & antecedens accidentis quodammodo naturam sapiunt, & ita ab uniuoco ei ab æquiuoco ueluti antecedentia gigni possunt, ignis itaque et ab igne, & a motu atque a radio commode produci potest. sed horum sententia uana est, si enim ignis a motu & a radio ut a principali agente produci D posset, ignis genitus alium ignem gignere non posset. Arist. n. 3. de animalium ortu, de apum generatione disputans, inquit, causam esse quare ex apibus non fiunt apes sed fuci, quoniam ex diuersis secundum speciem sunt apes producti, & cuius generans diuersum specie est a genito, genitum non nisi specie diuersum producere potest, quare cum motus uel radius agentia sint ab igne producto specie separata, igitur ignis genitus secundum speciem consimilem ignem non producet. Ad idem generanti & genito est idem secundum speciem generandi modus, ergo si ignis genitus, ab igne eius speciei ortus esset, ergo ignis generans ab alio igne genitus fuisset, alioquin genito & gignenti idem generationis modus secundum speciem non esset, quemadmodum primo de animalium ortu Ar. monet. quo fundamento Arist. animalia ex putri orta consimilia in specie gignere non posse ostendit, propterea quod geniti & generantis idem est gignendi modus, quod etiam docuit in eius operis secundo quando docet genitum quod a generante specie diuersa ortum est non posse nisi spetie diuersum generare. quod Auer. primo libro eius operis accipit, dubium contra se soluens, nēpe eundem specie effectum a pluribus generantibus spetie secretis gigni posse uidet, uti aurum ab arte, & a natura. soluit & negat aurum a na- Ca. Vlt. Cap. 1. Cap. 4. & 5.

tura, & ab arte productum eius speciei esse, nam & si alterum alteri in quibusdam antecedēti- B
bus persimile, q̄ sit in substantia tameo & natura separatur, nō recte quæ ab his dictum est, ignem
& abigne, & a motu posse gigni, quare alio modo dubia soluenda sunt. Dicimus itaque ignem
a motu, ac a solis radijs, non ut a principe causa produci, sed ab his, ut a disponente causa, natu-
ra motus atque luminis flexio aerem præparant, atque disponunt, ut igniatur, latio quippe ue-
lox in corpore apto igniti caloris effectrix est; & causa est, quoniam corpus quod calefieri est
idoneum disgregat atque rarefacit, siquidem sua uelocitate corporis partes distrahit, ut Arist.
2. de ortu testatur, namque uelocitate sui motus, est conterens aerem, atque disgregans, hu-
iusmodi corpus ob lationis uelocitatem in multa distrahitur, quàm secundum suam naturam est
aptum distrahi, atqui subtiliatio, & rarefactio caloris & ignis sunt dispositiones, ignitur uero
a corporibus, quæ se mutuo feriuot, Nempe cum illa mixta sint, actu ignem in se habent quam
uis remissum. per ignem igitur quem in se habent, cui dispositiones productæ satis fauēt, aer igni-
tur, atque idem numero agens est, quod disponit, & ignem producit, quia corpus quod ferit
per lationem dispooit per ignem quem in se habet, atque aerem proximum in ignē uertit. Idem
iudicium de radio est, natura specie aerem disponit ut a corpore terso a quo facta est luminis fle-
xio, igniatur, lucidus nanque aer ioflectitur, conteritur, moueturq;, quæ omnia maxime ae- F
rem preparant, ut igniatur, ignitur uero a corpore terso, atque lucido per ignem, quem in se
habet quare siue per lationem, siue per radiorum flexionem, ignis producatur semper ab igoe fit.
Ad secundum eodem modo respondemus quod grando, pruina, & huiusmodi generis cætera, quæ
ex uapore sursum lato fiunt a consimili in specie fiunt. Diuus Thom. & alij complures opinan-
tur, uaporem secundum substantiam, aquam esse, & non nisi secundum antecedentia, & quali-
tates esse uariatum, qui mox a frigido, secundæ regionis aeris proprias suscipit qualitates. quip-
pe aer frigidus calorem corrumpir, atque uaporem constipat, & ita secundum suam substantiam,
& qualitates aqua euadit, quare secundum hos oulla secundum substantiam fit mutatio, sed sola
in accideotibus. At qui coofitentur elementa secundum qualitates non posse mutari, quin se-
cundum substantiam non mutentur, secus respondent, quorum numero & nos sumus. Dicimus
itaque oos, uaporem mixtum corpus esse, ex aere, & aqua, neque in eo aqua omniuo corrupta
est quamuis in eo aer dominetur, & cum in secundam aeris fertur plagam, quæ non alget uti
omnes uno ore confitentur, sed in sua naturali dispositione manet, natura calida est, atque fri-
gidum in uapore intus existens ob cootrarij undique iuxta positiooem, suas unit partes, ac con
densat, & ita aqua est facta, uerum de ortu uaporis dubitatio est, Nam si ipse aqua, & aer est, a G
quo aer geoitus est, non a consimili est ortus, quoniam à cælesti calore. Diluitur, quia ab ae-
re calore cælesti affecto, quippe aer hic aquas calefacit, atque eo rarefiunt, & leues fiunt, quo-
niam cælesti calore affectus est, ut uero aer est eam aquæ portionem io aerem mutat, quare aer
in uapore existens non nisi ab ambiente aere producitur. De ignitis impresionibus facilior est
solutio, exhalationes enim igniuntur, ab aere supremæ regionis, qui ea ratione, qua uelociter
circum fertur, exhalationem ignit, quippe ipse est potius ignis quā aer, feruet, atque hipocauma
est, inquit philosophus, ergo ab igne ignis fit. At de exhalationis ortu est ambiguitas, quia ip-
sa est ignis, & terra. Ad hoc dicimus, quòd ipsa quoque à consimili fit, non secundum speciem
athomam, sed secundum genus propinquum, Namque aer ex calore cælesti effectus in terram
operans, eam calefacit, rarefacit, atque leuem reddit, & expetit in sui naturam illam uertere,
quod minime fieri potest, quia esset opus, ut terræ siccitas tollatur, quæ haud expellitur, cum
ipsius humidum, illius siccitatem non uincat, quia aer huiusmodi non sincerus, & purus est, er-
go illud producit elementum, quod fieri potest, at ei persimile est, quod non est nisi ignis, qui
in exhalatione includitur, exhalatio itaque quo ad ignis partem, à consimili secūdum proximum
genus fit. Ad id uero quod deinceps obijcitur de mineralibus, idem iudicium esse profitemur, H
huiusmodi enim mixta ex duabus constant partibus, utpote, ex materia & forma, uerum eorum
materia non simplex, sed mixta est, quæ bipartita est, Altera enim lutus, altera uero luteus nun-
cupatur, est uero lutus terræ, & aquæ permixtio, uerum terræ uis in eo magis dominatur, suc-
cus autem, aquæ, & terræ est permixtio, sed magis aquæ, Nam succus non nisi aqua terræ im-
bibita est, quemadmodum lutus terra à prædominio aquæ comixta. Ex luto itaque tenaci, uti
ex materia, lapides oriuntur. Altera uero pars forma est, quæ ut mixtum constituat, agente in-
diget, quod dupplex existit, Nempe alterum principale, alterum uero instrumeotale, quod se-
cuodum sapientum consensum calidū & frigidum est, quemadmodum 4. Meteo. Arist. monet,
in lapidis ortu calidum, hoc enim exsiccando, tenacem lutum conglutinat, propterea quod, illę
humoris partes, quæ in lapidem conuerti non erant aptæ, resolutæ sunt, itaque per continuam
deioceps caloris actionem, lutus magis siccus euadit atque magis constipatur, quare calidum
est agens, ut instrumentum. Verum de his lapidibus sermo nunc est, qui liquescere nequeunt,
quippe qui liquescunt, ex succo, ut ex materia, & a frigido, ut ab agente instrumentali efficiūtur.

A In materia ita affecta, dicimus à frigido, uel calido formam gigni, non propria nirtute, quoniam
accidentia ipsa sunt, & substantiam producere nequeunt, quare aut eiusdem perfectionis acci-
dens & subltantia essent, uel aceidens, substantia nobilius foret. Nempe agens præcipum genito,
aut uniuocum, aut æquiuocum est: si uniuocum eiusdem erit perfectionis, & dignitatis, si æqui
uocum genito præstantius esset, quare propria uirtute miatorum formas calidum, & frigidum
non efficient, quare, ut alterius agentis instrumenta sunt. Sed de hoc agente dubitatio, & lis
apud philosophos est, quidam enim aiunt, cælum esse, quod minime uerum est, quoniam cau
sa uniuersalis cælum est, quæ sine causa secunda, quidquam non operatnr: alin igitur agente par-
ticulari præter cælum, miata egent, si gignenda sunt. Et iecirco alij aiunt, esse uirtutẽ minera
lẽ, hæc enim est, quæ mineralia producit. Sed neque hi recte sentiunt, Nam ab his inquirimua
sit ne substantia, uel accidens uirtus hæc. atqui accidens non est, alioquin substantia, ab acci-
dente produceretur. si uero substantia est, non erit materia, quoniam eius ratio pati est, & non
agere, quare erit forma non tamen abiuncta, & separata, ergo alicuis corporis forma, quare cor-
pus hoc uniuersa mineralia per suam formam gigneret, quod purum figmentum est, quippe, ut
eadem ratione aduersus hos utamur, huiusmodi agens aut genito uniuncum est, quare aurum
B non nisi aurum generabit, & ita de singulis dicendum. si uero æquiuocum, ergo omnibus mine-
ralibus perfectius erit, quod non apparet, cum hæc inter uita carentia perfectissima mixta sint.
Ridiculum uero est, uitam huiusmodi corpus claudetet putare. & iecirco nos dicimus calidum,
& frigidum quę instrumenta sunt cum uaria diuersaque mineralia efficinnt, non nisi in gignen-
tium uirtute, quæ eiusdem speciei sunt cum genitis, producunt, quare aurum non nisi ab auro,
& argentum & cætera non nisi a consimilibus in specie producuntur. Quod alchimistarum si-
gno comprobari potest, qui arte aurum gignere expetentes, in ea multarum rerum miscella, au-
rum semper permiscent, quod iusta ratione factum est, Nempe ea quæ miscentut, idcirco mi
scentur, ut materiam præparent, aque afficiant, quæ eum disposita est, mox aurũ aurũ produ-
cit, mineralia itaque, consimilibus in specie oriuntur. Postremam dubitationem nonnulli ita
soluunt; asserunt enim, quæ ea putri materia orta sunt, secundum naturam non gigni, sed casu,
quoniam præter agentis intentionem fiunt, qnippe cælestis calor uniuersalis causæ instrumẽtum
est, quare non magis horum animalium, quàm rerum omnium, quæ fiunt causa effectria erit,
quare casu fiunt, & idcirco opus non est, ut a consimilibus in spetie oriantur. Sed hi ab Arist.
dissentiunt, qui tertio de animalinm ortn, quoniam de huiusmodi animalium generatione lo-
C quitur, casu hæc fieri non confitetur. Deinde nt eorum utamur argumẽto, quæ pręter intentio
nem agentis nõ fiunt, casu orta nõ sunt, atqui animalia hæc præter agentis, utpote caloris cælestia
intentionem non sunt orta, nam etsi cælestis calor in se spectetur, omnibus effectibus produ-
cendis cooperetur, ut tamen definitæ materiæ putridæ promiscetur, non nisi certi, & definiti
animalia causa esse ualet, utpote, si uino corrupto permisceatur, non nisi muscillones generabit,
consimiliter si carni uaccinæ putridæ fuerit comiatus, uespes procreabit, (quemadmodũ Them.
& Auer. testantur) quare alio pacto dubitatio uenit soluenda, quemadmodum ipsemet Arist. 7.
diuin. & secundo de anima docet, ea enim, secundum naturam facta, ab uniuoco ortum tra- 34
hunt, quæcunque perfecta sunt, neque mutilam, neque spontaneam generationẽ habent, hæc si
à consimilibus in specie fiunt ergo ipsa quoque consimilia in specie generabunt, quoniam gene-
rantis, & genito, idem est secundum speciem generationis modua, quare cum hæc animalia,
quemadmodum primo de animalium ortn docet Arilt. consimilia in specie efficere non possint,
neque ipsa ab uniuoco facta sunt. quod Auer. confirmat 7. huius, quoniam inquit ea ab uniuoco 28
fieri quæ non cessabili generantirone fiunt, at ea quæ sponte oriuntur, cessabilem habent genera-
tionem, ut idem Auer. 8. phys. testatur, quare in his animalibus non est affirmandum ipsa ab uni 47
uoco fieri, sed res magis inferius aperta fiet, quando de ortis ea putri disputabimus. Cæterum,
D quoniam generantia suis utuntur instrumentis, ut ipsis consimile ædificium constituant, quem-
admodum elementa per suas qualitates, ita & mixtum unum quodque, idciteo explicandum est
an res, quæ natura constant, quando ab huiusmodi agentibns instrumentibus fiunt, dicantur
quodammodo à consimili gigni. sed hoc dissoluit Arist. in hoc settimo & confitetur hæc quo- 31
quomodo ab uniuoco fieri, Verum non ab uniuoco actu, siquidem actu alterius speciei est, &
forsan generis, sed ab uniuoco secundum potestatem oriuntur, instrumenta etenim non mouent
nisi ab agente principali mota eatiterint, quare cum motum suscipiant, secundum hunc mou ent
cuius merito potestate genito simillima sunt, Nempe potestate illud habent, quod generanti si-
mile secundum speciem exiltit, quemadmodum semen, homo potentia est, & penes hoc ab agen
te principali separantur, hoc, actu genito persimile est, & ab eo instrumentum, uim, & motum
suscipiens genito potentia simile efficitur. Quare quomodo, quæ secundum naturam oriun-
tur, à consimilibus fiant, satis constat.

 E

Si quæ per artem fiunt ab uniuoco oriantur. *Cap.* 13.

SEd an quæ arte procreantur à consimili fiant, perquirendum est. nonnulli asseruere, quæ ar-
te perficiuntur a consimili in specie fieri, nempe horum agens est per cognitionem, atque
in eo rei producendæ similitudo est, quæ ratio est, ut artificiosa ei simillima fiant, sicuti do-
mus ad extra, ex domo in mente artificis fit, idea illa, ac ratio eiusdem speciei est, cum re artifi-
ciosa, Verum omnino ei similis non est, Nam etsi in se similitudo considerata, eiusdem speciei
sit, cum re arte effecta, separatur tamen ab illa, in modo existendi formæ: imago enim in artifi-
cis animo esse spiritale habet, at res quæ extra est, materiale, insuper illa in mente hæc uero in re,
& extra esse habet, quare, & si in forma simillima sint, in modo tamen essendi forma seiuncta
sunt. At horum opinio dubia est, quæ eiusdem speciei sunt quod uni per se conuenit, & alteri,
atqui forma, quæ in re esse habet, contrarium habet, quæ uero in anima secus, ergo eiusdem spe
ciei non sunt. Ad hæc quæ eiusdem speciei sunt eundem existendi modum habent, Namque in
forma conueniunt, quæ principium primum est, quo res existit, quare si similitudo, & res arti-
ficiosa in specie conueniunt, & forma, eundem existendi modum habebunt. quod cum uerum F
non sit, (ut ipsi concedunt) non itaque in forma conueniunt. Ad idem si arte constantia à simi
li secundum formam fierent, ergo simpliciter à consimili in specie, res etenim à forma simplici-
29 ter denominantur, a materia non nisi secundum quid, ut Arist. 7. Meth. docet, sed quæ arte con
stant, secundum Arist. simpliciter à consimili in specie, non fiunt, nisi quodammodo, & secun
dum partem (ut eodem opere constat) à consimili in specie fiunt. Dissentiunt itaque ab Arist.
Nos uero, ab his, quæ ab Arist. dicuntur, non recedentes, dicimus, quæ arte conficiuntur quo
dammodo, & non simpliciter à consimili in specie fieri, Nam effigies, quæ in artificis animo re
sidet eiusdem speciei cum re arte facta non est; quandoquidem effigies secundum subiectum non
est, nisi anima, ipsa, ab ea ratione secreta (quemadmodum in disputationibus de anima sentien-
te docuimus.) Insuper contrarium non habet, neque materiam claudit, atqui, his, quæ secun-
dum artem sunt opposita insunt, eiusdem itaque speciei esse nequeunt, igitur arte facta simplici-
23.29 ter à consimili in specie non fiunt, sed ut inquit Arist. 7. diuin. in parte, & quodammodo, Nem
pe effigies res artificiosa non est, sed refert, repræsentatq; rem artificiosam quæ construenda est,
quare quatenus rem arte conficiendam refert, dicitur repræsentatiue similis, & ita quodammodo
& in parte non simpliciter similis, Nam hoc fieri nequit, cum similitudo, & id cuius est, si in no G
mine conuenire possint, in ratione tamen substantiæ secundum id nomen, non consentiunt, ut
Arist. monuit in aditu prædicamētorū cū de æquiuocis disputat, Nam inquit, animal pictum, &
uerum, quamuis in nomine conueniant, in ratione tamen nequaquam. At animal pictum simi-
tudo est animalis, igitur effigies, & id cuius est, in nomine tantum conueniunt, Nominis uero
cōmunicatio, æquiuocum facit, ueluti nominis, & rationis cōmunio, uniuocum, quare effigies
rei artificiosæ cum re arte facta in nomine tantum consentiunt, non in ratione, ergo cum ab illo
simulacro fieri dicimus simpliciter ab æquiuoco fiunt, si uero ab uniuoco, & consimili in specie,
non nisi secundum similitudinem, quatenus rem conficiendam refert. hinc eorum apertus fit
error, qui, ut res à consimili in specie fieret, ideas statuere, aperta mendacia proferunt, quan-
doquidem cum idea, similitudo, & exemplar rei faciendæ sit, ei uniuoca esse nequit, quemadmo
dum docuimus.

An ea, quæ casu, & fortuna fiunt ab uniuoco fiant. *Cap.* 14.

CAEterum, quoniam in his, quæ tum natura, tum arte conficiuntur, quędam casu, et for- H
tuna fiunt, proinde explicandum est, an hæc cum fiunt ab uniuoco ortum trahant. Vni-
uersi fere, pari consensu asserunt, quæ casu orta sunt, ab uniuoco non fieri, cum raro, &
28 præter naturæ intentionem fiant. quam rem ex Arist. confirmant, qui 7. diuin. cum de muli oc
tu loquitur, inquit quòd proinde ab uniuoco non fit mulus, quoniam præter naturam fit. ue-
rum isti in apertissimo sunt errore, cum asserunt omnes effectus casu ortos ab uniuoco non fieri.
Nam dissentiunt à ueritate, & ab Arist. cum monstra, ut Arist. secundo phys. & alibi, casu fiant
quæ speciem generantis non transgrediuntur, ut eodem opere docet, monstra ab uniuoco fiunt.
Ad hæc generans in animalibus, ut in pluribus agens est, quod pro maiori parte facit effectum,
omnino sibi similem, quare pro minori parte effectum producit, qui omnino sibi similis non est,
propterea quòd peccat, aut in excessu, aut in defectu, quare effectus genitus species similis est
generanti, quamuis deficiat, aut abundet, & ideo res secus se habet. Dicimus Nos quòd cum
in his, quæ secundum naturam fiunt quædam sint, quæ casu fiunt, atque horum alia substantię
sunt, ut monstra, alia sunt accidentia, substantiæ casu factæ cum in lucem ueniunt, à consimili

A in ſpecie, uel in genere propinquò fiunt, quæ res exemplis aperta fieri poteſt. cum enim in hominis ortu peccatum fit, hoc non eſt, niſi, quoniam effectus, uel abundat, utpote cum duo capita habet, aut ſex digitos, uel quia deficit, effectus itaque genitus in ſpecie generanti eſt ſimilis, conſimiliter peccata accidere poſſunt, in mulorum ortu, & in his, quæ à parentibus conſimilibus ſecundum ſpeciem non fiunt, quia aut ſecundum exceſſum aut defectum fiunt, quare huiuſmodi effectus, & ſi ſecundum ſpeciem athomam perſimiles non ſint, ſecundum tamen genus propinquum, non eſt negandum. atque hæc manifeſta ſunt ex philoſopho ſub finem 2. phyſ. igitur ſubſtantiæ, à caſu ortæ, in his, quæ natura fiunt, à conſimili uniuoco fiunt, Verum, quæ ſunt accidentia caſu genita, non eſt neceeſſe ab uniuoco ſemper fieri, neque ſecundum genus propinquum, neque ſecundum ſpeciem, quippe ita in his accidentibus res ſe haber, uti in his, quæ recto ordine fiunt. Ad hæc ab uniuoco, & æquinoco fieri poſſunt, ut philoſophus 7. Meth. 31
teſtatur. accidentia itaque caſu facta ab uniuoco, & æquiuoco fieri poſſunt, atque huius rei quam plures cauſæ aſsignari poſſunt, & prima eſt, quod dat formam dat conſequētia formam, at accidētia, quæ ſubſtātialia ſunt, formam neceſſario conſequuntur, igitur à generante, cum huiuſmodi accidentia fiunt, a conſimili neque ſecundum ſpeciem, neque ſecundum genus propinquum
B fiunt. ſecunda cauſa eſt, forma, quæ eſt rei perfectio, & actus, eſt cauſa effectrix eorū omnium quæ per ſe rei conueniunr, ſicut Ariſt. 2. de anima docet, ergo accidentia à forma rei, quæ ſub 37
ſtantia eſt, interdum producuntur. iure itaque Ariſt. ait, accidentia, & ab uniuoco, & ab æquiuoco fieri. quæ cum aperta ſint, An quæ fortuna fiunt, ab uniuoco fiant inquirendum erit. Namque philoſophus monuit, quod uti in his quæ natura oriuntur, quędam caſu fiunt, ita in his quæ arte fiunt, quædam ſunt, quæ fortuna fiunt, iure igitur perquirere iuuat, an hæc quoque cum oriuntur, à conſimili generentur. Verum quæſiti ueritas ex his quæ paulo ſuperius docuimus clara efficitur, ea enim, quæ arte conſtant non ſunt niſi accidentia, quare, quæ fortuna oriuntur accidentia erunt, uniuerſa uero accidentia & ab uniuoco, & ab æquiuoco fieri poſſe retro oſtendimus, quare quæ fortuna oriuntur, non ſemper ab uniuoco, ſed ab æquiuoco agente fieri ualent.

Si in omnibus, Quæ natura fiunt, ſint ea quæ caſu gignuntur. Cap. 15.

C CAEterum duo perquirere iuuat, quorum alterum eſt, an in cunctis, quæ natura oriuntur, ſint ea, quæ caſu gignuntur. Alterum uero dubium, num uniuerſa, quæ arte oriuntur, fortuna generari poſsint. Sed quo ad primum pertinet dubium ipſius ſolutio ab Ariſt. ha- 31
betur, qui 7. huius, his uerbis dubium diluit, Quæcumque autem à caſu, ibi fit, quorumcunq; materia poteſt à ſe ipſa moueri, hoc motu quo ſperma mouet, quorumcunque uero, non ea impoſsibilia ſunt, fieri aliter quam ex ipſis. & particula 29. inquit, Dubitauerit autem non iniuria quiſpiam, cur quædam fiunt & arte, atque etiam caſu ut ſanitas, quædam non fiunt, ut domus. Cauſa uero eſt ex eo, quia materia quæ generationis eſt. principa, ut efficiatur, & fiat aliquid eorum, quæ ab arte proficiſcuntur, in qua pars eſt aliqua rei, alia talis eſt, ut à ſe ipſa moueatur. alia talis non eſt, & huius alia hoc modo moueri poteſt, alia non poteſt, complura namq; moueri quidem à ſeipſis poſſunt, at non hoc pacto, uelut ſaltare. Quorum igitur talis eſt materia ue lapides, impoſsibile eſt ſic moueri, niſi ab alio, ſic tamen & ignis profecto, ideo alia non erunt ſine eo qui artem habet, alia autem erunt, nam ab his mouebuntur, qui quidem non habent artem, poſſunt autem ipſa, aut ab alijs non habentibus artem aut ex parte moueri. Ex his itaque conſtat ueluti artificioſam, ita naturalem materiam, bipartitam eſſe. Namque altera eſt, in qua rei fiendæ pars eſt, quemadmodum in materia ex qua ſanitas fit, naturalis calor eſt, qui rei fien-
D dæ pars exiſtit, utpote ſanitatis, & in his caſus poteſt: per hujuſmodi enim partem materiam à ſe ipſa ad opus perficiendum moueri poteſt. Eſt, & aliquorum materia, in qua rei gignendæ pars incluſa non eſt, & hæc natura tantum, & non caſu producuntur. Verum hæc ſunt exactius explicanda. atqui primum aperiemus, quid Ariſt. intelligat, quando inquit, in quorundam, quæ fit, materia, eſſe rei producendæ partem. Nonnulli fuere, qui aſſeruere, per huiuſmodi partem Ariſt. intelligere materiæ aptitudinem. Nam non ex omni materia quodlibet eſt gigni aptum, ſed ex definita, determinataque, quemadmodum in arte factis, ſecuris non ex omni materia, ſed ex ferro ſolum efficitur, quoniam aptitudo in ferro ſolum reperitur, utpote durities, quæ ferrum aptum reddit. Sed hi multifariam hallucinantur, Nam ſi materiam cum aptitudine Ariſt. intelligeret, efficeretur, ut caſui uniuerſa naturalia eſſent ſubiecta, quippe res naturales, non contingenter, & temere, ex omni materia efficiuntur, ſed ex definita, quæ apta eſt certam ſuſcipere formam. Deinde Ariſt. inquit huiuſmodi materiam ex ſe ſine motore externo moueri poſſe, atqui materia apta, motore externo indiget, quare non materiæ aptitudinem intelligit, mox aptitudo materiæ accidens eſt, ut ipſi teſtantur, accidens uero rei naturalis, quæ

fit pars non exiſtit, ergo fieri nequit, nomine partis rei fiendæ, ut materiæ aptitudinem audiat. E
Et idcirco nos ab Alex. & Auer. non recedentes per hanc partem, aſſerimus, cauſam effectricem, atque uirtutem gignendi rem Ariſt. intelligere, hæc enim materia quoniam in ſe uim productiuam habet, ſine extrinſeco, & ſingulari agente, ad rem producendam moueri poteſt, & ut res extrinſeco apta reddatur, uirile ſemen, cum monſtruoſæ fæmellæ materiæ permiſcetur, interdum materia hæc, pro aliqua parte producenda, utpote ad caput, uel ad digitum gignendum abundat, itaque hæc materiæ portio per uirtutem formatiuam, quam in ſe habet ſine extrinſeco mouente ad aliud caput, uel digitum producendum mouetur, & per materiam non eam, quæ rei pars eſt intelligit, ſed mutationis, ſeu alterationis materiam: hæc enim, quando uim per mutandi in ſe claudit abſque mouente extrinſeco per uirtutem, quam in ſe habet mutatur & mouetur ut inde res producatur. quare quorum materia alterationis, uim effectricem habet hæc, quoniam ex ſe moueri poteſt, talia caſui ſubiecta ſunt. At ea quorum materia huiuſmodi cauſam non habet, ex ſe moueri non poteſt. quare, quæ ex ea fiunt caſui ſubiecta non ſunt, quemadmodum ex ligno fit ignis, lignum mutationis materia in ſe agentem cauſam non habet, utpote ignem, ad eundem producendum ex ſe non mouetur, ſed forinſeco agente utpote igne actu exiſtente in diget. Sed dubia explicatio noſtra uidetur, quoniam agens cauſa rei gignendæ pars non eſt, F
ergo materiæ nomine, quæ uim productiuam habet, non intelligit, ſed diſſoluitur dubitatio, nam, etſi agens rei gignendæ per ſe pars non ſit, ex accidenti rei producendæ pars fieri poteſt, quamuis nunquam pars rei factæ, cum reſpectu rei factæ ſemper loco, & ſubiecto ſeparetur, rei enim productæ materia, & forma ſolum partes exiſtunt, & nunquam cauſa generans: at reſpectu rei producendæ effectrix cauſa ex accidenti rei pars fieri poteſt, quippe res quæ fit, cum eſt in
85 eo à quo, tum in eo ad quod, quemadmodum 6. phyſ. Ariſt. docet, quando ſophiſtarum cauillum ſoluit, inquit enim; id quod fit, cum eſſe in eo a quo, tum in eo, ad quod, quare cum res dum fit, partim fit in eo à quo, partim in eo ad quod, id a quo alterationis materia eſt, quæ cum uim agētē claudat igitur ex accidenti effectrix cauſa rei producēdæ efficitur pars, per ſe enim fieri nequit, Nam quæ per ſe inſunt ſemper inſunt primo Poſt. Quare ſi per ſe uirtus effectrix rei gignendæ pars exiſtat, ſemper illius foret. quod aperte abſurdum eſt. Ex his itaque conſtat, quæ ex natura ortis caſui ſint ſubiecta, quæ uero non.

Si omnia Quæ arte fiunt, fortuna produci poſſint. Cap. 16. G

AT nunc alterum dubium diluendum eſt, ſi quæ arte fiunt, hæc eadem fortuna produci poſsint. Sed in eius ſolutione non ſunt conſentientes peripatetici. Alex. primo top. quem Io. Gram. 2. Poſt. inſequitur, arbitratur, quod nō omnia quæ arte fiunt, fortunę ſint ſubiecta, aſſeritq; artes bipartiri, quædam ſunt coniecturales, quædam effectiuæ, quæ ita ſeiunguntur, quòd opus artiū coniecturalium à fortuna, et ab arte fieri poteſt, quare eiuſmodi artes fortunæ ſubijciuntur, quorum numero, eſt ars medica, ars nauigandi, & conſimiles. namque ſanitas, & arte & fortuna fieri poteſt, artes uero effectiuæ, fortunæ non ſubijciuntur, quoniam earum opus fieri à fortuna nequit, uti ars ædificandi, fortunæ non eſt ſubiecta, quoniam domus, eius opus arte tantum fit, & nunquam fortuna. cuius ſententiæ Ariſt. 2. Poſt. eſſe uidentur, ait ibi quòd ſunt nonnulla, quæ tantum à mente fiunt, uidelicet ab arte, & non à fortuna, ut domus & effigies, quædam uero & ab arte, & à fortuna fiunt, ut ſanitas, & ſalus. quare ex his planum habetur, quod nonnullæ artes fortunæ non ſunt ſubiectæ. ſed quis ambigeret, cur coniecturales artes fortunæ ſubijciuntur, ſoluit Alex. quod cauſa eſt quoniam eiuſmodi artes nō utūtur certis, & definitis uijs, ſed incertis, & proinde fortunæ ſæpe ſæpius ſubijciuntur. uerum hæc Alex. opinio uidetur dubia, primo quia ea artium diuiſio uera non eſt, ſecundo, quia fieri H
non poteſt, ut ſint nonnullæ artes, quæ fortunæ non ſint ſubiectæ, omnis namque ars fortunæ
4 ſubijcitur, quod artis diuinatio uera non ſit, ex his monſtrari poteſt. Philoſophus 6. moral. ait, quòd ea quæ aliter ſe haberi poſſunt, nonnulla cadunt ſub effectionem, nonnulla uero ſub actionem, artes uero omnes aſſerit ex his eſſe habitus cum recta ratione effectiuos, quare omnes artes effectiuas eſſe concludit, aliquæ itaque non ſunt, quæ effectiuę haud ſint. ex quibus apparet alterum non eſſe uerum, uidelicet artes coniecturales non uti certis, & definitis medijs, ſed incertis, atque dubijs, Nam hoc artis definitionem euertit, à philoſopho ibi traditam, cum dicit, quod ars eſt habitus cum recta ratione effectiuus, & cum artes coniecturales artes ſint, omnes igitur cum recta ratione agunt, non enim poteſt eſſe recta ratio niſi ſit certa, certis itaque, & definitis uijs artes coniecturales utuntur. At oſtendamus modo uniuerſas artes fortunæ ſubiectas eſſe, ea, quæ poſſunt eſſe, & non eſſe, impediri poſſunt non eſſe, ſed omnes artes uerſantur circa ea, quæ poſſunt eſſe, & non eſſe, ut 6. moral. philoſophus his uerbis declarat, Eorum
« autem, quæ aliter ſe habere poſſunt, eſt & aliquid, quod ſub effectionem, & aliquid, quod
ſub

A ſub actionem cadit , diuerſa nero ſunt effectio & actio . De his ipſis , & externis ſermonibus cre
dimus , quare , & habitus , qui cum ratione actiuus indiuerſus eſt ab eo habitu , qui cum ratione
eſt effectiuus , neque alterum ab altero continetur , neque enim effectio actus eſt , neque actus
effectio . ex quibus patet habitus eum actiuos , tum effectiuos circa ea uerſari,quæ eſſe,& non eſ-
ſe poſſunt . quare cum ars ſit habitus cum ratione effectiuus , ut conſtat , eorum erit , qnæ aliter
ſe haberi poſſunt , quare quæ impediri poſſunt eſſe,ergo in his fortuna poteſt , Nam in his fortu-
na eſt , quæ poſſunt eſſe , & non eſſe. Sed circa ea quæ eſſe , & nou eſſe poſſunt atque impediri
ars eſt, ergo ubi ars,ibi fortuna . idē eodem lib. philoſophus authoritate Agathonis confirmat,
qui circa eadem uerſari artem , & fortunam monuit,ars inquiens, fortunam adamauit . idem Eu-
ſtrat. fatetur , quare fieri nequit , ut ſint nonnullę artes , quæ fortunæ ſubiectæ non ſint , nam ſi-
qua ars daretur in qnam fortuna non poſſet , fieret , ut non omnis ars eorum eſſet , quæ eſſe poſ-
ſunt & non eſſe . Vniuerſa itaque ars ſiue coniecturalis ſiue effectiua dicatur fortunæ eſt ſuibecta.
Eſt ſecunda opinio , nonnulli aiunt , omnia , quæ arte fiunt , etiam fortuna fieri , nempe ars non
eſt , niſi eorum , quæ eſſe , & non eſſe poſſunt , atqui horum eſt fortuna,ergo quorum eſt ars,eo-
rum etiam fortuna eſt . Verum hi ab Ariſt. diſſentire uidentur qui 7. diuin. dubitationem mo- 29
B uens inquit, Dubitabit autem aliquis , quare alia fiunt arte , & à caſu , alia autem non ut domus ,
ecce quòd in dubitatione accipit aliqua , quæ arte fiunt,ut domus fortuna non fieri, quod etiam
ſupponit ſolutio , quæ his habetur uerbis , Cauſa uero eſt ex eo, quia materia , quæ generationis
eſt particeps nt efficiatur , & fiat aliquid eorum , quæ arte proficiſcuntur , in qua pars eſt aliqua
rei , alia tal is eſt, ut à ſe ipſa moueatur , alia talis non eſt , & huius alia , hoc modo moueri poteſt
alia non poteſt , complura quidem moueri à ſe ipſis poſſunt , at non hoc pacto , ueluti ſaltare .
Quare ex his conſtat ea cum arte , tum fortuna fieri , quorum materia talis eſt , ut a ſe ipſa moue-
ri poſsit , & ea eſt in qua eſt pars rei fiendæ . quorum uero materia , ita non ſe habet , arte ſolum
conficiuntur , non fortuna. Atque uerba ſequentia hoc oſtendunt , & hæc ſunt, Quorum igitur
talis eſt materia , ut lapides, impoſsibile eſt ſic moueri , niſi ab alio , ſic tamen , & ignis profecto,
ideo alia non erunt ſine eo,qui artem habet,alia autem erunt, Nam ab his mouebuntur, qui qui-
dem artem non habent , poſſunt autem ipſa aut ab alijs non habentibus artem , aut ex parte mo-
ueri , quæ ab eodem philoſopho paulo poſt repetuntur . quæcumque autem à caſu ibi fit, quo- 31
runcunque materia , poteſt à ſe ipſa moueri , hoc motu , quo ſperma mouetur , quorumcum-
que nero non ea impoſsibilia ſunt fieri aliter , quàm ex ipſis , aperte igitur ab Ariſtot. diſſentit
C opinio .

Propria opinio. Cap. 17.

NOs uero dicimus , quod ſi utraque opinio recte intelligatur , fortaſſe ab Ariſt. non diſſentit . & ut res conſtet , ſciendū , multum intereſſe , aſſerere opus arte factum , fortuna poſſe produci , & hoc ipſum à fortuna impediri poſſe. ſi enim primum inſequamur ſenſum, ita prima opinio Ariſt. conſentit , quippe non omnia artis opera , à fortuna gigni poſſunt , quemadmodum Ariſt. inquit , nunquam tamen fortuna facta eſt , domus , conſimiliter pingendi arte elaboratum opus nunquam à fortuna fiet , quare ſi quæratur , an omnia quæ arte oriuntur, hæc eadem à fortuna produci poſsint , ita dicendū eſt , non omnia , ſed ea ſolum , quorum materia talis eſt , ut à ſe ipſa , ad opus perficiendum moueri poſsit , quemadmodum ſanitas arte , & caſu produci poteſt , quoniam in ſanitatis materia pars eſt , ob quam ad ſanitatem procreandā moueri poteſt, etenim calorem naturalem continet , qui interdum ſine arte ſanitatem cauſat : ergo ea arte & fortuna fiunt , quorum talis materia eſt , quæ poteſt ſe ipſa moueri , at , quæ hanc non
D habent materiam , ut à ſe ipſa moueatur , per artem ſolum , & nunquam per fortunam , producuntur , ueloti domus , cuius materia lapides ſunt , qui ſine eo qui artem habet , nunquam ad domum producendam mouentur . At ſi quæramus num quæ arte fiunt , fortunæ ſubiecta ſint , ita quòd , etſi ab ea produci nequeant , impediri tamen per ipſam poſsint , ne fiant , Re ita intellecta , uniuerſa artis opera , aſſerimus fortunæ ſubiecta eſſe , & ab ea impediri poſſe, domus enim arte conſtructa , ętſi à fortuna nequeat produci , ei tamen ſubijcitur , quatenus , ne fiat , impediri poteſt , utpote , ſiquis pro domo conſtruenda fundamentum iaciat , terræ tremor contingat fundamentum rueret , & domus nunquam fiet . Ex his uaria , diuerſaque Ariſt. loca , quæ pugnantia uidentur , conciliantur , 6. enim moral. uniuerſas artes fortunæ ſubiectas eſſe , confitetur , at 7. huius , contrariam uidetur tueri ſententiam . Hæc loca ex dictis conciliantur , omnes etenim artes fortunæ ſubijciuntur , uerum inter artes diſcrimen eſt, nonnullæ enim ita ſe habent quòd earum opus arte , & fortuna fieri poteſt,ut quorum materia à ſe moueri poteſt , quorum uero operum materia talis non eſt , ſolum arte fiunt , ſunt uero aliæ artes quarum opera , etſi à fortuna nunquam fiant , ei tamen ſubijciuntur , nam ne fiant impediri ualent, quare , etſi domus

&

& statua fortuna non efficiantur, ei tamen subijciuntur, cum impediri posit, quare uniuersaris opera, iuxta explicata, fortunæ subiecta dicuntur. E

Si à separatis mentibus in sublunarem mundum proxime quidquam produci possit, Prima opinio. Cap. 18.

HVcusque ad scientiam, pariter ad ortum formas, quas ideas nuncupant, non conferre, docuimus, at nunc, ut omnis tollatur ambiguitas, inquirendum erit, num in mundum hunc sublunarem, quidquam proxime ab abiunctis mentibus gigni ualeat, uerum quoniam philosophi inter se consentientes non sunt, diuersa eorum placita, primum referemus. Quidam, quemadmodum Scotus, formam à materia abiunctā proximum generationis principium esse posse, fuere arbitrati. Et ut opinio aperta reddatur, illam in quatuor dicta perstringemus, atque primum est, forma separata, quæ omnes formas uitales, atque animas producit, Deus est, quod hac ratione confirmat, quærens, quando anima cuiusdam animalis, ut puta equi, producta est, uel à uirtute in semine, aut à cælo anima à forma separata, non à seminis uirtute, nam momento, quo anima oritur, neq; semen, neq; eius uirtus est, cū pereat, quare effectus sine causa effectrice erit. rursus nullum perfectius ab imperfectiori produci potest, animal genitum semine perfectius est, ab eo ergo produci non potest. non enim semen uirtute generantis animalis opus complere potest, quoniam contingit animal non esse, atqui uirtute eius quod non est, nullum ens agere potest. Demum generantis uirtus, & semen ex accidenti ordinata sunt, quare ortus fieri potest neutro illorum concurrente. Neque à cælo producitur anima, cum causa sit uniuersalis. tertium igitur dandum est, à Deo proxime animas esse productas. secundum, eorum dictum est in omni ortu, quoniam agens disponens materiam concurrit, hoc agens cælum est, quod per calorem, quem lumine & motu producit materiam mouet, atque disponit, ut animas suscipere posit. Quod ita probant, huiusmodi enim alterationis principium semen esse nequit cum sit uniforme, quare à difforme alterare nequit. Deinde ad sui interitum ageret, dum enim alteratur corrumpitur, quare ad cælum recurrendum est, quemadmodum Auer. de ortis ex putri asseruit. Cælum itaque est quod per calorem, organorum diuersitatem effingit, atque corpus præparat, ut animam suscipiat. Tertium est, quod etsi abiuncta forma animas producit, has tamen non creat, si Arist. assentiendum est, est enim animarum productio non creatio, sed inductio, Nam creatio est alicuius productio, nulla eius parte præsupposita, anima uero aliquid præsupponit utpote materiam, iure non creatur. sed quis ab his quærere posset. Arist. negat huiusmodi formas esse causas ortus effectrices. soluunt Arist. non simpliciter negare, has formas ad generationem non esse perneccessarias. Tollit enim Arist. ideas quæ particulares formæ erant, quæ iuxta numerum specierum, eorum, quæ fiunt, erant secundum Platonem multiplicatæ. confitetur uero esse unicam separatam formam dandam, ueluti diuinam mentem, quæ omnes animas efficere potest. Quartum est cæteræ formæ ab agentibus particularibus sunt productæ, uti ignis ab igne, aqua ab aqua, quod probatione indigere non putant. Hæc isti secundum Arist. sentiunt, quorum sententia à ratione, & ab Arist. aliena est. F G

Arguitur opinio, atque ostenditur idem esse agens disponens, & formam producens. Cap. 19.

SEd hi primum illud euertunt proloquium, quod peripatetici confitentur. proloquium uero tale est, agens quod materiam præparat, & disponit, idem non esse, cum eo quod formam producit: iuxta hos proloquium hoc tollitur: nempe Deus est animarum effectrix causa, cælum uero disponens. Cæterum quoniam latinorum quidam de effato dubitarunt, idcirco, ut ueritas elucescat eorum sententias referre decreuimus. Nonnulli itaque asseruere, agens disponens, diuersum esse ab eo quod substantiæ formas producit, formæ enim desoris accedunt, quoniam uel à mundi anima, & colchodea, ut Auic. Placuit, aut ab ideis, uel ut isti fingunt à Deo, agentia uero, quæ materiam mouent, agentia, quæ apud nos sunt, quæ proximæ formas substantiæ principia producendi esse nequeunt, quare ad agentia separata recurrere oportet, alio quin rerum tolleretur generatio. Hos arguit Auer. 7. huius, & prima ratio ita componi potest si agens, quod materiam mouet alterum esset, ab eo quod formam producit, illud accideret absurdum, subiectum & suam formam esse duo entia in actu, quare ex materia & forma per se unum non fieret. Sed quo pacto hoc sequatur, lis, & controuersia est, apud Auerroistas. eorum quidam aiunt idcirco sequi, quoniam cuiusque agentis actio ad ens actu terminatur, quare disponentis actio, cum ad subiectum finiatur, ergo subiectum eius in actu erit, consimiliter producētis actus, cū ad formam terminetur, quare forma erit ens actu. Verum probatio hæc H

31 iuxta

A iuxta Auerois placita nulla est, quoniam Auer. opinatur, eodem temporis momento, disponen
tis motum terminare, & formam substantiæ esse productam, quoniam secundum Auerroem, ge-
neratio momento fit, quare utriusque agentis actus ad compositum finitur. Alij uero ita id,
quod consequitur ostendunt, iuxta Auerroim, subiectum nullum esse habet, nisi per formam, in-
super actio agentis quemadmodum Arist. docet, ad formam sine materia non terminatur, quo-
niam forma quæ producitur, non nisi in materia esse habet, consimiliter, neque ad materiam
siue forma terminatur, ex his id quod consequitur, deducunt. si agentia hæc diuersa essent, ergo
disponentis actio, cum ad subiectum finiatur, ergo ad subiectum cum forma quod ens actu est,
consimiliter gignentis actio, quando ad formam finitur, non nisi ad formam cum subiecto,
quod ens actu est, quare subiectum, & sua forma erunt duo entia in actu. Sed uana est quomo
documque componatur ratio, quippe alteratio, quæ disponentis motus est. Ad id ens actu ter
minatur, quod corrumpendum est, quod eo momento, quo alterationis complementum ha-
bet, corrumpi exorditur, & oppositum produci, etenim generatio, & interitus tempore ef-
ficiuntur, quemadmodum in disputatione de accretione docuimus, quare absurdum nullum con
tingit, si utriusque agentis actio, ad diuersa in actu entia terminetur: etenim alterantis actio, ad
B id quod corrumpendum est, finitur, ad id uero, quod factum est, gignentis actus terminatur.
Secunda Auer. ratio est, si hæc essent agentia diuersa, idem ens in actu, utpote compositum, à
duobus agentibus fieret. quæ quidem ratio, neque ualida est, quoniam absurdum nullum uide-
tur, ut a duobus agentibus, quorum alterum disponat, alterum formam efficiat, idem actu
existens pendeat. tertia ratio, si quod formam producit, non disponeret, hoc quidem agens cum
forma separata sit, ergo quando formas producit, non dependeret à materia, siquidem formæ,
quæ à materia in agendo pendent, abiunctæ non sunt, sed materiæ immersæ, & ita formæ genitæ
à materia separatæ essent, nam omne quod fit à consimili secundum speciem, uel secundum ge
nus proximum gignitur. Sed ratio hæc à quibusdam molestari consueuit, etenim quodcunque
agens, excepto primo, materiam, in quam suum exercet actum supponit, & tamen datur ali-
quid agens, præter primum, quod separatum est, quare recte dictum non est, nullum agens se-
paratum in agendo à materia dependere. Insuper non recte dicitur, agens secundum totum es-
se, effectui persimile, quippe Deus materiam, et formam, atque compositum producit & ta-
men nulli eorum persimilis est. Iam uero, quicquid potest uirtus inferior, potest & superior
præstantiori modo, sed agens naturale, quod inferius est, formam, et compositum producere
C ualet, ergo magis agens abiunctum hæc efficiet. Demum cæli motus à forma separata produ-
citur, & tamen subiectum supponit, ergo agens separatum cum agit à subiecto dependere po-
test. Sed hi multifariam peccant, & primo quoniam eorum rationes uanæ sunt, nam si omne
agens præter primum in agendo requirit materiam, nos percuutamur, cum duæ actiones sepa-
ratis mentibus à peripateticis ascribantur, uidelicet intelligere, & in girum mouere, si materiam
requirunt, uel quo ad primam actionem, uel quo ad secundam non quo ad primam, quia illa est
substantia operantis, si quo ad secundam, pariter, & prima intelligentia subiectum, & mate-
riam requirit, quoniam prima mouet in girum & cum motus absque subiecto esse nequeat, nam
est eius actus, igitur & prima, cum operatur materiam requirit. uerum forte quis pro his dicet,
quòd dicitur prima non indigere materia, cum agit, quoniam creat, atqui creatio soli Deo con
uenit, sed hoc non est peripatetice dictum, etenim peripatetici creationem, & nouam, & æter-
nam penitus tollunt, sicuti in sequenti disputatione demonstrabitur, neque dicendum quòd cum
Deus ad rerum productionem concurrit, materiam non perquirat, nempe antea docuimus,
cum Deus ipsius esse, sit causa effectrix, materiã perquirere, quare nulla est prima ratio, neque
in alia ratione recte accipiunt, cũ dicunt, opus non esse, causam effectricẽ esse toti effectui persimi
D lem, Arist. enim & Platoni contradicunt, cum hæc fatentur, Nam uterque a consimili uel se-
cundum speciem athomam, uel secundum genus propinquum uniuersa, quæ natura fiunt, fieri
asserit, quare si non est opus, ut agens sit effectui consimile, ruit utriusque fundamentum. insu-
per si Deus materiam, formam, & compositum producit, aut hæc productio est generatio aut
creatio, si primum, cum illa, materiam supponat, igitur Deus in agendo materiam supponit,
neque secundum cum peripatetici philosophi creationem minime concedant, ruit adhuc eorum
ratio, sed quidquid potest uirtus inferior potest & superior; si hæc nunciatio esset uera, illud
contingeret absurdum, quòd ignis non calefaceret, neque aqua humectaret, quia in sempiter-
nis non differt esse a posse. si itaque uirtus superior, uti Deus, potest sine igne calefacere, actu
calefacit, & semper sine igne. postrema demum nulla est, quippe omne quod fit, ita fit, uti est
aptum fieri, & sicut est aptum fieri, ita fit, cum entia, quæ ortui subijciuntur, sint apta ex ma-
teria fieri, cum fiunt, semper ita fiunt; ergo siue à forma in materia, siue à forma abstractæ fiant
semper ita, ut, ex materia fient. quare separatæ formæ etsi in aliqua actione à materia nullo pa-
cto pendeant, uti cum intelligunt, cum tamen motum producunt, subiecto egent, quoniam
motus

motus abſque ſubiecto fieri nequit, non tamen ab eo intelligentia pendet, quoniam ſat eſt, ut E
13 huius aliquod opus à materia non pendeat, ſicut Ariſt. de ui intellectiua primo de anima docuit
cum inquit, ſi eſt aliquod opus proprium, contingit ipſum ſeparari, quare ait, ſi habet a liquod
opus & non inquit, omnia opera oportere eſſe ſeparata, ita ſat eſt, ut mentium intellectio ab-
iuncta ſit, & neceſſe non eſt, ut altera earum operatio ut motus ſit ſempiterna, at de re hac, in
alia diſputatione ſatis dicemus, quo ad Auer. rationem pertinet, dicimus non ſequi ex his, quæ
ab his dicuntur, ac dicimus, ea ratione nolle probare idem eſſe agens diſponens, & inducens for
mam, ſed quod forma per ſe non fit, nam ſi forma per ſe fieret, aliquid eius præexiſteret, quo-
niam ex omni eo quod per ſe fit, aliquid præexiſtit, atque docuit boc eſſe materiam, quare uel
forma, materiam, ut ſui partem ſupponeret, quod cum fieri nequeat, remanet, quod ſi forma
13 fit, ſine materia fiat, quod etiam Auer. docuit 12. diuin. cum dicit, ſi forma fit, creatur, quo-
niam aliquid, quod eſt pars eius non ſupponit. Quare in generatione non eſſet opus materia, &
ſubiecto, nam hæc ratio reprehendi nequit, niſi quod ab Ariſt. demonſtratum eſt, negetur. Qua
re ut unde diſſeſsit redeat oratio, cum Auerrois rationes nullę ſint, opus eſt explicare, ſi quæ ſint
quæ propoſitum oſtendant. Nos hanc rem demonſtrandam ita aggredimur, ſi hæc agentia di-
uerſa forent, quod fieret, à conſimili, neque ſecundum ſpeciem, neque ſecundum genus pro- F
pinquum fieret, nempe producens formam, eſt forma ſeparata, quæ neque idem ſecundum ſpe
ciem, neque ſecundum genus, propinquum ſunt, quoniam genitum, & ſempiternum differunt
genere, & pluſquam genere, uti docebimus. Deinde, quod largitur, id quod neceſſario, & ne-
xu quodam eſſentiali antecedit formam, dat formam, at agens diſponens dat id, quod neceſſa-
rio antecedit formam, quoniam diſpoſitiones dat, ſine quibus non poteſt ſuſcipi forma, ergo
dat eam. Verum, quia difficultas tota in prima eſt propoſitione, idcirco ea eſt probanda, nam
ſi diſponens non daret formam, aur hoc eſt, quia difficile eſt formã producere, aut quia ſibi re-
pugnat, non primum, quoniam tota mutationis difficultas ex contrarietate cauſatur, nam te-
24 ſte Ariſt. 2. de ortu, in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus, igitur in quibus non eſt ſim-
bolum, ſed contrarietas, tranſitus eſt difficilis. At inter qualitates, quas diſponens producit,
eſt uera cõtrarietas, inter ſubſtantiæ uero formas nequaquã, ergo difficilius eſt qualitates efficere
quam ſubſtantiæ formas, ergo ſi diſpoſitiones ſubſtantiæ, formam facilius producere poteſt,
neque ſecundum dari poteſt, atque primum ex eorum bypoteſi oſtendi poteſt, quidquid poteſt
uirtus inferior, poteſt, & ſuperior, & magis, ergo ſi agens apud nos, poteſt diſponere, ergo &
agens ſupremum, utpote forma abiuncta, ſed cum in ęternis non differat eſſe a poſſe, ergo ſi ma G
teriam mouere poteſt, ergo diſponit, & cum hæc formam producat, uti ipſi aiunt iuxta eos, er-
go idem eſt agens diſponens & formam producens, quod ſeparata forma eſt. Verum quoniam
ratio ex conceſsis eſt, nunc ſimpliciter demonſtranda eſt, quod poteſt in media, quæ nexu eſſen
tiali ſunt ad finem ordinata, poteſt in finem, at agens diſponens, poteſt in media, quæ eſſentia-
liter ad finem ſunt ordinata, quoniam diſpoſitiones producit, quibus productis neceſſario for-
ma gignitur, quæ eius gratia productæ ſunt, ergo poteſt in finem, qui forma eſt, quare neceſ-
ſario conſequitur idem eſſe agens quod diſponit, & ſubſtantiæ formam producit. Demum
ab Ariſt. diſſentiunt, Ariſt. enim inquit, omne quod fit ab agente conſimili, ait ſecundum ſpe
ciem aut ſecundum genus propinquum fieri, & docuit huiuſmodi agens eſſe aput nos, quare ſi
huiuſmodi agens tantum diſponeret, ergo quæ ab eo ortum ſuum trahunt, non â conſimili in
ſpecie, uel in genere propinquo efficerentur, aperte, igitur ab Ariſt. diſſentiunt. Demum ut
aduerſus opinionem, ſermonem conuertamus, ſi ſubſtantiæ formæ a Deo producerẽtur, ergo
creantur, conſequens apud peripateticos, abſurdum eſt, quod ita probatur, nulla enim alia ratio
ne ab his anima intelligens creari debet, niſi, quia licet agens naturale diſponat materiam, for-
mam tamen non attingit, neque ipſam ex materiæ gremio producit, ſed a Deo optimo maximo H
in materia recte affecta producitur, conſimiliter ſi agens naturale non attingit animam eius, quod
ex ſemine efficitur ſed tantum diſponit, & Deus animam producit, ergo illam creat. Deinceps
30 ut ab Ariſt. 12. huius demonſtrationem accipimus, qua oſtendit primum omnium mouens eſſe
puriſsimum actum; ita ratiocinatur, primum mouens ſemper mouet, ergo eſt puriſsimus actus,
nam ſi non ſemper moueret, eſſet potentia, eadem nos utimur ratione, Deus huiuſmodi ani-
Ariſt. ratio. mas producit, ergo ſemper producit. Nam ſi ſemper non efficeret, potentia eſſet. Inſuper agens
quod ad uarios, diuerſoſque effectus producendos indifferrens eſt, ſi eorum aliquem magis ef-
ficit, neceſſe eſt, ut noua cauſa concurrat, quæ magis ei, quam alijs faueat, cui effectus diuer-
ſitas aſcribitur: atqui Deus omnes uiuentium animas producere poteſt, ergo ſi unius uiuentis po-
tius animam, quam aliorum effecit, noua cauſa ut concurrat oportet, cui diuerſitas aſcribitur,
quare non proxime Deus, ex ſe ſolo huiuſmodi animas producit. Deinde alterius proloquij
manifeſta ruina ſuccedit, ab ęterno & in mobili proxime nouum proficiſci, Deus enim & ſem-
piternus, & immobilis eſt, quare ab eo, ſi uerum eſt proloquium, nouum non fluit. Ad idem
ſi huiuſmodi

A si huiusmodi animae, à Deo proxime efficerentur, mutationis capax Deus fieret, Nam omne quod
aliter se habet modo, quam prius, mutatur, ut mutationis nomen ostendit, Deus uero prius ali-
cuius bouis animam producebat, quam non amplius modo facit, quare non eodem modo nunc,
& prius se habet, mutationis igitur particeps efficitur. Ab Arist. etiam dissentiunt, qui secun
do de animalium ortu, mortales animas ex seminis potentia traduci testatur, & ita raciocinatur Ca. 3.
omnis forma, cuius opus à materia pendet, ex eius gremio educitur; animae uero negetantis, &
sentientis opera, à subiecto corpore pendet, non autem intellectus opus, ergo (mente excepta)
ex semine traducunt. Secundum eorum dictum, neque rectum est, si caelum materiam dispo-
neret, & monere, contingeret enim animalia sine maris, & faemellae concubitu gigni posse, nem
pe mas, neque disponit, cum caelum sit, neque formam producit, quoniam Deo hoc ascribunt,
ergo sine mare, animalis ortus fieri posset. Deinceps primo secundo & tertio de animaliū ortu,
marem actiue ad generationem concurrere, quoniam formam largitur, testatur, ergo si mas
agit aut materiam mouet, quod dari non potest, quoniam caelum est, neque gignens est, quo-
niam generans abiuncta forma est, ergo non recte ab Arist. dictum est, marē formam in anima-
lis generatione largiri. A se ipsis etiam dissentiunt, siquidem decimo huius marem, & faemellam
B ad animalis ortum actiue, & passiue concurrere affirmant, ergo si agit mas, uel materiam ad ani
mas suscipiendas mouet, quare non caelum, aut animam generaret, quare non Deus, ut ipsi testan
tur. Deinceps 7. huius unumquodque à sibi consimili indiuiduo in specie, uel in genere pro-
pinquo fieri docuit, quare non à Deo, & a caelo, à quibus genitum specie, & genere & plusquam
genere separatur, ueluti decimo huius constat. Insuper 2. phys. inquit philosophus, generans 25
& formam in idem specie coincidere, si Deus animam generet forma uero genita, anima est, er-
go Deus, & anima in idem specie conuenirent Ad idem omne agens, ut patiens contangat ne-
cessum est, quemadmodum 7. de phys. aud. Arist. monuit, Deus uero materiam non contan-
git, quare, ut animam producat fieri nequit. neque obstat, si dicatur, per calorem caelestem
materiam contangere, Nam tunc proxime, à Deo animae non essent productae, Verum singula
horum errata prosequi stultum est. Neque his fauet, si quis asserat actu huiusmodi animas non
esse productas, sed quod potest illas Deus producere, auxilium enim hoc nullum est, primo,
quoniam in aeternis non differt esse à posse uti 3. phys. declaratur, quare, si Deus potest, ergo 32
animas producit. Deinde si posset animas producere, & non efficeret, non esset simplicissimus
actus, naturam potentia producens, ita enim 12. huius ratiocinatur, Arist. si non semper mo- 30
C ueret esset potentia mouens, quare non simplicissimus actus. Demum possibili posito in actu,
nullum sequitur absurdum, quemadmodum, non semel, & 8. phys. & primo de caelo Arist. do
cuit. Quare si Deus has animas producere potest, si igitur actu producens efficiatur, non de-
bet absurdum sequi, quod minime uerum est, nempe omnia retro enumerata absurda sequūtur.

Varia opinio de eo, an idem sit agens, disponens, & formam producens. *Cap. 20.*

CAEterum, quoniam disputatio retro proposita fuit, num idem sit agens, quod materiam
monet, & formam producit, ut ueritas aperta reddatur, & dubitatio omnis tollatur, eo
rum opinionem referre indicauimus, qui ueritatem omnino assecuti non fuere, siquidem
sapientis munus est, & rem apertam facere & mentientē etiam manifestare. fuerunt itaque non
nulli, qui in omnibus, quae fiunt, uerum non esse inquiunt, idem esse agens, disponens, for-
mam producens, etenim quae fiunt, alia simpliciter fiunt, quemadmodum substantiae, alia uero
secus, ueluti accidentia uniuersa, itaque in substantijs, quae oriuntur uerum est idem esse agens
D quod materiam praeparat, & formam disponit, in accidentium uero ortu secus, aliud enim, &
diuersum, esse potest agens, quod materiam praeparat, & formam producit. Et hi Auer. dictis
innituntur, qui secundo de anima testatur, corpus lucidum aerem afficere, ut colorum suscipiat 67
species, sed quod colorum intentiones producit, lucidum corpus non est, sed corpus colore
affectum. Demum 2. phys. Arist. monet duplex esse agens, artificiosum, Alterum quod mate-
riam praeparat, Alterum, quod formam producit, quare in accidentibus diuersum est agens di
sponens, ab eo quod formam producit. quod etiam per Auer. 7. phys. confirmant, qui Zeno-
nis cauillum soluens inquit, quoddam esse mouens praeparans, quod mouens in potentia nuncu- 37
pat, quatenus eius effectum ad actum ultimum refertur, aliud est mouens perficiens, quod ui-
delicet in subiecto iam praeparato, actum postremum producit, quare ex Auer. liquet, enuncia
tionem omnibus, quae fiunt communem non esse, sed hi de facili arguuntur, si uarietatem di-
spositionum, atque agentis disponentis referemus, quemadmodum dispositio bipartita est,
ita agens disponens, Altera etenim dispositio est inter quam & formam producendam, nexus
essentialis existit, ita quod in materia producta, forma necessario producatur, quemadmodum

in ignis materia sufficiente dispositione producta ignis forma necessario exoritur. Est altera dispositio, inter quam, & formam accidentalis nexus existit, quemadmodum de lumine constat, quo posito non necesse est ut id, pro quo disponat, ponatur, ita agens disponens bifidnm est, alterum enim necessarias facit dispositiones, alterum uero aduentitias: quod uero primas dispositiones efficit, hoc idem formas producit, siue subiecti, siue accidentis forma extiterit, quod uero secundas, & aduentitias dipositiones producit, formā producere non est necesse, deque hoc secundo disponente Auer. loquitur, ad quod quidem probandum rationes retro allatę ualidissimę sunt, quare simul opinionis defectus, atque dictorum Auer. concilium constat. Neque defuerunt quidam qui proloqnium uerum esse asseruere in formis, quæ ex materiæ gremio productæ sunt, at si forma ex materia non producit, agens quod disponit formam, non producit. quemadmodum de anima intelligente constat, in ea enim producenda, alterum est agens quod disponit, & quod ipsam producit, siquidem disponens calor est, in semine existens, animam uero Deus creat. Sed hi partim recte, partim non recte sentiunt, etenim formæ omnes, quæ ex materia educuntur, ab eo agente, à quo dispositiones factæ sunt producuntur, quod uero de anima intelligente asserunt, Arist. non consentit, siquidem Arist. omnem prorsus creationem tollit. Demnm rationes retro allatæ, eorum sententiam euertunt, Nempe demonstrant agens quod necessarias, & non aduentitias dispositiones facit, hoc idem formam necessario gignere, itaque si uirtus in semine existens, dispositiones necessarias pro ui intelligente producit, igitur hanc animam facit, opinio igitur hæc, peripateticis non consentit. Opinio itaque Arist. consona est, quòd agens, quod necessarijs dispositionibus materiam præparat, hoc idem formam producit, sic enim à consimili, uel secundum speciem athomam, uel secundum genus proximum id quod oritur, fit, si enim agens sublunare materiam tantum præpararet, dispositiones, cum accidentia sint, quibus species non constituitur, & agens a materia abiunctum, formam produceret, qua species constituitur, ergo genitum simpliciter separatæ menti, ut eius opus, & non disponenti, ascribendum erit, quare factum, & faciens, neque eius speciei athomæ, neque eiusdem generis proximi erunt, igitur secundum Arist. asserendum est, idem numero esse agens, quod materiam necessario præparat, & formam producit.

Num substātia forma, agendi proximum principium esse ualeat. Cap. 21.

CAEterum, ea se ingerit dubitatio diluenda, si agens sublunare utrumque exercet opus, ergo substantiæ forma proximum agendi principium efficietur, quandoquidem geniti formam non nisi merito suæ formæ producit, quod a peripateticis alienum esse uidetur. In huius quæstionis solutione, ut recto ordine pertractetur, quid quæritur primum exponemus. Deinceps uarias philosophorū sentētias, mox quid nos ipsi sentimus, adijciemus. Difficultas itaq; est, an in rerum ortu proxime, aliquo accidente non intermedio, substantiæ forma materiam attingere posit, ita, ut ex illa opus producere ualeat, uel potius, quodcumque operatur, semper aliquo intercedente accidente, tamquam eius instrumento producit, quemadmodum ignis, merito suæ formæ, ignem producit, an eius forma inmediate materiam attingat, ex qua consimilem formam producit, an potius ita operatur, quod per calorem intermedium, ut per instrumentum materiam disponat, & formam producat, ita, ut calidum, ignis instrumentum, materiam moueat, & ignem producat. In hoc quæsito diluendo non sunt philosophi consormes. nonnulli, quemadmodum D. Th. asserunt nullam substantiæ formam agendi principium proximum esse posse, sed earum unaquæque aliquo accidente intermedio operatur. eorum multa sunt fundamenta, primum, unaquęque res naturalis, mediante sua potentia agit, atqui accidens potentia est, quoniam sub secundam qualitatis speciem collocatur, ergo unaqueq; forma in materia esse habens mediante accidenti operatur, & idcirco inferunt, solum Deum agendi principium proximum esse posse, quoniam in eo potentia, a sua substantia, non distinguitur. Adhuc omne agens materiale nō agit nisi disponendo, generans enim opus est, ut prius materiam moueat, deinde gignat, sed accidente disponit, ergo accidente generat, alioquin idem numero agens disponens, & formam producens non foret. Sed horum sententia dubia, & ab Arist. aliena uidetur, & penes duo deficere apparet, primum quoniam omnis potentia, quæ proximum agendi, uel patiendi principium est, à substantia non distinguitur. secundo deficit, quoniam omnis forma, principium agendi proximum est, & quamuis de primo, satis abunde diximus, in disputatione 6. de facultate sentiendi, nunc, quædam breuibus perstringemus. Philosophus itaque 2. de anima, & 7. huius, unumquodque dicitur tale, cum in sibi debitam potest actionē quod uero in eā nō potest, æquiuoce tale dicitur, ut dolobræ exemplo atq; securis, patet, acutie namque remota, æquiuoce securis dicitur, quare cum unaquæque forma materialis, in operationem sibi debitam, ob potentiam lęratur, ergo sua facultate sublata, forma æquiuoce diceretur,

A diceretur, atqui accidentis ablatione, ſubſtantiæ forma æquiuoce talis non euadit, igitur poten
tia accidens non eſt. Deinde accidens nullo alio accidente intermedio, ſuum actum exercere
poteſt, ergo omnis forma ſubſtantiæ, nullo intermedio, quod ſuum eſt, efficere poteſt. id quod
conſequitur, ita probatur, agere ſine medio eſt perfectionis ſimpliciter, cum in omnium per-
fectiſsimo ente reperiatur, utpotè in Deo, ergo ſi accidenti, quod ſubſtantia uilius eſt, magis
ergo ſubſtantiæ, agere ſine medio, aſcribendum erit, Deo enim, ea ſolum aſcribimus, quæ ſim
plicem perfectionem dicunt: quare cum ſine medio agere Deo aſcribatur ergo perfectionem ſim
plicem dicit. Neque ratio diſſoluitur, quod alia ratione calor, alia ratione Deus, eſt proximum
agendi principium, nam accidentis ita agere eſt, in perfectionis, quoniam illud, ut alterius
inſtrumentum eſt, explet, atqui Deus ſine medio operatur non ut alterius inſtrumentum
idcirco ita agere perfectionis eſt. Hoc enim non obſtat, nam accipimus Deum
accidens, & formas ſubſtantiæ, atque, ut ſine medio agunt conſideremus: & quærimus, an ſine
medio agere dignius ſit, quam per medium operari, ſi ſecundum, cum primus agendi modus
Deo conueniat, ergo imperfectus agendi modus Deo attribuitur. ſi primum datur, cum ſub-
ſtantiæ forma, accidente longe nobilior ſit, ergo ei magis ſine medio agere conueniet. Ad huc
B ſi agere ſine medio accidenti, ut inſtrumentum conuenit quoniam generandæ ſubſtantiæ inſtru
mentum exiſtit, igitur accidens, & accidentis, & ſubſtantiæ inſtrumentum erit, calor enim, &
calorem, ut ipſi aiunt, & ſubſtantiam generat, cum ignis efficitur: quare calor caloris erit in-
ſtrumentum quoniam ita agere ei ut inſtrumentum conuenit. quod ſi concedant, accidens per
aliud accidens operari profectio erit in infinitũ, Nempe de eo inquirimus, quando accidens pro
ducit, an eum inſtrumento uel ſine inſtrumento producat, & quodcunque dabunt, id eue-
niet, uel quòd accidens ſit ſubſtantiæ & accidentis inſtrumentum, aut quòd in infinitum abijtio
fiat. ſi uero accidenti, ut accidens producit, ſine medio agere, conuenit, igitur non ut alterius
inſtrumentum agendi proximum principium eſſe ualet. quare cum ita agere dignitatis ſimplici-
ter ſit, ergo ſubſtantiæ magis conueniet, quoniam accidente longe præſtantior eſt. Ariſt. de- 53
inceps, ſecundo de ortu, eos arguit philoſophos, qui aſſeruere alterans per ſe eſſe, generationis
cauſam, merito qualitatum agentium, & patientium, ait, hos non recte ſentire, quoniam cau
ſam præcipuam, & quod quid eſt, atque formam è medio tollunt: hi enim non negabant quod
accidens in uirtute ſubſtantiæ ſubſtantiam producere poſsit, quare penes hoc ipſos arguit quo-
niam per intermedia accidentia ſubſtantiam gigni putarunt, igitur unaquæq; forma ſubſtantiæ
C proximum agendi principium eſſe ualet. Ad idem materia ſine intermedio formas recipit, eius
enim receptio paſsio eſt, ergo forma ſine medio agit, ueluti enim materiæ ratio pati eſt, ita
formæ ratio, eſt agere, quemadmodum 2. de ortu Ariſt. docet. Inſuper philoſophus 7. 53
huius aſſerit, ſubſtantiam, ſolum ab uniuoco fieri, accidens uero ab uniuoco, & æquiuoco, quod 32
quidem uerum eſſe nequit, niſi ſubſtantia proxime accidens producat, mox unumquodq; per-
fectum dicitur, quando in propriam actionem poteſt, nam cuiuſque rei perfectio, in actio-
ne conſiſtit, uti primo moral. Ariſt. ſed indiuiduum de genere ſubſtantiæ, omni ſecluſo acci- Cap.9.
dente perfectum eſt, non enim accidentia perfectionem adiungunt, ergo indiuiduum ſubſtan-
tiæ, omni per intellectum, ſecluſo accidente, in ſuam actionem poteſt, ex quibus apertum fit
animæ potentias ab anima non eſſe diſtinctas, nam ſi unaquæq; forma, ſe ipſa, ſuas actiones
explere poteſt, igitur ſi anima per ſuas potentias operatur, ſuæ potentiæ erunt eius ſubſtantia.
Quod plane, Auer. confirmat 7. phyſ. ubi auctore Alex. dubium perſoluit, quod tale eſt, cur 10
Ariſt. non monſtrauit, ad animæ potentias non eſſe motum, ſoluit cum Alex. illud idcirco fa-
ctum eſſe, quoniam quinto eiuſdem operis, ad ſubſtantiam non eſſe motum, docuit. & quinto
huius, quærit, cur Ariſt. inter ſignata qualitatis, potentiæ, & impotentiæ naturalis non memi 19
D nit, de quibus in cathegorijs mentionem fecit, dat cauſam, & idcirco factum fuiſſe aſſerit, quo-
niam potentia, & impotentia naturalis, per ſe ſubſtantiæ ſunt, & merito præparationum dicun-
tur qualitates.

Propria opinio. Cap. 22.

ARiſtotelis itaque opinio eſt, à quo nec Alex. nec Auer. diſſentiunt, ſubſtantiæ formæ
agendi principia proxima eſſe ualent, ſed ut res aperta fiat, erunt nonnulla accipienda.
Et primum, quod potentia bipartita eſt, Altera etenim actiua, Altera paſsiua nuncupa-
tur, quemadmodum 5. & 9. huius Ariſt. monuit, Actiua uero poteſtas definitur principium 17.2.
agendi in alio quatenus aliud, alterum enim agens, à paſſo per ſe eſt, quamuis ex accidenti agens
pati poſsit, ut 9. huius Auer. docuit. Patiendi uero poteſtas eſt principium patiendi, ab alio, 2
quatenus aliud, formæ uero naturalis potentia paſsiua non eſt. Nam ſi formæ eſt agere, igi-
tur non pati, quare agendi potentia erit principium unde motus, quibus conſtat formæ poteſta-

tem ab ipsa forma, ratione solum seiungi, nam quatenus rei actus & perfectio est, forma nun E
cuparur, ut uero unde motus principium est, potestas actiua nuncupatur, si uero interdum
qualitas ab Arist. nuncupatur, ex accidenti qualitas dicitur, quoniam ratione dispositionum,
quibus forma indiget, cum operatur, ob quas interdum cum facilitate, interdum cum difficul-
tate agit, per se uero formæ potestas ipsamet forma est, ab ea solum ratione secreta. sed dubium
est, si substantiæ forma in esse ab accidentibus non pendet ergo neque dum operatur, ergo non
indiget his præparamentis, nt agat, sed soluitur potentia, namque actina formæ, his non eget
præparamentis, ut ratione agendi, quippe agendi ratio formæ natuta est, sed his indiget, ut
24.26 materiæ dispositionibus, actus namque agentis, quemadmodum secundo de anima Arist. testa-
tum reliquit. Alterum dubium est, si actus, & potentia eiusdem generis sunt, cum potentiæ
actus accidens sit, ergo & potestas erit accidens. sed soluitur, potentia etenim, & actus multifa-
riam dicuntur, interdum enim ad idem genus spectant, ut si potestatis nomine, id intelligamus
quod actu non est, potest tamen esse, ueluti Socrates generandus, qui nondum est, potest tamen
esse, quemadmodum Simpl. 3. phys. admonet: interdum uero nomine potestatis, agendi, &
patiendi potentiam intelligimus, atque ita ad idem genus, non est necesse ut spectent, Nam pa
tiendi potentia, materiæ substantia semper est, eius enim est pati, & recipere, & omne quod re F
cipit, eius ratione recipit & patitur, potestas uero agendi, si fuerit formæ substantiæ, substan-
tia erit, si uero accidentis erit accidens: interdum uero potestatis nomine, respectum intelligi-
mus, ob quam, materia, formam, ut terminnm oppositum respicit, quæ formæ aduentu desi-
70 nit. cuius Auer. primo phys. meminit, quæ in relatione collocatur, quare constat, non semper
ad idem genus, actum & potentiam spectare. Sed adhuc dubium est, quo nidelicet pacto, agen
di principium substantiæ forma sit, & quo modo hæc simul stent ut idem sit agens generans, &
disponens, sed de facili soluitur hoc, idem enim numero agens est, quod disponit, & formam
prodncit, quemadmodum ignis, si ignem perducere debeat, primum snis qualitatibus mate-
riam disponit, qua recte affectæ, substantiæ formam per propriam formam producit, ita enim
quod agit, non est forma, neque accidens sed suppositum est, uelnti prohemio Meth. constat,
forma uero siue substãtię, siue accidẽtis extiterit, agẽdi est ratio, & nõ id quod agit, quare ignis est
agẽs generans & disponens, nõ tamen ob eandẽ rationem, quoniam propter sui formam, substan-
tiam gignit, ob qualitates uero materiam mouet, quare idem numero, agens, quod disponit,
& generat, licet non eiusdem ratione generet, & moueat. & ita Arist. intelligendus est, lib. de
sensu, & sensili, quod ignis non agit, ut ignis, sed nt calidus, quoniam si debet ignem genera- G
re, non potest nisi prius materiam per ealiditatem attingat, licet Alex. alio modo soluat, quod
ignis duo includat, materiam & formam, quare si ut ignis ageret, tunc ratione utrinsque, quod
uerum non est, quoniam ratione materiæ patitur, & non agit, quare nult dicere, quod agit,
3. phys. ut calidus, id est ratione suæ, formæ, quod etiam 3. phys. Arist. testatur & clarius primo
8. 16. 1. de generatione & secundo eiusdem, sed dubium est, nunquid forma substantiæ, possit esse in-
de Gen. strumentum alterius formæ substantiæ, soluimus, quod forma substantiæ, interdum instrumen
51. 2. tum est, Verum non omnibus formis substantiæ accidit, ut habeant alteram formam ut instru-
eius. 53. mentum, sed his tantum, quæ perfectarum substantiarum sunt, imò tantum formis uiuentium,
& animalium, quæ ex semine oriuntur, tales enim formæ, ob earum perfectionem, cum consi-
miles formas debeant generare prius instrumentum conficiunt, qno intermedio, deinde gene-
rant, uti anima animalis prius semen producit, forma autem seminis, quæ uirtus formatiua, &
anima uegetalis dicitur, cum per calorem naturalem menstrunm fuerit dispositum ex illius sinu
animam consimilem primo generanti educit, hic enim, ut instrumentum prioris, ut animalis
perfecti, anima agit, qnæ etiam formæ, & animæ; quoniam perfectissimæ in genere formarum
materialium sunt, ob eandem causam, non possunt producere suas actiones, ut uegetare & sen- H
tire nisi, accidente quodam, nt calore intermedio, Nam hoc utuntur, non ut actiones expleat
sed ut disponat, dispositioneque facta actiones anima producit, uti de nutritione, & incremen-
to plane patet, prius calore naturali alteratur, mox ab anima in substantiam uertitur, eius quod
augetur, & nutritur, quare patet, quòd forma substantiæ omnis, principium immediatum est
agendi, patet & modus, quo agat. His ita explicatis Scoti, eiusque sequacium rationes soluen-
dæ sunt, quibus persuadent animas perfectorum animalium à Deo optimo, produci, & quo
ad primam pertinet rationem, cum quærunt à quo, nt ab agente anima, est producta, respon-
demus, ac asserimus, à semine. At ipsi insurgunt, quoniam momento quo anima producta est,
semen, & sua uirtus non est, quare effectns esset sine causa agente. Verum cum hæc afferunt,
propriam ignorantiam manifestant, neque Aristotelem perlegisse secundo de animalium ortu
indicant, Namque philosophus eo in libro docet maris semen, formam in animalis generatione
producere, & completa generatione seminis partem, quæ crassa, atque corpulenta est foras pro
pelli, quæ uero subtilis est, in spiritum resoluitur, atque ita euanescere testatur, quare momento
quo

A quo completus est animalis ortus, non asserit corrumpi semen, sed permanere. & ne hæc ex
nobis dixisse quis opinetur, Arist. uerba adducemus, quæ ita se habent, Genituræ autem corpus Cap.3.
in quo semen animalis principijs congreditur, hoc quidem separabile à corpore est, in quibus- «
cumque numen comprehenditur, qualis est quæ mens appellatur, hoc autem inseparabile, hoc «
inquam genituræ semen dissoluitur, uersumque in spiritum euanescit, cum naturam humidam «.
aquosamque habeat. Quamobrem, an ipsum semper foras exeat, non oportet quærere, neque «
an pars aliqua sit formæ, constitutæ, quomodo, nec de succo, à quo lat cogitur. Nam his quo- «
que mutat, & nulla pars constitutarum magnitodinum est. Non minus & secunda efficaciam «
nullam habet, quippe imperfectum per se & propria uirtute, se perfectius producere nequit,
sed alterius uirtute, procul dubio potest. quare semen in uirtute parentis animal producit, &
quamuis ante animalis ortum, contingit parētem mori nihil tamen impedit, quando semen suum
non possit explere opus, quoniam sat est, quod dum semen productum est, fuisse, à quo cum
uim acceperit per illam sine agentis potentia sua munera exerceat. quod rursus de semine asse-
runt, nullum est, quod cum sit uniforme, difforme producere non potest, Nam semen, & si
uniforme sit, difforme facit, quoniam difformis instrumentum est, & illius uirtute operatur,
B quod ex Arist. confirmari potest. Inquiunt cælum esse, quod membrorum diuersitatem facit.
quod si eis concedatur, perspicuum est, quod non proxime difformitatem operatur, sed calore
cælesti intermedio, qui cum uniformis sit, difforme tamen producit, ut cæli instrumentum.
Quare cur nos idem confiteri non ualeamus, nulla ratio est, nam semen uniforme existens, dif-
forme facit, in uirtute difformis. Ex his itaque aperte constat opinionem, neque rationi con-
sentire, neque alicuius momenti fundamenta esse. quæ cum explicata sint, alias perquirere opi-
niones oportet.

Themistij, & Auic. opinio. *Cap.* 25.

EST secunda opinio, quæ Themistij est, ut apud ipsum, primo de anima legere est. hic quo- Cap.24.
que opinatus est, agentia, quæ apud nos sunt, formas non generare, sed earum produ-
ctionem formæ abiunctæ ascribit, uerum hanc formam non Deum, neque aliquam cæ
lum mouentem intelligentiam esse fuit opinatus, sed quandam formam per se existentem, quæ
mundo inferiori præest, ut ipsam conseruet, gubernet ipsique prouideat, quam mundi ani-
C mam, Platonici nuncupant, existere putauit, quæ idcirco mundi anima dicitur, non quoniam
actus, & perfectio intus mundo inexistens sit, sed quoniam mundo singulisq; eius partibus,
formas, & animas largiatur, quemadmodum elementis suas formas largitur, consimiliter uiuen-
tibus suas animas producit, quas quidem animas, uitas secundas uocat. hæc itaque mundi
anima formas omnes rerum, quæ oriuntur producit, ob similitudines, & ideas quas in se habet,
sunt enim in ipsa rerum omnium, quæ fiunt similitudines, ad quarum instar formæ naturales in-
lucem prodeunt, se habet enim ueluti artifex, hic enim ob rationes, quas in se habet, artificio-
sas formas in subiecto producit. sed quis à Them. quærere posset, si anima hæc in se rerum om-
nium sensibilium similitudines continet, ex se igitur æque ad formas omnes producendas indif-
ferens erit, iure quæritur, quæ causa est, ut hanc, uel illam potius generet. Sed nos pro Them.
ostendemus, atque secretionis causam, esse dicimus, agentia, quæ apud nos sunt, hæc enim ma
teriam mouent, atque disponunt, ut secundas uitas suscipiant. quare quoniam materia dispo-
sita, non omnes potest suscipere formas, sed definitas, & proprias, idcirco forma separata de-
finitas largitur formas. & hæc fuit Platonis opinio, qui asseruit secundum materiæ merita for-
mas dari, quare agentia, quæ apud nos sunt, solum materiam mouent, anima uero hæc, mun-
di, formam largitur. Auic. parum à Them. recedens, à forma separata, quam colchodeam
D nuncupauit, formas produci putauit, quam lunaris orbis intelligentiam esse asseruit, ab hac enim
formæ omnes in præparatis subiectis producuntur, mouent autē materiam, et disponunt agentia
quæ hic sunt, uarias uero, & diuersas formas producit mens hæc, quoniam uarias rerum, quæ
fiunt similitudines habet. Sed utraque opinio ab Arist. dissentit, etenim multa proloquia ruūt,
atque primum illud rueret cuius retro meminimus; omne quod secundum naturam oritur à
consimilibus secundum speciem uel secundum genus proximum fieri: euerteretur enim nam ne
que mundi anima, neque quæ lunarem orbem mouet, neque itidem rationes quæ in his anima
bus existunt, cum genitis rebus in specie, uel genere propinquo consentiunt, quippe hæc secun-
dum numerum ęterna sunt, quæ uero oriuntur nequaquam, æternum uero, & corruptibile gene
re, & plusquam genere separantur, quemadmodum decimo huius patet. Iam uero & illud pe-
riret effatum, agens formam producens, ab eo quod materiam mouet, alterum esse; quare non
uerum est, quod retro docuimus, hæc agentia idem numero esse, nempe mundi anima formas
largitur, quæ uero apud nos agentia sunt, materiam mouent. insuper non semel monuimus ab

æterno, & immobili, proxime quicquam noui non proficisci. fritaque mundi anima proxima E
formarum, quæ in materia consistunt, effectrix causa esset, rueret proloquium. Deinceps
illud contingeret, quòd anima hæc mutationis esset particeps, natura continuo in huiusmodi
formarum productione, aliter se habet, quare mutabitur. Ad idem, materia in rebus es-
89 set distinctionis causa, & non actus, & forma: quare mentitur Arist. 7. huius, quando inquit,
actum esse, quod distinguit & separat. Demum Arist. non semel in lib. de animalium ortu mo
nuit, quod cum animal gignitur, marem, formam largiri, & non inquit, mundi animam, uel
Auic. colchodeam, sed opinionis deceptio inferius magis aperta fiet.

Themistij & Auic. à quibusdam defensio. *Cap.* 24.

NOnnulli, quorum numero nos quoque fuimus, asseruere, quòd & si Them. & Auic. opi-
nio ab Arist. eiusque principijs dissentiat, iuxta naturæ principia, eam defendi posse affir-
marunt, & pro opinionis tutela accipiunt, philosophos cuique orbi, propriam formam,
quam intelligentiam nuncupant, tribuisse, quæ causa est, non solum, ut orbis constituatur, sed
etiam omnium eorum quæ per se orbi insunt, quemadmodum solis intelligentia, & orbem coo F
stituit, & motum orbicularem, cæteraque accidentia ei tribuit. ex hoc itaque fundamento,
Them. opinionem tuentur, mundus hic sublunaris, quidam orbis existit, ergo ei propria intel-
ligentia est ascribenda, quæ mundum hunc, atque singulas eius partes costituat, & accidentia
largiatur, cæterum, quoniam huius orbis partes perpetuæ numero non sunt, sed ortum, atque
interitum patiuntur, & unius partis interitu, alia, ueluti opposita oritur, hæc mutatio cum
perpetua sit, & nunquam deficiat, ergo forma indiget sempiterna, Nam corruptibilium princi
61 pia corruptibilia sunt, & æternorum æterna, quemadmodum 3. cæli Arist. monuit. hæc itaque
forma non nisi mundi anima esse potest, quæ cum orbi præsit, causa est, ut ipsius partes perpe-
tuo oriantur, & perpetuo corrumpantur. Verum quoniam agentia naturalia, quemadmodum
2. phys. Arist. auctor est, siue cognitione effectus agunt, ergo si semper, uel ut plurimum, con
similes effectus efficiunt ut ab aliqua dirigantur, quæ effectus procreãdos cognoscat, opus est: at
qui cognitio per similitudinem rei fit, ueluti 3. de anima constat. in hac itaque anima, rerum
quæ oriuntur rationes, & simulachra relucebunt, per quas, ut per rationes agendi uariæ, diuer-
sæque res efficiuntur. & hoc uidetur Themistium docuisse, quando inquit, naturam dirigi ab
18 intelligentia non errante, quod Auer. 12. huius confirmauit. Quare huius animæ necessitas ex G
his constat, sed quo pacto anima hæc, sit rerum causa, explicandum est, & ut res aperta fiat, acci
pere oportet, quod substantiæ forma, cum proxime agere nequeat, instrumento eget, quo suum
explet opus, & quanto substantiæ forma præstantior extiterit, tanto pluribus instrumentis uti-
tur, quemadmodum ex ortu hominis, apertum fieri potest, homo enim cum hominem generat,
pluribus eget instrumentis, ueluti uirtute existente in semine & calore naturali, at ignis suis qua-
litatibus tantum agit, & per illas ignem gignit. Modus itaque producendi hic est; res omnes,
quæ oriuntur ab anima mundi non proxime, sed causis naturalibus intermedijs quibus ut instru-
mentis utitur, fiunt, quemadmodum enim calor, quatenus calor, non nisi calorem producit,
ut uero ignis instrumentum, ignem generat, ita agentia naturalia, quando consimiles effectus
efficiunt, hos, ut mundi animæ instrumenta sunt efficiunt, Nam eius uirtute consimillima fa-
ciunt, quæ enim apud nos agentia sunt, propria uirtute solùm materiam mouent, & disponunt.
quare mundi anima artifex erit, agentia quæ hic sunt, eius sunt instrumenta, quemadmodũ Auer.
47 8. phys. monuit, Cælum inquiens, esse artificem, sublunaria uero agentia, eius esse instrumen-
ta, hoc idem Them. confitetur. quare cum instrumentum non nisi in uirtute principalis agentis
operetur, igitur sublunaria agentia, cum mundi animæ sint instrumenta, eius uirtute operan- H
tur. Sed circa hæc dubia sunt, primum, quoniam tunc à consimili in specie, res non fierent,
formæ enim, quæ apud nos sunt, ortum & interitum patiuntur, rationes uero in mundi anima
existentes, perpetuæ sunt, ergo neque eiusdem speciei, neque eiusdem generis, cum formis ge
nitis esse queunt. secundum dubium illud contingeret absurdum, quod in rerum ortu non esset
materia necessaria, quemadmodum Auer. ratiocinatur. sed hæc solui possunt, & primum, pro
cuius solutione est accipiendum, id, quod Arist. etiam confitetur, naturæ indiuiduum, non nisi
ex accidenti curæ esse, quod enim per se natura intendit, species est, sed cum species perpetuari
nequeat, nisi indiuiduorum ortu eorundemq; interitu, ideo ex accidenti indiuidua curat. ex
hoc solutio constat formæ productæ à mundi anima, sunt intentæ, perpetuæ sunt secundum
speciem, per accidens uero interitum patiuntur, quo pacto ab hac anima non intenduntur, ni-
si ex accidenti. Aut solui potest genitas formas, cum simulachris in anima mundi existentibus
in forma conuenire at in modo existendi formæ ab eis secretæ sunt, quomodo interitui subie-
ctæ sunt, quemadmo dum forma in mente artificis, cum re artificiosa in forma consentit, ab ea
tamen

A tamen in modo existendi forma dissentit, ita genitæ formæ si spectentur non, ut sunt in materia quibusdam proprietatibus alligatæ eiusdem speciei erunt, cum illis quæ in anima mundi residet, ita enim formæ uniuersales sunt, quare in anima mundi uniuersales rationes sunt, & non singulares. Non enim Socratis imago in ea residet, sed hominis, quare nihil impedit, quin genitæ formæ, cum illis in mundi anima residentibus, eiusdem speciei sint. secundum de facili soluitur nam non opinatur isti, id quod oritur esse formam, sed compositum, cuius species, & Imago in anima mundi relucet, illæ siquidem species eorum quidditates sunt, atqui, quod quid est rei compositæ, non solum forma, sed etiam materia est, ergo species illa non est solum forma partis, sed totius forma, atque natura; quæ ex utraque constat, quare cum id, quod oritur sit compositum, quod materiam claudit, ergo in eius ortu materia est necessaria. Hęc pro Them. Auic. uero quoniam fere idem, quod Them. sentit; pari pacto defenditur, immo facilior est Auic. defensio, quoniam instrumentum, per quod intelligentia lunaris agit, & ea quæ sunt hic, causat, apertum est, lumen esse, per hoc enim materiam mouet, & formam producit, agentia uero sublunaria simul cum lumine materiam disponunt, & idcirco superuacanea non sunt. ex his itaque constat modus, quo utraque opinio defenditur. sed tempus est, si rationi defensio consen-
B tiat, explicare.

Arguitur utriusque opinionis defensio. Cap. 25.

HAEC quæ pro Them. atque Auic. defensione, explicata sunt, etsi plurimum appareant, nullam tamen in se ueritatem habent, & ut defensionis errorem aperiamus, singula eorum dicta examinabimus. Primum itaque animæ necessitatem ostendunt, nam si quæ oriuntur, & intereunt, perpetuo hæc pati debeant, necessum est, ut agens sempiternum detur, quod perpetui ortus, atque interitus causa existat. Hanc rationem accipimus, cum ipsa, cum 8. phys. 48
tum 2. de ortu, Arist. fuerit usus, uerum huiusmodi agens non mundi anima est; sed primum omnium mouens causa est, ut quæ oriuntur, & intereunt perpetuam mutationem patiantur, quemadmodum quarta disputatione docebimus. quod deinceps accipiunt, sublunaria agentia quoniam sine eorum, quæ fiunt cognitione agunt, idcirco agente indigere quæ ipsa dirigat, ut semper; uel ut plurimum eis consimilia faciunt. Verum utique quod accipiunt, est, sed agens hoc mundi anima non est; hæc enim cum uis intelligens sit, singularia percipere nequit, ut de-
C fensionis auctores etiam asseruerant, sola enim sentiendi potestas est, quæ singularia cognoscit quemadmodum tertio de anima ostendimus, sublunaria uero agentia singularia sunt, consimiliter & res effectæ, singulares sunt, igitur à mundi anima dirigi nequeunt. Idcirco agens hoc cælum est, quod ob sentiendi uirtutem, quam in se habet, hæc dirigit agentia, ut optatos fines; uel ut semper, uel ut plurimum consequantur: nulla itaque rationum, quæ animæ necessitatem ostendit, momentum habet. Neque itidem fundamentum quo producendi modum manifestum faciunt, uerum est, accipiunt enim, substantia formam, agendi proximum principium non esse: hoc enim, quod accipiunt, falsum esse, ex retro ostensis constat, quare cum hic producendi modus falso innitatur principio, totum ædificium ruit. Neque etiam producendi modus rationi consentit, quippe agentia, quæ apud nos sunt, cum rebus effectis, æqualis perfectionis sunt; & substantiam gignendi proximum principium, esse ualent, igitur nil impedit, ut ipsa sint, quæ consimiles pariant effectus, ergo non tantum materiam mouent, sed etiam propria uirtute substantiam gignunt. Sed inquiramus modo, si recte dubium soluant, bifariam itaq; primum soluunt; atque prima solutio est hanc mundi animam speciem per se indiuiduam non nisi ex accidenti curare, solutio hæc se ipsam euertit, quippe mundi anima se habet, ut artifex, atque effe-
D ctus quos producit cognoscit, Atqui effectę res singulares sunt, non enim homo gignitur, sed hic homo ut Plato, & Socrates, quemadmodum uniuersalis homo non sanatur; sed hic homo, uti non semel Arist. monuit, quare singulares effectus cognoscit quos producit. Insuper ut res ad generari se habent, ita ad esse, quoniam ortus, & existendi eædem sunt causæ, sed dum fiunt materiam signatam claudunt, ergo dum existunt, quare neque dum oriuntur, neque dum permanentiam habent eiusdem speciei cum rationibus in mundi animæ existentibus erunt. Rerum enim simulachra formæ uniuersales sunt ueluti ipsi aiunt, quæ assignata sunt prorsus separatæ, res uero effectæ illam claudunt, ergo eiusdem speciei esse nequeunt, & idcirco secunda ruit solutio. insuper si eiusdem naturæ res effectæ ut in se spectantur cum suis rationibus forent, ergo quod rei effectæ per se conuenit, & rationibus conueniet, res uero effectæ ortum patiuntur, materiam habent, ob quam intereunt. Quare rationes generationi, & interitui erunt subiectæ, atque materiam habebunt: ergo sempiternę non erunt: quæ enim sub eandem collocantur speciem quoniam eandem habent naturam quæ eorum uni per se & cunctis conuenient. Præterea à se ipsis dissentiunt: nam idcirco anima hæc instituta est ut uidelicet quæ apud nos agen-

tia ſunt dirigat, ſed dirigire nequit, niſi ea, quæ agunt, & quæ oriuntur cognoſcat, quæ cum E
ſingularia ſunt, ergo mundi anima ſingularia concipit. Quare recte dictum non eſt ſolum uni-
uerſales formas cognoſcere. Quando inſuper adijciunt res effectas in natura conuenire cum
proprijs actionibus, non autem in modo exiſtendi naturæ, aperta mendacia proferunt, nam
ſi in natura conueniunt ergo in modo exiſtendi naturæ. Nempe cuiuſque rei natura princi-
pium eſt quo res exiſtit, ergo hæc ſimul ſtare nequeunt, ut cum ſuis rationibus res effectæ in na
tura comunicent, & non in modo exiſtendi naturę. Quod demum de artis ratione, & de artifi-
cis proferunt figmentum ex retro dictis eſſe conſtat. Neqne ea, quæ pro Auic. afferunt rationi
conſentiunt, nempe cæleſtia uniuerſales cauſæ ſunt, uti ſequenti diſputatione docebimus, a qui-
bus nulla in rebus effectis prouenit diuerſitas, ſed tota à cauſis ſecundis petenda eſt, ergo cauſæ
ſecundæ non ſolum materiam mouent, ſed etiam ſubſtantiam gignunt. Demum quando eſt
aliquod agens ad uarios, diuerſoſque effectus producendos indifferens, ſi eorum aliqnem magis
quam alium efficit, noua cauſa concurrit, quæ illi magis, quàm huic faueat: quare cum Auic.
colchodea ita ſe habeat ſimul cum ipſa ad rerum ortum noua cauſa concurrit: quæ materia eſſe
nequit, quoniam actus eſt qui diſtinguit, & ſeparat, ergo agentia, quæ ſunt apud nos: quare
hæc non ſolum materiam mouebunt, ſed ſubſtantiam generabunt, hoc enim lumine fieri nequit F
cum uniuerſalis cauſæ inſtrumentum ſit, & non niſi in eius uirtute operatur. Verum ſingula ho
rum hominum dicta proſequi ſtultum eſſe iudicauimus.

Ariſtotelis opinio. Cap. 26.

ARiſtoteles itaque opinatur, ab abiunctis mentibus proxime rerum ortum non proficiſci,
quamuis ab eis, ut ab uniuerſali cauſa pendeat, cauſę enim in duplici ſerie ſunt. Aliæ uni-
uerſales ſunt quæ illę dicuntur, quæ ſimul cum cauſis ſecundis, rebus omnibus quæ fiunt
cooperantur, a quibus in rebus effectis, nulla proficiſcitur diuerſitas, ſed tota à cauſis ſecundis
petenda eſt. Cælum namque uniuerſalis cauſa exiſtens, cum boue bouem, cum leone leonem
procreat. Verum res hæc exactius ſequenti diſputatione explicabitur, particulares uero cauſæ,
illæ nuncupantur, quæ definitis rebus effectia, deſtinatæ ſunt, à quibus, & rerum effectarum di
uerſitas habetur, atque res, quæ oriuntur ſuum ortum trahunt, cauſis uniuerſalibus concurren
tibus, ſiquidem ſecunda cauſa aliquid ſine uniuerſali non operatur, quare proxime cauſæ, à qui
bus diuerſitas in rebus efficiendis prouenit, agentia ſublunaria ſunt; & ut res aperta reddatur, G
per res, quæ fiunt, percurremus. Quæ enim fiunt, alia uita carent, alia uitā includunt: prima
rurſus, alia ſimplicia corpora ſunt ut quattuor elementa uocata, alia uero mixta, quorum alia
perfecta, ut quæ ex quattuor elementorum miſcella ortum trahunt, alia uero imperfecta ſunt,
hæc omnia, uti retro docuimus ab indiuiduis eiuſdem ſpeciei, uel generis eiuſdem propinqui
fiunt, indiuiduum enim per qualitates, materiam mouet, per propriam formam, ſubſtantiam
gignit. Quæ uero uitam habent, eorum alia ex ſemine oriuntur, alia uero ex putri. Quæ ue-
ro ex putri ortum habent a ſeparatis mentibus proxime non fluunt, neqne cælum, eiuſque calor
ſe ſolo eorum cauſa exiſtit, ſed agens particulare concurrit, quod in ortis ex putri materia di
uerſitatem facit, quemadmodum poſterius docebimus, quando de ortis ex putri materia diſpu-
tabimus. Cæleſtis etenim calor, cæli inſtrumentum uniuerſalis cauſa exiſtit, & ab eo in rebus
effectis nulla prouenit diuerſitas, Nam eodem calore cæleſti linteamina dum lauantur, albeſcunt
& lauantis facies denigratur, atque durus limus efficitur, ergo a calore hoc, diuerſitas non eſt
expetenda, quare agens particulare neceſſarium eſt, quod ſimul cum calore cæleſti, orta ex pu-
tri gignat, ſed hæc paulo inferius clariora fient. Viuentia uero, quæ ex ſemine ortum trahunt
non à cælo, non à ſeparatis mentibus proxime oriuntur, ab his .n. ſolū ut à cauſa uniuerſali depen H
dent, proxime uero ab indiuiduis, uel eiuſdem ſpeciei, uel generis propinqui oriuntur, Nem-
pe uiuens, primum, ſemen producit, quod deinceps per calorem ſeminalem materiam mouet,
mox per uirtutem formatiuam quæ eius anima uegetalis eſt, ſubſtantiam producit, ſed res aper
ta à nobis facta eſt, in diſputatione de ſemine, quare quę Ariſt. ſententia ſit, ex hiſce conſtat.
Quæ ab ipſomet Ariſt. tum in libro hoc 7. tum etiam in lib. de animalium ortu, haberi poſſunt.

Si Vniuerſalia habeant eſſe in Re. uaria opinio. Cap. 27.

HVcuſqne eorum de ideis opinionem euertimus, qui ideas formas per ſe exiſtentes aſſeue-
rarunt, nunc opinionis fundamenta tollenda ſunt, quibus ideas neceſſarias eſſe perſuadēt.
Atque primum, illud inquirendum erit, ſi uniuerſalia in re eſſe habent, quippe ſi in rebus
caducis exiſterent, uniuerſalia aliquo pacto, interitum paterentur, & ita eorum non eſſet ſcien-
tia, quare, ne tollatur ſcientia uniuerſalia prorſus à rebus caducis ſeparata erunt. In explica-
tione

A tione rei uaria est philosophorum opinio. Plato itaque, ut Arist. sibi ascripsit, uniuersalia per
se existere, omni intellectus opere secluso, fuit arbitratus, quæ ideas alio nomine nuncupauit,
homo enim, qui natura communis est, singularibus hominibus secluso mentis opere substantia
est per se existens, atque una numero, & primum opinionis fundamentú est, quemadmodum res
se habet ad cognosci, ita ad existere, sed uniuersalia sine singularibus apprehendi ualent, ergo
existere absque singularibus possunt. secundum, scientia neque de singularibus est, neque de his,
quæ in singularibus collocata sunt quoniam æternorum scientia est, singularia uero, & quæ per
ipsa existunt, interitui sunt subiecta, quare eorum scientia esse nequit, ergo cum uniuersalium
scientia sit, ipsa prorsus à singularibus separata. hanc Platonis sententiam compluribus rationi-
bus Arist. arguit, & primum ut a Platone concessum, accipit, uniuersale esse rei substantiam,
atque quod quid est: Deinceps ita ratiocinatur, cuiusque rei quod quid est, eius solum est, &
non commune, nempe declaratum est, quod quid est rei naturam esse, atque substantiam: atqui
rei substantia propria ei est, & non cómunis, uniuersale uero proprium non est, sed commune
eis quorum est uniuersale, quemadmodum ex eius ratione patet, etenim definitur, quòd si na-
tura pluribus communis, ergo rei quod quid est, & substatia non erit, quare eius scientia non
B est: Nempe tunc res sciuntur, quando eorum quod quid est scitur; uniuersalia rerum quiddita-
tes non sunt, eorum igitur scientia esse nequit. Ad idem unum numero, pluribus numero se-
cretis, commune esse nequit, atqui uniuersale unum numero est, (ut Plato sentit) ergo singu-
laribus, quæ numero secreta sunt, commune esse nequit. Demum si hominis, uniuersale per se
existeret, daretur tertius homo separatus. id quod consequitur ex principijs Plat. ostendi potest.
Plato enim ita ratiocinatur, quæ in aliquo communi conueniunt, ideam, & uniuersale habent,
sed homo uniuersalis, & singularis, in aliquo communi conueniunt, quoniam homines sunt, er-
go habent communem ideam, & uniuersale, quare dabitur tertius homo separatus. Sunt & aliæ
rationes, quæ, quoniam ex uerborum serie, apertæ sunt, & idcirco silentio mandantur. Cæ-
terum, quoniam inter peripat. de uniuersali existentia lis, & côtrouersia est, iure eorum quoq;
sunt referendę opiniones. sunt itaque nonnulli, qui meras animi notiones, atque solum mentis
beneficio uniuersalia consistere, opinati sunt. Vniuersalibus enim nullum in re respondet esse,
extra enim solum singularia sunt. opinio hæc multa habet fundamenta quorum primum tale est,
si uniuersale aliquo modo in re existeret ergo unum numero pluribus esset commune. Ad idem
omne, quod est extra animam, est unum numero, & singulare, sed uniuersale singulare non
C est, igitur in re aliquo pacto esse non habet. Hos Scotus arguit, Verum primum eius referemus
opinionem, demum argumenta. & ut manifesta eius efficiatur opinio, accipere oportet, uniuer-
sale bipartitum esse, Alterum enim est secundæ intentionis, alterum uero primæ intentionis, pri
mum respectus quidam est, rei attributus, quæ cognita est, per actum comparatiuum mentis,
mens enim cum res ipsas apprehendit, illas mutuo comparat, & quoniam earum altera magis
communis est, altera uero minus, primam genus nuncupat, secundam uero speciem. Vniuer-
sale pro prima intentione, res ipsa est à mente apprehensa uti homo. Itaque disputatio de uni-
uersali pro secunda intentione instituta non est, quoniam uniuersale hoc solum mente consistit,
quare sermo de uniuersali pro prima intentione est. secundo accipere oportet, uniuersale esse
nomen concretum quod, ut Auer docet, pro forma & pro re subiecta formæ accipi potest: uni
uersale itaque pro re subiecta, adhuc bifariam, nam pro subiecto propinquo, & est ipsa natura
per intellectum indeterminate sumpta, uelut animal, quando per intellectum accipitur, ut indif-
ferens est, accipi rursus potest pro subiecto remoto, quod natura est, cui non repugnat esse in
pluribus. his sumptis aliquas infert conclusiones, quarum prima hæc est. uniuersale pro secunda
intentione non est in re, sed solum mente consistit; siquidem ens rationis non est aliquid in re-
D bus existens, atqui uniuersale hoc, ens rationis est: ergo solum mente consistit, quod per Auer, 4
confirmant 12. huius asserentem, intellectum uniuersalitatem in rebus efficere, ob similitudi-
nem in singularibus repertam. quam sententiam libro primo de anima etiam confirmauit. quod
eo. lib. Them. confitetur, quando ait, uniuersalia esse meras animi notiones. Secunda conclusio, 8
uniuersale pro re subiecta intentioni sumptum, siue pro subiecto propinquo, siue remoto acci-
piatur, est aliquid in re; propinquum uero uniuersale, est obiectiue existens in intellectu, remo
tum uero, nam quædam in re est alia ex natura rei à singularibus, cuius unitas realis est, minor
unitate numerali maior uero unitate uniuersalis in actu. Quæ conclusio ita ostenditur. Secluso
omni mentis opere non repugnat naturæ humanæ, intelligi ut uniuersale, & pluribus commu-
ne. naturæ uero singulari repugnat ita intelligi, igitur pręter omnem mentis operationē, natura
humana est alia, à natura singulari, quare eius unitas altera ab illius unitate erit. Secundo,
natura coloris, ratio est obiectiua uidendi potestatem terminandi, hic uero color, non est ra-
tio terminandi uisum, ergo ex natura rei differunt. Tertio unitas naturæ specifice realis est, er-
go & natura. antecedens multifariam probatur, si unitas realis minor unite numerali non daretur,
ergo

ergo in unoquoque genere non esset unum, quod est metrum, & mensura omnium, quæ sunt E
7 sub illo genere, quod est contra Arist. decimo diuin. & probatur id, quod consequitur, hæc enim mensura realis est, quoniam mensurata in re sunt, atqui ens, quod in re est ab ente rationis metiri nequit, ergo primi mensurantis unitas in re est, hæc unitas non est singularis, quoniam nullum singulare est in genere, quod sit metrum omnium, quæ sunt in illo genere, quoniam in indiuiduis eiusdem speciei, non est hoc prius, hoc uero posterius, uti 3. huius Arist. docet, ergo unitas numeralis in re existens, omnium quæ sub genere sunt, mensura non erit, neq; eorum mensura est, quæ in specie sua sunt, ergo erit aliqua unitas in re existens, minor unitate numerali. Quarto in specie athoma fit comparatio, quæ est una natura, non autem in genere, quoniam hac unitate uacat, ueluti ex 7. phys. constat, hæc unitas non est rationis, nam
29 generis conceptus, apud mentem, ita unus est, ueluti speciei conceptus, alioquin nullus conceptus in quid, de multis speciebus diceretur, quare nullus conceptus genus esset. ergo Arist. opinatur, quòd species est una, non unitate numerali quoniam in ea non fit comparatio, quare unitas hæc speciei, in re erit, & altera ab unitate numerali. Ad idem unius oppositionis realis opposita, & extrema in re existunt, contrarietas uero realis oppositio est, ergo contrarietatis extrema sunt in re. Secunda propositio ita ostenditur, omni mentis opere circumscripto, contrariorum alterum, destruit alterum, ergo utrumque contrarietatis extremum debet esse unum, F
aliqua unitate reali, sed unum numerali unitate non est, quoniam tunc præcise hoc album, huic nigro esset contrarium, & ita tot essent prima contraria, quot indiuidua, utrumque igitur extremum, cum unum sit, unitatem in re existentem habebit, à numerali diuersam. Demum si omnis unitas esset numeralis, ergo omnis diuersitas realis esset numeralis. sequitur enim ratio, quoniam idem, & diuersum sunt immediate opposita, uti decimo huius patet. consequens absurdum est, quoniam tunc omnia æque different. confirmatur ratio, ignis generans ignem, aut hunc singularem ignem intendit, aut uniuersalem non singularem: quoniam singularia sunt præter intentionem artis, & naturæ: si uniuersalem, ergo datur ignis uniuersalis, & communis. Sed horum opinio multifariam argui consueuit, & primum, conclusio prima arguitur: si enim uniuersale pro secunda intentione, nullum esse in rebus haberet, ergo figmentum foret nempe id, cui ad extra esse aliquod non respondet, figmentum est, quare cum uniuersale hoc, iuxta eos ita se habeat, figmentum erit. Deinde huiusmodi uniuersale, est prædicatum pluribus commune, atqui in re, ut ipsi testantur est natura, cui non repugnat ex se, ut communis pluribus sit, ergo aliquid in re est. Ad idem, affectio entis existentis in re est, sed uniuersale, teste G
Auer. 2. libro paraph. Meth. est naturæ affectio, quæ, secundum hos in re est, ergo uniuersale hoc reale erit. Arguitur etiam secunda conclusio, per Auer. eod. lib. si uniuersale est aliquid in rebus, uel ita est, quòd per se stat, & non in ipsis singularibus existentiam habet, quemadmodum Plato fuit opinatus, quod si confiteantur, Arist. aduersantur. si uero per se non stat, sed in suis singularibus esse habet, hæc communicatio cum suis indiuiduis, opus est, ut altero modorum fiat, uel quòd unumquodq; indiuiduum suam portionem habeat, ut puta, quòd humanitatis quandam partē Socrates habeat, ita & Plato, & cæteri singulares homines, quod si detur, absurdum sequeretur, hominem de suis indiuiduis in quid non prædicari, hæc enim, uera non esset prædicatio, Plato est homo, Nam quod hominis partem habet, homo non est, Aut intelligi potest, ipsum uniuersale in singularibus indiuiduis totum esse, quod altero modorum necessum est, ut fiat, aut quòd uniuersale in se multiplicatū sit, ita quòd uniuersale, quod Socratis quidditatem manifestat, aliud sit, ab eo quod Plat. naturā notificat. sed neque hoc cōcedi potest, uō.n.eis unū esset intelligibile. Aut intelligi potest, idē numero in omnibus uniuersale esse & ita in infinitis foret, quorū aliqua oriūtur, aliqua intereūt, quare idē generabitur et corrūpetur secūdū numerū. Insuper cōtingeret, ut idē numero simul cōtraria habeat, quoniā uniuersaliū aliqua, H
per differentias oppositas diuiduntur, quemadmodū animal, per rationale & irrationale, quare si idem numero est quod in homine, & bruto reperitur, ergo idem numero animal simul contraria habebit. Neque itidem afferendum est, uniuersale unum in multis, quemadmodum totius forma, in suis partibus est, quoniam contingeret animal ex asino, boue, & equo, alijsque speciebus compositum esse, quare species inuicem ligatæ erunt, aut contiguæ, uti sunt partes formæ totius, quod nefas est asserere. Deinde uniuersalis natura in singularibus est, ergo per modum naturæ suscipientis recipitur; ergo singulariter, omne enim quod in aliquo recipitur, secundum modum illius recipitur; ergo erit singularis, ergo actu in re uniuersalis non erit. Mox omnis affectio per se primo superiori conueniens per se non primo, inferiori competit, quemadmodum primo poster. Arist. monuit, sed unitas illa specifica, quæ minor est, unitate numerali, est affectio per se primo speciei conueniens, ergo per se non primo suis indiuiduis, ergo indiuidua pluribus communia erunt. Quare dubia horum sententia est. sunt, & aliæ opiniones, quæ quoniam uanæ sunt, idcirco silentio mandantur.

Propria

A

Propria opinio. *Cap.* 28.

HVcusque uarias philosophorum sententias de uniuersali attullimus, nunc propria est referenda, quæ ut perspicua reddatur, erunt quædam tamquam bases. & fundamenta suscipienda, atque primum est, naturam ipsam, utpote hominis, bouis, & animalis ex se, neque uniuersalem, hoc est pluribus communem, neque singularem esse, sed indifferens est, ut uniuersalis, atque singularis efficiatur, se habent enim ueluti animal quod neque rationale, neque irrationale est, sed utrumque est fieri aptum, hoc ita probatur. Si natura ex se uniuersalis esset, nunquam singularis fieret, & si singularis nunquam uniuersalis redderetur: hæc enim opponuntur, quare ut utrumque efficiatur, indifferens est; ex quo aliud inferri licet, uniuersale & singulare proprietates naturæ esse, quæ ei secundum alterum, & alterum esse conueniunt, nam quemadmodum postea explicabimus, natura, ut in re est, ei conuenit, ut singularis efficiatur, ut uero in mente esse habet, uniuersalis euadit. Singularis uero natura efficitur per proprietates indiuiduales, quæ accidentia sunt, quæ ita in uno reperiuntur indiuiduo, quòd omnia simul in alio
B reperiri nequeunt, quemadmodum Porph. docuit. Itaque quando natura his accidentibus astricta est, singularis, & indiuidua efficitur, uniuersalis uero fit natura per mentem, mens enim quando naturam contemplatur, non ut est proprietatibus coniuncta, uniuersalis fit, ita enim pluribus communis euadit, quare uniuersale actu ab intellectu fit. ex his illud claret, uniuersale naturã non esse, sed prædicatum, quod naturæ conuenit, quando illam mens ob accidentibus indiuiduantibus spoliat, quemadmodum Auer. 2. libro. paraph. Meth. monet, his uerbis, Sed de uniuersali iuxta hunc modum poterit aliquis dubitare, & dicere, quod cum nos putamus hæc " uniuersalia esse abstrahibilia ergo de necessitate sunt accidentia, quomodo ergo poterunt mani- " festare substantias rerum per se stantium, cum iam sit dictum quòd id, quod notificat quiddita " tem substantiæ, est substantia. Sed hoc dubium facile soluitur, uidelicet, quia quando intelle- " ctus abstrahit illas formas à materia, & intelligit essentias earum, secundum suam ueritatem, siue " sint formæ substantiæ, siue accidentium, Tunc accidit eis in intellectu ipsa uniuersalitas, non quod uniuersale sit, essentia formæ illarum substantiarum, & ideo uniuersalia sunt de secundis intentionibus, sed quibus accidunt, uniuersalia, sunt de primis. hæc Auer. quibus patet, uniuersalia, accidentia esse secundo intellecta, & quod neque manifestant indiuiduorum quidditates, sed id
C utpote natura, cui uniuersalitas accidit, indiuiduorum quod quid est notificat.

Dubitationes diluuntur. *Cap.* 29.

SEd circa hæc dubia sunt, & primum, si natura potestate est, ut uniuersalis, & singularis efficiatur, ergo intelligi potest, absque eo, quod intelligatur, ut uniuersalis, & singularis. secundum dubium, si uniuersale secunda intentio est, ergo est figmentum, nam, id cui nihil ad extra respondet, figmentum est. Sed dubia hæc eodem lib. Auer. soluit, & primum asserens naturam, siue substantiæ, siue accidentis extiterit, cum eam mens contemplatur, iuxta eius essentiam, & quidditatem, neque uniuersale, neque singulare fore, quoniam tunc mens, iuxta eorum ueritatem illas comprehendit. & ut exemplo rem ostendamus, quando mens naturam humanam in Socrate existentem comprehendit, proprietates indiuiduales non intelligens, quibus Socratis fata erat, ita in se concipitur, atque iuxta eius rationem, quo pacto neque ut uni propria neque ut pluribus communis apprehenditur, Verumtamen naturam hanc ita conceptam, uniuersalitas consequitur, ita enim sibi, ut pluribus communis sit, conuenit, & cum ita à mente in-
D telligitur, nullum accidit mendacium, nam natura iuxta propriam rationem spectatur, ita enim neque proprietates indiuiduales claudit, neque pluribus communis est, quemadmodum cum mens à superficie, lineam obstrahit, quæ quidem separatio non est nisi longitudinis conside ratio absque latitudine, quippe in lineæ ratione, latitudo non cadit, & idcirco a latitudine lineam separare potest, hoc est, ipsam comprehendere, superficie non intellecta. quoniam abstractio non est, nisi rei consideratio, iuxta eius rationem, ea non intelligendo, quibus ad extra res est coniuncta, quemadmodum posterius magis patebit. secunda uero dubitatio soluitur, sed primum quædam suscipienda erunt, atque à falsi ratione exordiemur, quod id dicitur quod non eodem modo in mente, & in re se habet, Nam uerum id esse, aiunt, quod uniformiter in mente, & in re se habet. Sed falsi significata diuersa sunt & primum est, quòd res solum mente consistat, & nullo modo extra: secundum, quòd res extra esse habeat, sed ita in mente, non se haber, quod bifariam contingit, quod, in mente sit secundum rerum compositionem, quæ extra simul compositę & unitę non sunt ita quod res extra reperiuntur, sed earum compositio nequaquam, uti dicitur de hirco ceruo. Aut intelligere possumus quod extra res inueniantur, quæ

uarias,

uarias, diuersasque naturas habeant, quæ tamen secundum existentiam colligatæ, & coniunctæ sunt, mens itaque huiusmodi res adinuicem separat quoniam eas apprehendit non intelligendo quæ ad earum naturam non pertinent, atqui hæc apprehensio falsa minime est, Nam proinde mens ita res intelligit, quoniam ita separabiles sunt, quemadmodum enim res separabiles sunt ita intelliguntur, ueluti Arist. 3. de anima monet. atqui ita mens naturam ob uniuersali, atque singulari abstrahit, quoniam eam percipit, his, quæ ipsam consequuntur non intellectis. in hunc modum Mathematicus punctum à linea, hanc à superficie, quam a corpore abstrahit, quoniam ita separabiles sunt, hoc est sunt ita aptæ intelligi. inde fit, quoniam mens formas naturales absque materiam intelligere nequit, ut in earum ratione materia includatur. Verum quam uis mens sine materia, formas non percipiat, non tamen eodem modo, ueluti sensus, quippe sensus has iudicat formas prout singulares sunt, & in materia significata consistunt, mens uero à materia significata abstrahit, hoc est intelligit huiusmodi formas, proprietates accidentales, quibus signâtur non intelligendo, quoniam signata materia formæ rationem non ingreditur, quare formas percipit, iuxta suas ueritates. Ex his dubitationis solutio aperta fit, an uniuersale aliquo pacto esse in re habeat, & constat quòd potentia extra existit, Nam extra, natura est, quæ apta est, cum mens ipsam, à signata materia separauerit, ut communis fiat, quare ictu uniuersale in mente est, potentia uero in re, fit uero actu, à mente, quotiens naturam a materia signata spoliauerit: ei contingit, ut uniuersalis fiat, hoc est, pluribus communis, non quod uniuersale ipsa natura sit, sed naturæ accidit. & hoc fortasse latini asserere uolunt, quando naturam, uniuersale pro prima intentione nuncupant. Verum cum in re est, natura pluribus communis non est, sed singularis est, quare solum potentia natura est, ut uniuersalis efficiatur, & hoc quidam affirmare uolunt, quando aiunt, naturæ non repugnare, ut uniuersaliter percipiatur, quoniam in re potentia est uniuersalis. Atqui ita Auer. uerba intelligenda sunt 12. huius, intellectus est, qui facit uniuersalitatem in rebus. & primo de anima, uniuersale, aut nihil est aut posterius est, quoniam est accidens naturæ conueniens, quando iuxta suam ueritatem intelligitur, & idcirco recte Auic. 5. suæ Meth. equinitatem, esse tantum equinitatem, & neque uniuersalem, neque singularem quoniam in eius ratione, neque uniuersale, neque singulare accipiuntur, quando sunt proprietates quæ naturæ accidunt, ob uarium, & diuersum esse, itaque potentia, uniuersale in re est, quoniam in re est natura, quæ de pluribus est apta affirmari, actu uero, de pluribus prædicatur, quando mens eam à materia signata separat. ex his id apertum fit, quo pacto fieri potest, ut genus utpote animal, de homine prædicetur, si pars eius est. Auer. hoc declarat asseritque, animal, ut in re est, de homine non prædicari, quoniam ita hominis pars factum est, & pars de toto in recto non prædicatur, ut uero in mente est, animal de homine affirmatur, ita enim non pars, sed totum est quoniam spoliatum ab omnibus his est, ob quæ singulare erat. Ex quibus quid secunda intentio sit constat, quoniam affectio est, quæ naturam consequitur, ut in mente esse habet, quare secundæ intentioni esse in re non actu, sed potestate respondet, est enim extra, naturæ aptitudo, ut uniuersalia à mente fiat. Sed dubium contingit, nam non omne uniuersale, pluribus commune esse uidetur, ueluti illud quod in rebus sempiternis reperitur, utpote sol, & luna, hæc enim uniuersalia sunt, quæ tamen pluribus communia esse nequeunt. huic dubitationi Auic. facit satis, asseritque uniuersale trifariam accipi, primo id uniuersale dicitur quod actu de multis affirmatur, secundo pro eo, quod possibile est, de multis affirmari, etsi eorum nullum in re sit, ueluti de eclipsi constat. tertio uniuersale dicitur id cui non repugnat, ut de multis affirmetur, si uero non prædicatur, ei accidit ex causa extrinseca, quemadmodum sol, quam sententiam Albertus insequitur, in secundo de intellectu, & intelligibili, inquit enim solem, & lunam esse formas communicabiles, si uero actu non communicantur causa est quoniam totam materiam sub se comprehendunt. Verum hi plurimum hallucinantur, his enim formis non solum ex parte interna, sed externa, repugnat, ut pluribus communicari possint, Nempe aput peripat. fieri nequit, ut quippiam ab intrinseco sit possibile, quin etiam ab extrinseco possibile non sit, quare si ex propria natura possunt pluribus communicari, ergo nulla esse potest causa extrinseca, quæ hoc impediat. Deinceps, si horum sententia uera esset, contradictio de eodem simul esset uera, nam si ex propria natura, possunt pluribus communicari, ergo si possibile ponatur in actu, non sequitur impossibile, ergo si hæc possibilitas in actu ponatur, huiusmodi substantiæ erunt, actu communicabiles, ergo cum eo tunc, à causa extrinseca impediatur, ergo non erunt cõmunicabiles, quare simul erũt cõmunicabiles & nõ cõmunicabiles. ita. n. ratiocinatur Arist. aduersus eos, qui, quod sua natura corruptibile est, ab alio fieri sempiternũ posse putabant. Ex his eorum claret error, qui aiunt, quòd unaquęque quidditas, quatenus est de se, potest absque contradictione, sub ratione uniuersali intelligi, & proinde plures angelos sub eadem specie esse posse credidere, hoc enim quod accipiunt uerum non est, natura omnis quidditas quatenus est de se, non est pluribus communicabilis, quoniam illud contingeret ab-

surdum

Margin notes (in order): XI; E; F; 4 8; Cap. 1.; G; Cap. 2.; H

A ſurdum, in æternis ſub eadem ſpecie, actu plura eſſe indiuidua, quoniam in æternis non differt eſſe, à poſſe, quare ſi ſempiterna multiplicari poſſent, actu iam multiplicata eſſent. Et idcirco iuxta peripat. aſſerendum eſt, quidditatem, quatenus quidditas eſt, neque eſſe communicabilem, neque ſibi repugnare, ſe habet enim, ueluti animal, quod quatenus animal eſt, neque rationale neque irrationale eſt, quidditas enim materialis, pluribus communicabilis eſt, ob id, quoniam imperfecta eſt, quemadmodum primo cæli & ſecundo de anima Auer. docet, miſerta enim inquit, eſt natura, nam cum non potuit ipſam facere, ut ſecundum indiuiduum ſpermaneat, miſerta eſt, & ei dedit uirtutem, ut ſecundum ſpeciem permaneat. Quidditas uero ſempiterna pluribus communicari nequit, quoniam materia uacat, quæ multiplicationis cauſa exiſtit. Quare quidditatis ſempiternæ, ut quidditas eſt, neque ei conuenit, ut pluribus ſit communis, neque item repugnat: ueluti enim homo quatenus animal ſpectatur, neque ei conuenit, ut ſit rationale, neque ei repugnat. ſempiterna itaque natura, quatenns ſempiterna eſt, ei ut pluribus ſit communis, repugnat. quare ut dubitatio ſoluatur, natura in rebus ſempiternis, re uera uniuerſalis non dicitur, quoniam nunquam intellectus comprehendere poteſt, ut eſt pluribus communis, ſed ſi uniuerſalis dicitur, non uere, ſed ſecundum naturam intelligendi modum, Nempe nos B diſcrimen facimus inter hunc ſolem, & ſolem, & hunc ſolem ſingularem, ſolem uero uniuerſalem nuncupamus. quoniam ei quatenus natura non repugnat ut ſit uniuerſalis. 4.34

Scoti rationes ſoluuntur. Cap. 30.

HAEc cum oſtenſa ſint, Scoti rationes nunc ſoluendæ ſunt. & quo ad primam attinet, dicimus naturam, mentis actu ſecluſo, eſſe ſolum ſingularem & uniuerſalem, non niſi poteſtate, quæ enim actu ſingularis eſt, potentia eſt uniuerſalis, & actu uniuerſalis euadit, cum mens eam à proprietatibus indiuiduantibus ſpoliauerit, quare, quoniam natura ex ſe non magis eſt apta, ut ſingularis, & uniuerſalis efficiatur, iure ab utroque ſeparatur. Diluitur ſecunda, Non enim hic color, neque uniuerſalis color, niſum mouet, ſed coloris natura, ut ab utroque abſtrahit, nempe hoc album uidendi poteſtatem excitat, quoniam in ſe albedinis naturam claudit, quę neque nniuerſalis, neque itidem ſingularis eſt. Non minus & tertij argumenti ſolutio conſtat, quod tale eſt, obiectum naturaliter ſua potentia prius eſt, uniuerſale mentis obiectum eſt, ergo ipſa mente naturaliter prius eſt, ergò priuſquam ab intellectu fiat, uniuerſale eſt. C multifariam argumentum peccat, primo quoniam uniuerſale mentis obiectum non eſt, Ipſius enim res ſubiecta natura eſt, prout ab uniuerſali, & ſingulari abſtrahit, quæ cum ab intellectu percipitur, uniuerſalis euadit. Deinde, ut ipſemet teſtatur, obiectnm dupplex eſt, alterum enim agentis actionem terminat, & finit, quemadmodum obiectum, quod gignentis actum terminat res genita eſt, Alterum nero obiectum eſt, quod mouet, & illud dicitur, circa quod poteſtas ſuam actionem exercet, quemadmodum uegetalis anima obiectum, circa quod operatur eſt alimentum, qnod potentia caro eſt, actu uero oppoſitum, ueluti primo de ortu, & ſecundo de anima ab Ariſt. unuſquiſque perdiſcere poteſt, quare huius homnis ratio, aut de obiecto, quod mouet, fluit, & ita propoſitum minime concludit, ſed potius oppoſitum, nempe obiectum tale actu nō eſt ſed potētia, quare ſi uniuerſale motiuū obiectū eſt, antequā mentem moueat, potentia erit, & non actu, ſi uero uniuerſale intellectus actum terminat, conſtat iam ab intellectu eſſe fabricatum. Verum ut exactius res manifeſtetur, intelligere oportet, hominis mentem, neque nouas formas, neque ſpecies, quas intelligibiles nuncupant, ſuſcipere, in ſe enim rerum omnium naturas, & quidditates retinet, (quemadmodum tertio de anima ſatis abunde docuimus) itaque mens naturam repræſentans, ſine proprietatibus indiuidualibus, atque ita eam in- D telligens, cauſa eſt, ut uniuerſalis euadat. Nam ita, cum natura relucet, pluribus communis eſt, quare, natura ad extra intellectum minime mouet, ſed qnam primum à fantaſia apprehenditur, ob nexum, quæ eſt inter ipſam, & mentem, intellectus ſtatim naturam ſine proprietatibus indiuidualibus refert. Diluitur & alia ratio, quæ id, quod in principio eſt petit, accipit .n. menſurata in re exiſtere, quare accipit naturā uniuerſalē eē in re, & inferre eius unitatem, in re eſſe, modo, quis dubitat, quòd ſi natura uniuerſalis in re eſt, quòd eius unitas realis erit, ergo ratio petit, docuimus .n. naturā in re actu eſſe ſiugularē, poteſtate uero uniuerſalē ergo unitas extra actu exiſtēs, numeralis exiſtit, poteſtate uero minor eſt unitate numerali quoniā naturā cōſequitur, quæ potentia eſt uniuerſalis, itaque id, quod metrum eſt, natnra eſt, non tamen, nt ſingularis, neque ut uniuerſalis, ſed quatenus natura, quare metrum non ſingulare eſt, ſed natura, quæ in ſingulari clauditur. quo ad aliam ſpectat, confitemur in ſpecie athoma, fieri comparationem non tamen admittimus huic naturę, actu unitatē, minorē unitate numerali in re correſpōdere, ſed hoc ei à mente aſcribitur, & quemadmodum hæc comparatio ab intellectu fit, ita hæc unitas, ei à mente tribuit. Neque tamen obſtat, id quod infert, in genere, huiuſmodi comparationem fie-

ri posse, quoniam in mente, speciei unitas, maior noo est, illa generis. Decipitur arguens, si- E
4 quidem in mente specifica unitas maior est, ea quæ generis est, quemadmodum 12. huius Auer. docet, inquiens, uniuersalia sunt collecta ex singularibus in intellectu, qui accipir similitudinem inter ea, & facit unam inteotionem. Verum in hac singularium similitudine latitudo est, quemadmodum primo de anima Them. monet, asserens genus ex tenui, & subobscura similitudine singularium collectum esse, speciem uero ex maiori similitudine: mens iraque ex similitudine maiori, unitatem maiorem efficit, & ex minori minorem. soluitur, & alia, contraria etenim, quæ actu existunt, actu noo nisi numeralem unitatem retinent, quoniam in re non nisi singularia sunt, potentia uero uniuersalia, quare, & uoitas actu oumeralis, potentia uero mioor unitate numerali, contraria etiam quæ agunt, singularia suot, ratio uero agendi, oeque siogulare, neque uniuersale est, sed natura in singulari clausa, uelut hoc calidum agir, ooo quia hoc calidum, sed quia calidum. Postrema dissoluitur ratio, omnis oãque diuersitas, quæ in re est, actu oumeralis est, uerum quoniam in re natura existit, quæ porentia uniuersalis est, ita in re præter oumeralem unitatem, est unitas ea minor, noo actu, se potestate, quemadmodum natura non actu uniuersalis est, sed potestate.

F

Si orta ex putri, & ex semine eiusdem speciei sint prima opinio. *Cap. 31.*

QVo pacto in re uniuersalia esse habeant, cousimiliter quomodo mente consistant, iam docuimus, quare ad alia diluenda fundamenta, sermo coouertendus est. Verum, quoniam id quod subsequitur, iam solutum est, oempe substantiæ formam, proximum gignendi principium esse posse, probauimus, idcireo de tertio disputabimus, quod ex his, quæ ex putri materia oriuotur, suum trahit ortum. Hæc enim uiuentia dubitationem pariunt, propterea quòd sine ageote particulari hæc orta esse uidentur, & calori cælesti eorum ortus ascribendus non est, cum, quoniam accidens est, & in cæli uirtute operatur, quod, cum uoiuersalis causa sir, in rebus effectis diuersitatem nullam facir, quare ut uaria, & diuersa uiuenria oriaotur, causa esse oequit, neque cælestis calor propria uirtute hæc uiueotia gignit. quoniam accidens est, At uero accidens substantiam generare nequit, quare ad ideas recurrendum est. Cæterum, ut omois de re proposita dubitatio tollatur, & funditus idearum moles euertatur duo à nobis, de ortis ex putri, explicanda erunt, quorum alterum est, si ex putri orta, cum his, quæ ex semine origioem trahunt, eiusdem speciei sint. Hoc enim plurimum confert, nam si eiusdem erunt spe- G
ciei ergo eorum ageotia particularia sunr, à quibus sunt facta, si uero alterius speciei existunt, agens eorum proprium excogitandum erit. Et idcireo secundum quæsitum de generante erit, sed quo ad primum pertioet prius aliorum sententias referemus. Plato in oratione funebri, quam in Menexeuo composuit, Atticas gentes laudibus extollens, inquit, tempore, quo tellus animalia gignebat aliquas feras producebat, Attica uero tunc sterilis erat, sed cum fæcunda, quam primum facta est, homines gignere cœpit. quæ res ita confirmari potest, tellus hominis, & animalis cibum subministrat, ergo hominem, & animal gignere potest, ex quibus enim animal nutritur, ex eisdē geoeratur, quare si alimētū aoimaliū terra præstat, ergo animalia effingere potest.
prob.13 Huius senteotiæ Arist. esse uidetur, decima particula problam. quærit enim, cur animalium quædam ex se inuicem oriuntur, quædam uero ex putri, ueluti à principio genita sunt, ueluti quidam naturales asserunt, ob cæli reuolutiooes, ex putri a priocipio cuncta orta fuisse. soluens inquit quædam animalia parua esse, quæ paruo semine iodigent, atque parum affecto, & idcirco pro illis gignendis cæli mutatio sufficiens est, Vniuersa itaque uiuentia in priocipio ex terra orta fuisse confitetur. & secundo polit. priscos legis latores arguens, asserit, putandum est priscos illos homines, siue ex terra geniti, siue ex corrupto semine rerum omnium ignaros fuisse. Quam etiam opinionem Auic. prosequi uidetur, qui libro de animalibus asserit, animalia uoiuersa sine discrimine ex putri, & ex semine oriri posse, & idcirco fæmellam ad generationem non esse necessariam putauit, nisi ob locum generationi bene accomodatum. Raro eoim extra uterum, ob elementorum repeotinas mutationes, locus alicuius animalis generatiooi accomodatus reperitur, iure prouida natura de fæmellę utero sollicita fuit. Hanc sententiam, Ioannes Gram. tertio de animalium ortu, Euripidi & Petosiri, & Neocepso ascribit. Hi enim uniuersale uiuentium ioteritum, interdum fuisse putarunt, qui ex illuuione emersit, quare eum uiuentium species restauratę sint, oon oisi ex putri instauratę sint. Huius opinioois uaria, & diuersa sunt fundamenta, & primum, Quæ consimilem resolutionis modum habent, etiam coosimilem generationis obtinent modum, atqui uiuentia omnia iu terram dissoluuntur, ergo ex ea gigni possunt. secundū, Cælū cum elemētis sufficiens principiū interitus omniū uiuēium existit, ergo cælum cū elementis uiuentia omnia producere ualet. tertium, Quod potest uirtus inferior, potest, & suprema, sed agentia quæ apud nos sunt, cælo uiliora sunt, & ex semine animalia procreare H
possunt,

A possunt, ergo magis cælum, sine agentibus particularibus, & sine semine hæc eadem animalia gignere potest, cum sit uirtus superior. Quarrum, quemadmodum est in rebus artificiosis ita est in rebus naturalibus, atqui ars artificiosa eiusdem speciei ex uarijs, diuersisque specie materijs facit, hoc idem igitur natura efficere potest. Arguunt, & alij probantes, hominem ex terra gigni posse. Homo, uel libere, uel necessario gignit. non secundum, dandum est, nam tunc hominis libertas tolleretur, ergo primum dandum est, ergo poterit non generare, at possibili posito in actu, non sequitur absurdum, non generet, ergo oportebit alterum duorum affirmare, uel species non esse sempiternas, quod nefas esset confiteri, uel quod homines ex putri gigni possint. Deinde uidemus plantas ex silvestribus fieri domesticas, mures etiam ex putri & ex semine gigni possunt, ergo, & uniuersa uiuentia, sine discrimine ex semine, & sine semine oriri possunt, nam nulla ratio uidetur quare hæc & non omnia ita generari possint.

Refellitur opinio. Cap. 32.

SEd horum sententiam, tertio de animalium ortu Arist. arguit, si quandoque homines, & quadrupeda ex terra genita fuissent altero modorum, ut oriuntur, necesse est, aut enim ex uer-B me constituto primum, aut ex ouo. Quippe quam primum animal genitum est, alimento indiget, ergo uel à parente, uel in ipso conceptu præparatum est, non enim extrinsecus est, non enim adhuc perfecta sunt, ut alimentum extrinsecus sibi comparari possint, atque ipsum concoquere, atqui à parente alimentum non habent, essent enim ex semine orta, ergo ut in ipso conceptu alimentum sit, oportet, quare, uel erit à parte ex qua animal generatur, alimentum distinctum & ita ouum, in eo enim est materia generationis animalis, distincta, à materia, ex qua nutritur. ex albumine enim animalia, corpus effingitur, ex uitello uero, totum animal nutritur. si uero alimentum à parte, ex qua generatur animal, separatum non est, ita ex uerme generabitur, in uermibus enim pars, ex qua animal oritur, à parte nutriente distincta non est, primum enim superiora fiunt, septum uidelicet & caput, deinde ex eo toto, quod superest, inferiora generantur, nutriuntur uero à cibo, in parte superiori, confecto, utpote in septo, quemadmodum in caseo uidere licet, uermiculi enim geniti, secundum partem quidem superiorem determinati sunt & mouentur, secundum inferiorem immobiles sunt, & caseo anexi. Quare si homines, & quadrupeda, ex terra orta fuissent, ergo uel ex ouo, uel ex uerme, sed non ex ouo, nempe nulliua animalis generationem sponte ex ouo factam fuisse uidemus. neque etiam ex uer-C me, quoniam hoc insectorum proprium est, ex terra igitur homines, & quadrupeda oriri nequeunt, Deinde ex eisdem, animalia nutriuntur, ex quibus generantur, ergo si homines ex limo geniti essent, etiam ex limo nutriri possent. Ad hæc, dantur animalia quæ solum ex putri fiunt ut ostreæ atq; anguillarũ genus. Rursus sunt animalia, quæ & ex putri & ex semine fiũt, ergo dantur animalia, quæ solum ex semine oriuntur, & idcirco perfecta animalia, ueluti homines, & quadrupeda oriri secundum Arist. ex terra nullo modo possunt. si uero Plato oppositum uisus est affirmare, dicendum secundum uulgarem opinionem fuisse loquutum, quemadmodum, etiam Arist. decima particula problematum, ibi enim concedit homines, ab initio ex terra fuisse genitos, uoluit enim uulgari opinioni adhærere, quoniam nihil obstabat ad causam tradendam, si uulgaribus adhæreat, cur uidelicet aliqua ex semine, aliqua ex putri generentur, secundo uero polit. dubius fuit, & nihil certi affirmauit, eius tamen opinio est, uniuersa uiuentia, sine discrimine ex terra, & semine oriri non posse, quemadmodum ex multis ipsius locis constare potest, ueluti quarto de Historia animalium, quinto eiusdem operis, hoc idem etiam in sexto & primo de animalium ortu, & septimo huius, quod secundo de anima confirmauit. Oppositæ uero rationes de facili dissoluuntur, & quoad primo pertinet fatemur, animalia uti in terram resoluun-D tur, ex terra oriri, sed non solum, nam unum quodque mixtum in quattuor resoluitur elementa, ita ex horum miscella generatur, neque etiam proxime in terram dissoluitur, quemadmodum ex hominis dissolutione constat, quare neq; proxime ex terra generatur. Secũda de facili soluitur, non enim cælum solum interitus causa est, sed necessum est, ut corrumpens particulare concurrat, quemadmodum in generatione se solo cælo uiuentia non gignit. Tertia ratio quanti momenti sit, ex retro explicatis constare potest, nempe ea propositio, quod potest uirtus inferior, potest, & superior, secundum peripat. uera non est, alioquin illud contingeret absurdum, quod aqua non humectaret, nec ignis combureret, quemadmodum antea docuimus. Soluitur quarta. Et simile non est de artificiosis, & naturalibus. Ars enim solum accidentia producit, & idcirco rei artificiosæ forma, in pluribus specie distinctis materijs reperiri potest, natura uero, substantiam gignit, ideo rei naturalis forma, non nisi in unica secundum speciem materia reperiri potest, ueluti in 7. huius Auer. exponit. Ad postremam uero rationem dicendum est homines secundum speciem necessario generare, ne species deficiant, secundum indiuiduum uero contingenter, & libere gignit.

Ca. vlt. C. 1. 15. 1. 23. 24

 E

Secunda opinio. *Cap.* 33.

QVidam uero alij, animalia uniuersa in tres gradus distinguunt. Sunt enim non nulla quæ
solum ex semine oriuntur, ut quæ perfectissima sunt, quemadmodum homo & anima-
lia quæ ei finitima sunt, & causa est: Nam etsi in horum animalium ortu, dupplex ma-
teria requiratur, utpote materia compositionis, quæ rei pars in existens est, est & materia alte-
rationis, uti lignum in ligni ortu: tamen quanto animal generandum perfectius est, tanto in eius
ortu pauciores alterationis materiæ expolcũtur, sed quanto imperfectius, tanto plures exquirun-
tur, quare cum homo & reliqua animalia, quæ ei proxima sunt, perfectissima animalium sint;
igitur ex unica tantum alterationis materia procreari possunt, ut puta ex semine. Sunt & non
nulla alia animalia, quæ & alterum extremum sunt sortita, ueluti sunt animalia petris affixa, &
anguillarum genus, & alia complura, hæc enim ob naturæ imperfectionem, ex putri materia so-
lum oriuntur & nullo pacto ex semine. sunt & inter hæc animalia media, quæ non sunt adeo
uti prima, perfecta, neque ita imperfecta, ueluti secunda, ueluti sunt illa, quæ ex putri solum
oriuntur, sed media sunt, & ita hæc ex semine, & sine semine, & ex putri materia oriri possunt, F
ueluti mures, uespę, & cætera huiusce generis. Hanc eorum sententiam, ex pluribus confir-
mant, primum per Arist. 7. huius, qui asserit, esse nonnulla animalia, quæ eadem, ex semine,
23 oriri possunt, Deinde, quæ easdem actiones habent eandem quoque naturam & speciem sunt sor-
tita, sed nonnulla animalia ex putri, & semine orta, eadem membra, & consimiles actiones ha-
bent, habent enim eadem organa, & membra. cerui non differunt, à leonis membris, nisi quia
anima, differt ab anima, eandem etiam motionem retinēt, ex unitate enim motionis primo cæli
Arist. naturæ unitatem conclusit, ergo eiusdem naturæ erunt. Ad idem, quæ eundem operan-
di modum habent, eiusdem naturæ sunt, Nam unius naturæ secundum speciem, est unicus ope-
randi modus secundum speciem, quæ uero ex putri materia orta sunt, sibi simillima in specie
generare possunt, quemadmodum, ea, quæ ex semine oriuntur, ergo erunt eiusdem naturæ.
18 Demum ignis, & ab igne, & à motu fieri potest, ueluti 12. huius testatur Auer. ergo a pari
erunt nonnulla animalia, quæ sponte, & ex semine oriri possunt.

Refellitur opinio ab Aueroe. *Cap.* 34. G

46 ATqui horum opinio ab Auer, arguitur, cum 8. phys. tum primo de animalium ortu: &
prima ratio hæc est, si eadem uiuentis species ex semine, & sine semine gigneretur ergo
species hæc duas materias proximas haberet, quare una species nō una sed plures haberet.
Nempe in his quæ materia constant eorum natura, & quod quid est non magis à forma, quam
à materia pendet, quemadmodum superiori disputatione docuimus, ergo ueluti forma si diuer-
sa est species diuersa erit, consimiliter, si speciei materia erit diuersa species alia efficietur, quare
cum materia ex qua orta ex putri fiunt, alia sit ab ea ex qua uiuentia ex semine oriuntur, ergo una
species non esset una, sed plures. Quæ ratio ita confirmatur, species idcirco una est, quia for
ma est una, atqui forma una esse nequit, nisi materia propria una sit, ergo, si plures speciei mate-
riæ propriæ fuerint formæ quoque plures erunt. Quare cum utriusque animalis materiæ diuersę
sint & specie distinctæ, ergo formæ erunt quoque natura distinctę, quare species erunt, distinctæ
Secunda ratio, Effectus ad suas causas habitudo necessaria est, ergo quemadmodum effectus
specie unus non potest a pluribus agentibus proximis, neque a diuersis proximis formis depende-
re, ita neque à pluribus materijs proprijs, quare cum seminalis materia, & putris specie ad inui-
cem distinctæ sint, ergo ab eis idem effectus, secundum speciem proficisci nequit. Atqui hæ H
duæ rationes à latinis molestantur, & propositum non probare affirmant. Quippe in animalium
ortu duplex semper apparet materia, quarum altera materia alterationis nuncupatur, & est ex
qua corrupta, & alterata quidquam oritur, quæ rei pars, quæ fit, non est; altera uero materia
compositionis nuncupatur, ex qua res ut ex sui parte constituitur; quare ad rationes ita respon-
dent, Vnicus effectus secundum speciem, ex uaria diuersaque alterationis materia oriri potest,
quemadmodum ex uario, diuersoque alimento, utpote ex carne, pane, uino, & consimilibus,
sanguis quidem secundum speciem effectus est, oritur, itaque quamuis putrida materia à semi-
nali materia specie sit distincta, nihil tamen obstat, quin ab utraque idem uiuens secundum spe-
ciem gigni non possit. sunt enim alterationis materiæ. Materiæ uero compositionis diuersæ
esse nequeũt sed in utroque animali una & eadem secundum speciem est, quod ita probant. In
putri enim materia solis, & aliarum stellarum uirtute, uirtus quædam formatiua producitur quæ
ad eiusdem speciei animalia procreanda ordinata est, quemadmodum uirtus in semine existens,
18 ueluti ipsemet Auer. 12. huius testatur, ubi hæc habet uerba calores generantes quamlibet spe-

A ciem, specierum animalis proprias habent mensuras ex quantitate motuum cælestium, & dispo-
sitionibus stellarum in propinquitate, et remotione illarum. quæ quantitas motuum est uelocitas
& tarditas motuum planetarum, quibus horum inferiorum materiæ alterantur ob calores pro-
ductos ab eis mediante lumine, & motu, ex his caloribus diuerso modo affectis, ob distantiam
& propinquitatem calor in materia putrida fit qui ad hoc, & non ad aliud animal in specie pro-
ducendum regulatur. idem ratione ostendunt, expertum etenim est ex aliqua putri materia hoc
potius quam aliud gigni animal, ueluti idem Auer. ex opinione Themistij refert 12. huius, ut
pote ex carnibus humanis iam corruptis uermes, ex uino uero putrefacto muscilliones oriuntur,
quod fieri non posset, nisi quia in materia hac aliquod est effectiuum principium huius, & non al-
terius formæ. Sed quis ab his quęrere posset quomodo calor in materia putri alius, & diuersus
à cælo effici potest. soluunt atque aiunt diuersitatem proficisci ex propinquitate, & distantia
stellarum secundum situm, & lucum penesque accipi potest alia, & alia proportio in caloribus
à cælo genitis pro quanto stellę plus, uel magis soli copulantur, secundum distantiam, & propin
quitatem ad putridam materiam, atqui ita uarius & diuersus calor commistus à stellis ad hæc
animalia producenda exoritur. Ex quibus duo apparent, alterum compositionis materiam se-
B cundum speciem eandem esse, quæ eadem efficitur, ab agente partiri utpote à calore in materia
putri existente, alterum quod apparet agens uniuersale non esse sufficiens ad hæc animalia pro-
ducenda, sed agens particulare requiritur, quod est calor in materia putri a sole, & stellis ge-
nitus. Est alterum dubium, quo pacto à stellis in materia hac putri calor hic produci potest,
cum maxime à materia putri stellę procul sint. soluunt cælum stellis intermedijs in aere, & aqua,
atque in terra, calorem producere, qui cum genitus est alium in materia putri generat, qui cæ-
li uirtute, in quo formæ omnes uirtute continentur animal gignit. Cæterum sunt nonnulli qui
Auer. subsidium afferre conatur atque demonstrare nituntur idem secundum speciem effectus à
uaria, diuersaque alterationis materia, quod gigni non posit, atque horum hæc est ratio, quod-
libet, non fit ex quolibet, sed ex suo definito opposito, ex cuius interitu, fit id quod gignitur,
quemadmodum in physicis Arist. docuit, unaquęque species materiam alterationis definitam
habet, in qua rei producendæ propria priuatio continetur ergo aliqua species, ex uaria diuersa-
que secundum speciem alterationis materia gigni nequit. Sed hi multifariam decipiuntur, Nem
pe primum sensui aduersantur, cum apertissime constet eundem secundum speciem effectum ex
diuersa alterationis materia gigni quemadmodum sanguis ex carne, pane, uino, & consimilibus
C gignitur. Deinde materia alterationis latitudinem habet, cum non sit species athoma, quare ex
pluribus materijs alterationis dummodo in una ratione propinqua consentiant, idem secundum
speciem effectus gigni potest, ratio uero hæc propinqua propria rei producendæ priuatio est,
quæ in his diuersis materijs reperitur, eius merito idem secundum speciem uiuens produci po-
test, quippe ex illis oritur non quatenus diuersæ sunt, sed ut in illa ratione consentiunt.

Defenditur Auerroes. Cap. 35.

SEd hi cum Aueroim arguunt, summopere increpandi sunt, nempe putris materia, à calore
in ea à stellis producto, nunquam eiusdem speciei cum materia, ex qua uiuentia ex semine
oriuntur, fieri potest, & ita Auer. rationes, non de alterationis materia (quemadmodum
latini fingũt) sed de cõpositionis materia intelligẽdę sunt. quod ita probare aggrediamur. Calor
materiæ putridæ in existẽs, si materiã illã eãdẽ secundũ speciẽ cũ materia, ex qua aĩalia ex semine
oriũtur, efficit, aut uirtute propria hoc operaĩ aut stellarũ uirtute, quarũ merito animalia hæc gi-
gnit, atqui, primũ dãdũ nõ est, materia propria uirtute, nõ nisi calorẽ producere põt. deinde calor
D hic, accidẽs est, ergo in substãtia, diuersitatis causa esse nequit. neq; secundũ cõfiteri possunt, quã-
uis aperte hoc concedant, stellæ etenim, & cælestia uniuersales causæ solum sunt, à quibus in re-
bus effectis nulla diuersitas proficiscitur, quare stellarum uirtute calor hic, materię diuersitatem
non operabitur. item stellæ sunt de substantia cæli, ergo propria ratione non possunt in rebus
effectis distinctionem efficere, siquidem nullum prædicatum, quod rei sub ratione generis com
petit, repugnat illi, quòd eidem rei sub propria conuenit ratione, sed stellis per naturam cæle-
stem conuenit, distinctionem non efficere, ergo per propriã rationem, oppositũm, eis conueni-
re nequit, uidelicet diuersitatem efficere. Adhuc cælum non agit, nisi per stellam tamquam
per organum, ueluti 2. cæli constat, ergo si à cælo nulla uarietas causatur, ergo neque à 42
stellis. Quare calor in materia putri residens, nullam operabitur diuersitatem. Demum aspe-
ctus, situs, & quantitas, stellarum accidentia sunt, ergo stellę in uirtute suorum accidentium,
substantiam uiuentem, atque in rebus effectis distinctionem producerent, quod absurdum esse,
cunctis constat. Quare si materia utriusque animalis propriæ, ut Aueroes ratiocinabatur, spe-
cie seiũctæ sunt, igitur ex illis idem secũdum speciem effectus fieri nequit. Tertia Auer. ratio est,

ſi eadem ſpecies ex ſemine, & ſine ſemine fieri poſſet, igitur, mas, & fæmella fruſtra forent, E
quippe natura abſque maris fęmellæq; coniunctione, huiuſmodi animalia æque bene, ueluti
ex ſemine gignere poſſet. ratio hæc Ariſt. ſapit, qui primo phyſ. Anaxagoram arguit, qui re-
rum infinita ſtatuit principia. ita ratiocinatur, fruſtra per plura, quæ fieri poſſunt per pauciora
& æque bene, quare ſi per principia finita, ortus, & ſcientia rerum defenditur, fruſtra igitur in-
finita ſtatuuntur principia. ita ratiocinatur Auer. ſi æque bene ſine ſemine, hæc animalia gigni
poſſunt, fruſtra igitur mas & fæmella in hac ſpecie erunt. Poſtrema Auer. ratio deducit ad
incōmodum, ſi animalia hæc, eiuſdem eſſent ſpeciei, ergo eadem ſpecies natura & caſu fierent,
nempe ea caſu, gigni dicuntur, quæ raro & præter agentis intentionem fiunt; ea uero à natura
oriuntur, quæ ſemper, uel ut plurimum ſecundum agentis propoſitum fiunt. atqui animalia
ex ſemine orta, ut plurimum ita gignuntur, & ſecundum agentis propoſitum, ergo à natura fiunt,
quæ uero ex putri generantur raro & præter agentis intentionem, ergo caſu facta ſunt. ſed ratio
hæc, a latinis moleſtatur, nempe aiunt, non præter intentionem caloris, quæ in putri materia
reſidet, animalia hæc gigni, immo calor hic, non niſi ad hæc animalia producenda, effectus eſt.
ſed ſolutio hæc nulla eſt, nempe antea docuimus, huiuſmodi calorem, quoniam ſtellarum uir-
tute operatur, nullam in rebus effectis diuerſitatem operari poſſe, quare talis calor huiuſmodi F
uiuentium non intendit diuerſitatem, cum uniuerſalis cauſa inſtrumentum ſit, at nullum caſu fa
ctum pręter uniuerſalis agentis intentionem, fiunt, ea enim caſu gigni dicuntur, quæ cum ra
ro fiant, pręter agentis particularis intentionem oriuntur. quare recte ratiocinatur Auer. Cum
itaque Auer. rationes hunc in modum defenſæ ſint, ſupereſt proprias nunc referre rationes, qua-
rum prima eſt, quęcumque eandem habent naturam, eandem quoque ut actionem habeant,
opus eſt, & cum quæ ex ſemine ſunt, eis ſimillima generent, ſi ea, quæ ex putri fiunt, eandem ſor
tiuntur naturam, ergo eandem actionem, hæc enim actio naturaliſsima eſt uiuenti, ſed ne-
34 quaquam eandem habent actionem, ut ſecundo de anima habet philoſophus cum inquit, Natu-
raliſsimum opus uiuentibus eſt, quęcumque non orbata, ſed perfecta: aut ſpontaneam genera-
tionem habent, facere alterum tale, quale ipſum, ut animal quidem animal, planta autem plan
tam, ſed quæ ex putri, ſpontaneam generationem habent, nam ea ſponte oriri Ariſt. aſſerit, er-
go ſibi conſimilia non procreabunt, ergo eandem naturam non habent. ratio confirmatur, ani-
malia, quæ ſui generis prolem non generant, eiuſdem naturæ non ſunt enim his, quæ ſui gene-
ris prolem generant, ſiquidem quę in natura conueniūt, & in actione naturaliſsima adhuc con-
ueniunt, at quæ ex ſemine ſunt orta ſui, generis ſobolem procreant, quæ uero ex materia putri G
Ccap. 1. nequaquam, ut philoſophus primo de animaliū generatione refert, illa generant quidem, uerum
non ſui generis prolem, hæc ſunt quæcunque fiunt, non ex animalibus, ſed ex terra putri, aut ex
c. 16. c. 1 excrementis, & eod. lib. tum ſecundo eiuſdem, ſunt nonnullę, inquit, quæ neque marem, neq;
& 4 fæmellam generant, ut quæ ex non fæmellæ mariſque coitu procreantur, igitur fieri non poteſt,
ut animalia hæc eandem naturam ſortiantur. ſecūdo confirmatur, quæcumque ſunt eiuſdem ſpe-
ciei, quicquid uni per ſe conuenit, & alteri indiuiduo conuenit, ſi itaque animalia hæc eiuſdem
ſpeciei eſſent, quicquid uni per ſe conueniret, & alteri, at animalibus ex ſemine ortis per ſe con-
c. 1. " uenit, ut alterum quale ipſum generent, ergo, & animalibus ex putri, quod Ariſt. primo de
" gen. animalium negat, his uerbis, Eorum autem ipſorum, quæcunque quidem ex coeuntibus
" cognatorum animalium fiunt, ipſa quoque ſecundum cognationem progenerant, quæcumque
" uero ex non animalibus, ſed ex putri materia, generant quidem, ſed diuerſum genus, & quod
procreatur, neque fæmina eſt, neque mas, igitur non eiuſdem ſpeciei ſunt. ſecundo quæcumque
c. 1 eiuſdem ſpeciei ſunt eundem generationis modum habent, ut idem philoſophus primo de gen.
animaliū habet, ſed animalia orta ex ſemine, & ſine ſemine, ut quæ ex putri orta ſunt eundem ge
nerationis modum non habent, cum ea à ſibi ſimilibus in ſpecie, hæc uero nequaquam, ergo non
ſunt eiuſdem ſpeciei. tertio generationes ſpecie diſtinctæ, arguunt formas ſpecie diſtinctas, ſi- H
6 quidem 3. phyſ. mutatio, & terminus mutationis eiuſdem ſpeciei ſunt & non differunt, niſi ſe-
cundum magis & minus, quoniam mutatio eſt forma tendens ad perfectionem, terminus mo-
tus eſt forma perfecta, quæ ſuam perfectionem eſt conſequuta, ſed generatio ex putri & ge-
neratio ex ſemine, (ut ipſi fatentur) ſunt ſpecie diſtinctæ, ergo & termini harum mutationum
ſunt ſpecie diſtincti, forma igitur animalis ex putri materia & animalis ex ſemine eiuſdem ſpe-
ciei non erunt, ergo neque animalia ipſa. minor ratione etiam probatur, uno accepto, quod
termini à quibus fluunt, eiuſmodi mutationes, ſunt ſpecie diſtincti, (ut etiam ipſi fatentur) ex
18 his arguo, demonſtratione Ariſt. 3. phyſ. motus, qui fluunt à terminis, à quibus, ſpecie diſtin
ctis terminantur, ad terminos ſpecie diſtinctos. ſed eiuſmodi generationes fluunt à terminis, à
quibus, ſpecie diſtinctis, ergo termini eorum, ad quos, erunt ſpecie diſtincti, ita enim philo-
ſophus arguitur 3. phyſ. ut Gram. teſtis eſt, motus, qui ex diuerſis principijs fiunt, in unum
terminum duci nequeunt, nam qui ex diuerſis, non niſi ad diuerſos terminos, cuius cauſa eſt,

inquit

A inquit Gram. quoniã omnis mutatio cũ sit, in terminos contrarios, ergò sequeretur ut uni & eidem, duo essent contraria, quod absurdum est, quoniam uni, unum semper contrarium correspondet, quæ ratio monstrat, cum ipsi fateantur, terminos à quibus, esse specie distinctos.

Tertia opinio. *Cap. 36.*

Ex posterioribus nonnulli, opinati fuere, ea quę ex putri oriuntur uiuentia, esse eiusdem speciei, cum his, quę ex semine oriuntur, nõ tamen ueluti hæc, illa perfecta sunt, uerum, quoniam quattuor isti exponunt, idcirco nos singula eorum dicta referemus. Primum itaque ostendunt uiuentia ex putri orta aliquo modo eiusdem speciei, & aliquo modo non, cum his, quæ ex semine oriuntur, quod ita ostendunt. Ea eiusdem speciei esse dicuntur, quæ eandem formam secundum speciem habent, uerum cum forma, aliud non sit, quam actus ex temperamento, & proportione qualitatum resultans, proportio uero talis erit, quales erunt dispositiones productæ, quæ ueluti natura agentis se habet, & aptitudo subiecti, pro illis recipiendis, ita se habebunt. Quare si agentis natura, & subiecti aptitudo, manifesti fuerint, omnia aperta erunt.
B Cælum itaque uiuentia, quæ imperfecta sunt gignit, perfecta uero nequaquam, & causa est, quoniam materiam perfecte disponere nequit, si enim dispositiones, quæ ad animalium perfectorum ortum conferunt producere posset, utique huiusmodi animalia efficere posset. Quare cum animalia ex putri orta generet, causa est, quoniam materiam afficere potest. Verum quoniam appropriatum materiæ putri non est agens, ideo ita perfecte materiam non disponit, ueluti agens proprium & particulare, quare forma in tali materia suscepta, quoniam in materia minus præparata residet, imperfecta est, quare animalia ex semine & ex putri orta eandem formam habebunt, quæ tamen ex putri orta sunt imperfecta sunt, quoniam eorum forma, materiæ, imperfectas dispositiones habenti, coniuncta est. quæ à simili persuadent, si quis enim optimæ temperaturæ fuerit, & salubri cibo utatur, sanguis optimus generabitur, si uero insalubriori cibo utatur, sanguis imperfectus gignetur, ita cælestia cum sint agentia uniuersalia, & alicui subiecto nõ sint propria, minorem agendi uim habent, quàm agentia propria, putris uero materia generationi minus apta est, quam semen, quare effectus imperfectus efficietur, & quo materia, minus apta erit pro generatione, eius quod generandum, eo, imperfectior effectus erit. quare ad primum quæsitum solutio constat, ea quę ex putri orta sunt aliquo modo eadem cum genitis ex se-
C mine sunt, aliquo modo non, sunt enim eadem, quoniam formam eandem habent, non eadem uero, quoniam imperfectiora ortis ex semine sunt, cum sint ueluti monstra in illa specie. Secundum eorum dictum, an ex putri orta generare possint, ad quod respondent, & dicunt, quòd si omnia ex putri orta imperfecta sint, & ueluti monstra, inter se tamen relata, secundum magis, & minus distinguuntur, ueluti in plantis, illæ imperfectissimæ sunt, quæ paucis organis egēt illisque non multum elaboratis, ideo facilius ab agente ad perfectionem reduci ualent, putris etiam materia minus indisposita est, etiã e terra nutriantur, quare ea, quæ imperfectissima sunt, quoniam hæc magis ad speciem accedunt, idcirco alterum quale ipsa sunt, generare ualent, ueluti in plantis apparet, quæ ex silueſtribus fieri possunt domesticæ, quæ gignere possunt. Quæ uero minus imperfecta sunt, quoniam pluribus egent organis & magis elaboratis, quæ ab agente complete fieri non possunt, hæc quamuis generent genitum, neque mas, neque fæmella erit. Tertium eorum dictum est, an hæc, quæ genita sunt, a uiuentibus ex putri ortis, sint eiusdem speciei, cum parentibus. soluunt, afferuntque non ita diuersæ speciei esse, uti homo, & bos, neque ita eiusdem speciei sicuti singulares homines sed ut monstra illius speciei, magisque imperfectiora sunt, suis parentibus. Res enim in his non secus sese habet, quam si parentes, imbe-
D cillis complexionis extiterint, filios imbecilliores generarent: ita cum orta ex putri imperfecta sint, quæ ab ipsis oriuntur, imperfectiora erunt, & uidētur potius esse non talia, quàm talia, ueluti lendines uidentur potius non esse pediculi, quam pediculi. Postremum eorum dictum est, an hæc generare adhuc possint, quod soluentes afferunt, plantas, quoniam inter uiuentia imperfectissime sunt, & præcipue, quæ ex putri ortę sunt, quæ ex his oriuntur, generare posse: sed orta ab animalibus ex putri, non amplius gignere ualent, quoniam in talibus neque mas neque fæmella est. Ex his uaria, atque pugnantia Arist. loca conciliant. Arist. enim secundo de anima & 12 huius uocat hæc orbata, & imperfecta. 7. uero huius & 6. de Historia animaliũ, & decima particula problem. inquit, aliqua eadem ex putri, & ex semine fieri, in istis uero locis, de his loquitur quæ immediate ex putri oriuntur, quæ non ita à specie recedunt, ueluti ea quæ ab ipsis genita sunt; ideo rectius eadem, quam non eadem dicuntur, quoniam eandem formam habent, propter hoc tamen nõ tollitur, quin sint, imperfecte eadem. quando uero 5. de Historia animaliũ, & primo de animal. gen. inquit, non esse eiusdem speciei, neque posse generare, quoniam in eis, neque mas, neque fæmella est, his enim in locis non loquitur de his, quæ proxi- 34. 13 25. 15. prob. 66 Cap. 1.

me ex putri oriuntur, sed de illis, quę à genitis ex putri ortum habuerunt, quia hæc maxime à specie recedunt, quæ rectius non eadem, quam eadem dicuntur, in quibus neque mas, neque fæmella est, non tamen diuersarum specierum sunt, quoniam eandem habent formam, quamuis satis imperfectam. E

Arguitur opinio. *Cap.* 37.

ATqui horum hominum sententia uana est, & ut eius mendacium apertum fiat, singula ria dicta erunt increpanda. Inquiunt enim primo, orta ex putri eiusdem speciei esse, cum his, quæ ex semine, uerum his imperfectiora sunt. hoc itaque primum dictum, ita eorum armis arguimus, quemadmodum se habet proportio, ita actus, & forma, quæ ex illa proportione resultat, proportio uero, ut dispositio se habet, quæ agentis naturam consequitur, quare cum agens spontinorum animalium specie diuersum sit, ab eo, quod animalia ex semine gignit, ergo dispositiones specie erunt distinctę, quare proportio, & forma: si ergo in forma dissentiunt, eiusdem speciei esse nequeunt. Deinde, ut Auer. ratione horum errorem conuincamus, materiæ propria specie distinctę sunt, ergo & formę, quare animalia orta, specie erunt diuersa. Retro enim docuimus, fieri non posse spontinorum animalium materiam propriam, ab agente specie eadem fieri non posse, cum ea, quæ sunt animalium, quæ ex semine orta sunt. Penes aliud quoque decipiuntur, aiunt enim, quoniam cælestia alicui subiecto appropriata non sunt, idcirco minorē agendi uim hebere, & materiam recte disponere nequeunt, ueluti particularia agentia. Si namque cælestia appropriata non sunt, ergo absque agente particulari materiam nullo modo disponere ualent, siquidem, quando est aliquod agens, quod ad uiuos, diuersosque effectus gignendos indifferens est, si magis hunc, quam alios perducit, necesse est, ut noua causa agens concurrat, cuius merito magis hunc, quam, alios gignat, quare cum secūdum eos nullum agens aliud concurrat, nisi cælum, eiusque calor, ergo materiam aliquo modo pro alicuius animalis ortu, disponere nequit. falluntur etiam, quo ad secundum dictum, inquiunt enim imperfecta uiuentia, ueluti stirpes, simillima gignere posse, cum hoc enim affirmant, Arist. F

Cap. 1. demonstrationem euertunt, primo de animal. ortu, qua ostendit, spontina animalia, aut non generare, aut specie diuersum gignere, si enim consimilia efficerent, ipsa quoque à consimilibus in specie genita essent, quoniam generanti, & genito idem est gignendi modus secundum speciem. Ab Arist. etiam dissentiunt, qui eodem uolumine, inquit, de plantis idem esse iudicium, uti de animalibus, ex putri ortis: quare cum secundum eos animalia spontina propriam speciem perpetuari non posint ergo neque stirpes hoc opus explere possunt. Allucinantur etiā penes tertium, quemadmodum ex allata Arist. demostratione patet. si enim animalia ex putri orta, gignunt, id quod neque mas, neque fæmella est, quærimus si genitum hoc, eiusdem, uel alterius speciei sit, si eiusdem, ergo parentes à consimilibus in specie orti sunt, si uero alterius est speciei, ergo parentes à diuersis secundum speciem orti sunt, ita enim Arist. ratiocinatur. quartum eorum dictum omnino falsum est, plantas uidelicet, quæ sponte genitę sunt, consimiles plantas gignere posse; ab Arist. enim dissentiunt, qui idem iudicium de plantis, & spontinis animalibus esse fatetur. Euertunt demum Arist. rationem, ita enim Arist. ratiocinatur, hæc, uel non generare, uel si gignunt, aliud secundum genus gignere. Quare horum hominum dicta ueritatem in se nullam continent, quorum etiam mendacium ex his quoque, quæ aduersus secundam opinionem diximus, depprehendi potest. G

Aristotelis opinio, de ortis ex putri. *Cap.* 38. H

ARistotelis itaque opinio, (cui Ioan. Gram. & Auer. consentiunt) hæc est. animalia, quæ ex semine, atque ex maris fæmellæque concubitu orta sunt, siue perfecta, siue media sint eiusdem speciei, cum his quæ sponte oriuntur, non esse, sed alterius naturæ, atque speciei. Nempe si eiusdem naturæ essent, eundem secundum speciem gignendi modum essent sortita, quæ enim secundum speciem eadem sunt, eundem generandi modum secundum speciem habent, quare possent consimilia in specie generare, quod fieri nequit. quod Arist. primo de animal. ortu ita demonstrat, Si namque animalia sponte orta animalia specie eadem generarēt ipsa quoque ex semine genita forent, animalibus enim quæ eiusdem speciei sunt, id est à natura tributum, ut eundem generationis modum secundum speciem obtineant, ergo non suæ speciei sobolem gignunt, ergo si generant, dissimillima in specie procreabunt, & iterum quæratur, an hæc, sui generis, uel alterius partem efficiant, non enim eiusdem naturæ animalia gignunt, ipsa enim ex diuerso genere orta sunt, quare dissimillima gignunt, de quibus iterum quæratur, an nihil, uel dissimile secundum speciem, non secundum, ne in infinitum abeatur, quare eorum

generatio

A generatio complebitur. Verum Ariſt. demonſtratio difficultatem patitur. Animalia namque,
non unigenia, ut quorum tempora ſunt ęqualia, & geſtationes proximę, & corporum magnitu-
dines, non multum diſcrepant, cum ſimul coeunt, diuerſum ſpecie generare 2. de animalium Cap. 5.
ortu Ariſt. teſtatur, Quare idem abſurdum Ariſt. contingit, Nam ſi generant, aut in infinitum
generatio fieret, aut idem ſpecie generabunt; eodem etiam libro quorundam de mulorum ſteri Cip. 6.
litate ſententiam arguens, qui idcirco mulorum genus ſterile eſſe teſtantur, quoniam ex genere
diuerſia ortum eſt, ex diuerſis ſiquidem ſpeciebus; ut ſpecie diuerſum gignatur, opus eſt, qua
re, cum mulorum genus, ex equa, & aſino quæ ſpecie diuerſa ſunt, gignatur, id in cauſa
eſt, ut aliquid ex mulia non gignatur, ne in infinitum in ſpeciebus abeatur. Hanc ratio-
nem inanem, uanam, atque logicam eſſe fatetur; quare, cum eodem modo eius demonſtratio
fluat, ergo uana, atque logica erit. Demum in his, quæ eiuſdem ſpeciei ſunt, abſurdum non
eſt, ut in infinitum proficiſcatur, igitur cur natura abhorret, ut quæ ſunt ſpecie ſeiuncta in in-
finitum non tendant? Sed hæc ita ſolui poſſunt, & pro ſolutione, intelligere oportet, animalia
quæ ex diuerſis ſpecie orta ſunt, ex ſemine tamen, aut coeunt, cum his, quæ eiuſdem ſpeciei
ſunt, cum parentibus; ueluti animalia, quæ ex cane & uulpi orta ſunt, ſi cum cane, aut uulpe
B coiuerint, uulpem cum Vulpe, Canem uero cum cane, efficient. Sed hoc dubium parit, Nem
pe idem eſt generanti, & genito ſecundum ſpeciem gignendi modus, ergo ſi ex ſpecie diuerſis ipſa
orta ſunt, non poſſunt niſi ſpecie diuerſum generare. Quidam inquiunt, hæc animalia idcirco ad
huc generare, quoniam eorum parentum, uti canis, & uulpis naturam retinent, & ideo ſui gene
ris prolem gignere poſſunt. Sed hæc Ariſt. non ſapiunt, Nam animalia ex cane, & uulpi or-
ta, quærimus ſint ne, ab eorum parentibus ſpecie ſeiuncta; & ſecundum Ariſt. perſpicuum eſt
eſſe ſpecie diuerſa, quare non niſi ſpecie diſtinctum generabunt, quare ſi cum cane fæmina co-
iuerit, cuius etiam parens fæmina fuit, licet canem efficiat, id in cauſa eſt, quoniam canis mo-
do genitus, à parentum altero ſpecie ſeiungitur, quare cum canis hic, ſit a parentibus ſpecie di-
uerſis genitus, alterum ſpecie diſtinctum procreabit, & non animal, quod eiuſdem generis eſt.
Ariſt. adhuc 3. de animal. gen. apum generationem inueſtigans, cum oſtendiſſet ex Regibus, ſeu Cap.vlt.
Ducibus, apes, & Duces generare, cauſam largitur, cur ab apibus non aliſ fuci, & non apes ge
nerari, inquit, cauſam eſſe, quoniam apes ex diuerſo genere, utpote à Regibus oriuntur, quæ
enim ex diuerſo genere procreantur, diſsimilis generis prolem generant, eadem quoque cauſa
canis nuper genitus, cum à diuerſo oriatur genere, ſui generi prolem non generabit. Qua-
C re animalia hæc ſemper dum gignunt, nunquam ſui generis ſobolem gignunt, neque tamē in in-
finitum proficiſcitur, ſed ad id deueniendum erit, quod amplius non generat, pari pacto etiam,
ſi quid ex cane & uulpe ortum eſt, cum leone coiuerit diuerſum ſecundum genus procreabit, quo
rum generatio & ſi aliquantulum protrahatur, ut complementū habeat oportet, quod per Ariſt.
confirmari poteſt, qui cauſam largiens cur fuci, qui ex apibus ſunt orti, non gignant, inquit:
quod quæ ſecundum naturam ſunt ordinem habent, quare licet perfectorum generatio longius
protrahi poſsit, non tamen in infinitum, nec ſpecies actu infinitas eſſe conſitemur. Animalia ita
que, quæ a parentibus ſecundum ſpeciem diuerſis ex ſemine genita ſunt gignunt quidem, non ta
men eiuſdem ſpeciei ſobolem, ſed alterius ſpeciei, & eorum ortus complebitur, ita quæ ex pu-
tri orta ſunt, generant quidem non tamen ſui generis prolem in eia enim mas, & fæmella eſt, qua
re ſimul coire poſſunt, ſui tamen generis prolem non gignunt, ſed diſsimilem, ueluti pulices len-
dines gignunt, qui aliud animalis genus amplius non effingunt, primum ex eo planum fecit,
nam ſi id, quod generant orta ex putri, eſſet cum parentibus eiuſdem ſpeciei, conſimiliter gi-
gnentia ex ſemine fuiſſent orta, ſiquidem gignentibus & genitis idem eſt ſecundum ſpeciem ge-
nerandi modus. Secundum ita oſtendit, ſi generent alterum ſpecie diſtinctum, & eorum nunquā
D compleretur generatio, in ſpeciebus abitio in infinitum foret. Quare non tollit philoſophus,
hæc generare non poſſe, ſed quod genitum eiuſdem ſpeciei ſit cum parentibus negat, quod am
plius generare nequit, quoniam neque mas, neque fæmella eſt, quod ortum eſt. Sed ut res
magis diſtincte percipiatur; ſciendum eſt animalia ex ſemine orta, quæ ſuam trahunt originem
à parentibus ſpecie diſsimilibus eorum ortus aliquantulum in rectum trahi poteſt, quoniam ad
ternarium numerum ſaltim extendi poteſt, niſi aliud non impedierit ut ſi ex parentibus ferè ſte-
rilibus orta ſunt, ueluti mulorum genus, ſpontinorum uero animalium ortus binarium nume-
rum non pertranſit, ſed eorum generatio ibi completur, quemadmodum Ariſt. docuit. ex his
apertiſsime claret animalia ex putri orta, & ſi generant, ſui tamen generis prolem non gignunt,
quare ut eandem cum his, quæ ex ſemine oriuntur naturam habeant fieri nequit. Sed quis am-
bigere poſſet, ſi ex ſemine orta à diſsimilibus parentibus, diuerſam generis prolem procreant,
cum mas formam à qua ſpeciei unitas ſuſcipitur, fæmella uero materiam largiatur, igitur mas
eam dabit formam quam habet, quoniam nemo, quod non habet largiri poteſt, ergo ſi canis
mas eſt qui coit formam canis dabit, quod igitur ex uulpe fæmella, & cane mari gignitur canis
formam

formam habebit, ſed quæ eaodem ſecundum ſpeciem formam habent, ſpecie noo diſtinguuntur, E
igitur quod ex diuerſis ſpecie ortum eſt diſsimile, ſpecie non erit, conſimiliter ocque mulus ab
equo, & aſioo ſpecie diſtinguitur, neque itidem quod à ſpootinis animalibus ortum eſt, ab eis
ſpecie ſeparabitur. Mures deinceps ex putri orti io naui nouiter conſtructa, murium multitudi-
nem generant. Qui ſemen anima uacare teſtantur, ita primam dubitatiooem diluunt, facultas
in ſemine exiſtens, quam formatiuam medici nuocupant, quamuis ea animam largiri oportet
quæ ſpecie eadem eſt cum ea, quæ generantis eſt ob materiæ diuerſitatem, eam producit, quam
poteſt, & quæ generanti magis conſimilis eſt, quod quidem ob materiæ ineptitudinem, atq;
retinentiam prouenit. Sed ab his dubium recte noo ſoluitur, Nempe dubitatio quærit, cum ne-
mo det, quod noo habet, generans itaque animam quam eius inſtrumentum educit, non habet
& inſtrumeotum non agit niſi io uirtute primi agentis, igitur, aut generanti coosimilem in ſpe-
cie formam, aut nullam procreabit. Deinceps facultas formatiua, uel materiam ſuperat, uel
ab ea ſuperatur: ſi primum generanti procul dubio formam conſimilem gignet; ſi ſecundum, ea
orietur forma, quæ generanti materiæ eſt ſpecie eadem. Arguitio hæc Ariſt. ſapit, ita enim, ra
tiocinatur, quando cauſam largitur cur quandoque fæmina quandoq; mas interdum procreetur
pariter cur parentibus, uel maioribus genitum quandoque conſimile eſt, ſi eoim maris facultas F
ſuperat ſibi conſimilem effectum efficiet, ſi ſuperatur, fæmellæ perſimilis efficietur. Et idcir-
co nos ſecus dubitationem ſoluimus. Atque primum id accipimus, quod retro non ſemel do-
cuimus rei compoſitę uidelicet ſubſtantiam, & quod quid eſt ex materia, & forma conflatum
eſſe. ſecundum accipiendum eſt ſemen anima non uacare, ſed uegetali anima prēditū eſſe, quem
admodum in diſputatione de ſemine docuimus. Ex his ita ſoluitur dubium, quod enim ex cane
mari & uulpi fæmella procreatur formæ ratione ſpecie à cane non diſtinguitur: eadem enim
ſecundum ſpeciem generanti, & genito forma eſt, & utriuſque forma oon niſi accidentali-
bus quibuſdam præparamentis ſeparatur, quorum cauſa generaotis munera, aut non ex-
plet, aut diminutione explet, deficit enim quodammodo à propria natura. Materia uero ex
qua ab his parentibus oritur, quod generandum eſt ſpecie à cane generante diſtinguitur; quę iti-
dem materia una cum forma ex cane tradita genitis ſubſtantiam componit, ob quam genitum
à geoerante cani ſpecie diſtinguitur, ſeminis namque forma, quooiam materiam non conueni-
entem inuenit ad eam ducit coouenientiam, ad quam poteſt, nititur enim pro uiribus materiam
ſpecie conſimilem generantis materiæ efficere. Verum cum ſeminis forma non niſi in generantis
uirtute operatur, ex ea materia nó niſi formam ſpecie generanti conſimilem educere poteſt, & id G.
circo genitum neque omnino ſimile, neque omnino diſsimile parentibus eſt, ſed partium ra-
tione partim ſimile, partim diſsimile. Nempe ratione materiæ à fæmella ſpecie oon ſeparatur,
quamuis merito formæ, cuius cauſa à mare oon diſtinguitur. canis itaque, & uulpes generan-
tes magis adinuicem ſeparantur, quam id quod ab eis ortum eſt, quæ cum ſpecie ſeparentur ſe
cundum utrumque principium genitum ab his alterius principij ſolum ratione ſeparatur, & hu-
Cap. 3. ius rei ſignum ab Ariſt. ſecuodo de animal. ortu accipi poteſt ioquiens ſi quod ex uulpe, & cane
mare genitum eſt cum uulpe coiuerit, quod ex his oritur uulpis efficietur, quoniam cum quod
generandum eſt uulpis materiam obtinet, & ei tantum uulpis forma deficit, quę à uulpe mari tra
ditur neceſſario uulpis efficitur, ſi modo materiæ, & formę ratione à uulpe diſtingueretur nun-
quam ortum uulpis fieret, quoddam à uulpe ſpecie diſtioctum, Nam quæ ex omoioo ſpecie diuer
ſis generantur, prorſus à ſuis parentibus ſpecie diuerſa ſunt quemadmodum Ariſt. eo libro oon
ſemel docuit, neq; tamen horum ortus in infinitum progreditur, quoniam hoc amplius gigne-
re nequit, nempe orbatum, & imperfectum eſt, ſemper enim quod à parentibus diſsimilibus ori
tur ab illis deficit, atque eis impefectius eſt. Ad id uero, quod de muribus aſſeritur confitemur
mures in naui repertos ex putri ortos fuiſſe, & ex concubitu alios generare, qui cum ſuis paré- H.
tibus eiuſdem ſpecici oon ſuot quoniam eorum parentes ex ſemine geniti noo fuerunt, Verum
nunc exorti alios generare nequeunt, quoniam io eis, neque mas, neque fæmella eſt, quare mu-
rium multitudo idcirco cauſatur, quoniam eorum quidam ex putri, nonnulli uero ex coocubi-
tu eorum, qui ſpoote ortum habuere, geniti ſunt. Idem quoque iudicium de muſcis, & cica-
dis faciendum eſt. Ariſt. uero proiode uanam, atque logicam eam rationem nuncupat, non
quòd ex falſis fluat ſed quoniam non ex proprijs, ſed ex communibus, non enim idcirco mulo-
rum genus ſterile eſt quoniam à diuerſis ſpecie pareotibus ortum eſt, Nam animalia, quæ à
diſsimilibus generè parentibus oriuntur generare poſſunt, quàmuis eorum ſoboles io infinitum
non tēdat, quare mulorum geous, etſi à parentibus diſsimilibus ortum ſit, diuerſi generis ſobo-
lem generare poſſet. ergo inquit philoſopus hos fuiſſe deceptos, quoniam non cauſam pro cauſa
tradunt, quippe cauſa uera eſt, quoniam à parentibus ferè ſterilibus muli oriuntur. Diluitur
poſtrema dubitatio, in his enim quæ eiuſdem ſpeciei ſunt infinitum natura ſecundū ſucceſsionem
non abhorret, quoniam ob continuam indiuiduorum ſucceſsionem, ſpecierum æternitas ſalua

A fit,at in his indiuiduis quæ alterius speciei sunt infinitum modo admittit natura,quoniam sctu in finitę species essent; uempe species sempiternas esse oportet. quare ut unde fluxit redeat sermo, animalia ex putri orta quamuis gignant, ortum tamen alterius speciei est, & neque mas, neque fæmella est, & idcirco ulterius eius non progreditur generatio, quod iusta de causa à natura factum est,natura enim quando res fieri potest semper paucioribus utitur.quare si absque maris, & femellæ secretione hæc animalia generare potest,cur ita nou semper ea natura generet uulla ratio est, otiose enim maris & fæmellæ secretionem in his animalibus fecisset, cum per pauciora sine secretione hac æquebene horum ortum efficere posset. ex possibilibus enim semper quod melius est natura operatur:non ergo eiusdem speciei animalia hæc erunt cum his quæ ex semine geni ta sunt.

Dubitationum solutio. Cap. 39.

QVæ cum in hunc modum explicata sint,opposita fundamenta nunc soluenda sunt;& quo ad primum pertinet uerum minime est animalia spōte orta,& quæ ex semine sunt easdem
B habere actiones, siquidem naturalissimum uiuentium opus & generare alterum quale ip sum, ut quæ orbata non sunt, & imperfecta, neque spontaneam habent generationem. Quare cum spontina uiuentia consimilia generare nequeant, easdem actiones non habebunt, quare,neque formæ à quibus actus fluunt,ueq; organa specie eadē erūt quāuis eadē genere sint,neq; etiā corpus & motus,siquidē unitas motus specifica ab unitate mouentis & mobilis pendēt,ut 5. & 8. phys. Arist. docuit,quare si hæc specie sunt distincta ita motus erunt distincti.signum autem est complura animalia bruta, quæ specie seiuncta sunt, motu progressiuo mouentur, hic uero motus idem specie non est cum ipsa sint distincta. stirpes quoque ex putri orti sui generis sobolem non gignunt, neque apes, & uespes uti retro docuimus. Quod uero ad Arist. auctoritatem pertinet inquit nonnulla eadem & semine, & sine semine fieri,nō intelligit, quod eadem specie athoma uiuentia ex semine, & sponte oriantur, alioquin à semet ipso, & à ratione dissentiret, sed dicuntur eadem Analogia, nam ueluti uiuentia sunt, quæ ex semine oriuntur, ita sunt quæ sponte oriuntur, quemadmodum in herbis ut inquit Alexander sunt quedam quæ ex semine fiunt, ita quædam sunt, quæ sponte oriuntur, quare eadem dicuntur non specie, sed analogia, quæ cum declarata sint secundum quæsitum de ortis ex putri de quo differere polliciti fuimus,
C dissoluendum est.

De Causa effectrice eorum, quæ ex putri oriuntur prima opinio. Cap. 40.

SEcundum quod de ortis ex putri explicare polliciti fuimus, de eorum causa effectrice fuit, in quo neq; consentientes philosophi sunt, quidam à calore cælesti in aere & aqua diffuso gigni asseruere, quemadmodum .7. & .11. huius uisus est Auer. sentire,hic enim calor ex pro 31.18.
portione calori existenti in semine respondet, quemadmodum enim hic uirtute parentum ita ui uens producit, ita ille cælestis corporis instrumentum existens in quo sublunaria omnia uirtute comprehenduntur, huiusmodi uiuentia ex materia putri gignit, cælestis etenim calor putri materiæ permixtus solis, & aliarum stellarum uirtute naria diuersque animalia effingit, quæ quidem diuersitas ob quantitatem cælestium lationum, & stellarum dispositiones in propinquitate & remotione efficitur, quemadmodum Auer 12. huius asserere uisus est.iuxta hos itaque proximum talium uiuentium agens cælestis calor est qui stellarum uirtute operans talia uiuētia pro creat. Sed hi plurimum hallucinantur,nam quamuis siue uiuifico calore uiuentia hæc gigni ne-
D queant, eorum tamen diuersitas stellarum uirtute produci nou potest,quippe stellę cælestia causæ uniuersales sunt, à quibus in rebus effectis nulla procedit diuersitas, quare stellarum uirtute in his animalibus producendis nullam uarietatem uiuificus calor effigere potest. Deinde, quando est aliquod agens ad plures effectus producendos indifferens est, si quendam potius, quam alium producit,causa particularis ut concurrat oportet,cuius merito magis hæc quàm alis effici tur res, alioquin,uel omnes simul, uel nullam rem efficeret: atqui cælestia ad omnes effectus sub lunares gignendos concurrunt,ergo sine causa particulari nulla res efficitur, quare cælestis calor stellarum uirtute nullam diuersitatem faciet. Deinceps stellæ de substantia cæli sunt,ergo pro pria ratione in rebus effectis distinctionem producere non possunt, quippe nullum prædicatum quod rei conuenit merito generis, ei repugnat prædicato quod rei per propriam rationem conuenit,atqui stellis per naturam cælestem non efficere distinctionem competit,ergo per propiam naturam oppositum prædicatum ut puta diuersitatem efficere competere nequit. Iam uero cęlum non nisi per stellam tamquam per organum operatur, quemadmodum 2. cæli patet. ergo 42
si a cælo nulla in rebus effectis diuersitas causatur, ergo neque à stellis. Demum aspectus,situs

&

& quantitas sunt stellarum accidentia, ergo stellæ suorum accidentium uirtute substantiam uiuentem & in rebus effectis diuersitatem perducerêt, quod nefas est asserere. sed huius opinionis falsitas quarta disputatione magis aperta fiet. ibi enim ostendemus in rebus effectis à cælestibus specificam diuersitatem nullam in rebus effectis produci, si enim aliqua ab eis diuersitas causatur, illa accidentalis est, quippe in radiorum omnium permixtione, qui in aere sunt est aliquid ut ita dicamus substantiale, aliquid quasi accidentale, substantiale uero est esse unum lumen, siue unum calorem ex omnibus cæli luminibus, uel congregatum uel resultantem, & hoc quidem perfectum, & immobile est saltim secundum successionem. Accidentale uero ut hic radius fiat intensior, alius uero remissior & mutetur pro cælestium corporum iugi mutatione. Huius uero distinctionis causa ex eo liquet, in cælo enim quod simus huius caloris principium esse aliquid est per substantiæ modum, atque hoc substantiale uocamus, quoniam rei substantiam inseparabiliter consequitur, multa uero sunt hæc in cælo, utpote corpus æternum figuræ circularis, circumlatio, lumen, atque calor. est uero aliquid in cælo, & in stellis quod uariabile est, et hoc accidentale est uti in omnibus astris situs, mutatio in luna, lucis uicissitudo. quod igitur in radiorum mixtura est substantiam cæli sequens à simili substantiale nuncupamus, quod uero in eadem mixtura uariabile est accidentale, ab eo itaque, quod in radiorum mixtura per substantiæ modum se habet nulla uarietas proficiscitur, sed ad omnia producenda indifferens est, & æque concurrit, quod uero ex uario siderum statu & latitudine ad terram plus, & minus caloris diffunditur, & pro alia radiorum mixtura noua calidæ lucis proportio, & mensura resultat, hoc est quod accidentale in cælestibus, accidentale quoque in rebus effectis diuersitatem causat, ut si quis dicat in plenilunio fieri meliorem conceptum, & crescente luna plus crescere fœtum, & sub temperato cælesti statu melius affici semen, propterea meliorem sobolem procreari, quare substantialis effectuum uarietas non à causis uniuersalibus, sed à proximis petenda est. Quare ut unde recessit redeat sermo, ex stellarum uaria mutatione calore cęlesti intermedio uaria sponte orta uiuentia gigni nequeunt. E F

De eadem causa effectrice diuersa opinio. Cap. 41.

NOnnulli uero alij, cælestem calorem talium uiuentium sufficiens principium esse non credidere, & idcirco alium adiungunt calorem, quem putredinalem appellant, & hunc proximum principium producendi esse, instituunt, qui uarius, diuersusque est, ob cælestis caloris uarietatem, cælestis etenim calor in aere diffusus, putri materiæ permixtus, alium calorem effingit, qui quoniam uarius, & diuersus est, idcirco ab eodem uaria uiuentia producuntur. Sed neque hi ueritatem sunt assequuti, quippe nouus hic calor, aut propria uirtute hæc animalia gignit, aut ut alterius agentis instrumentum non primum dandum, quoniam nunquam substantia ab accidente gigni potest, alioquin nulla esset differentia .7. huius ab Arist. instituta, quando inquit, accidens, & ab uniuoco, & ab æquiuoco fieri, substantia uero minime. Deinde imperfectum nunquam se perfectius uirtute propria efficere potest, atqui huiusmodi calor his uiuentibus imperfectior est, ergo hæc uiuentia non gignit, neque alterius gignentis uirtute, hoc munus explere potest, quoniam nullum aliud agens est, præter cælestia, & eorum calorem, sed ab his nulla in rebus effectis diuersitas causatur, igitur horum uirtute putridus calor diuersa animantia non effingit. Non minus ab Arist. dissentiunt, qui tertio de animal. ortu de huiusmodi animantium generatione loquens, alterius caloris non meminit, nisi cælestis, quare si alius calor esset, qui proximum gignendi principium foret, igitur Arist. causam uniuersalem dedisset, & particularem, quæ in rebus effectis diuersitatem causat, subticuisset. Quidam uero alij, ad rem magis accedentes, ultra calorem cælestem, putredinalem instituunt, qui seminali ex proportione respondet, non enim ex cælesti calore diuersitas producitur, sed ex uaria, putrida materia, nempe uno eodemque calore cælesti, durescit limus, cera liquescit, & sub eodem calore lintea dum lauantur albescunt, & lauantis in aerem facies denigratur, quare uaria animalia ex putri materia oriuntur, quoniam calor putredinalis uarius est, qui uarius fit, ob putridę materię diuersitatem, Sed hi etiam decipiuntur, quoniam nulla caloris putredinalis urget necessitas, cælestis enim calor sufficiens est, quemadmodum Arist. 3. de animal. ortu docuit. Deinde inquirimus si hic calor gignendi principium proximum est, & substantiam uiuentem producit, huius uirtute eam gignit, non materię putridæ uirtute, quoniam materia principale agens foret, quod fieri nequit, cum eius ratio non sit agere, sed pati. si uero dicatur, quod stellarum uirtute, cum hoc idem cælestis calor efficere possit, sine putredinali, quare calor hic uanus erit, entia enim sine necessitate multiplicanda non sunt. Quare cum retro enarratæ opiniones, ueritatem non sint consequutæ, Arist. opinio referenda erit. G 13 H

Aristotelis

A

Aristotelis opinio. *Cap.* 42.

ARist. itaque sententia est, uiuentia sponte orta, ex putrido corpore, tamquam ex materia, & à calore cælesti, tamquam ab agente ortum trahere. sed ut opinio aperta fiat, accipere oportet, duo in cuiusque rei ortu, esse necessaria, sine quibus res gigni non potest, utpotè materia, & agens, quare hæc duo animalia spontina in eorum ortu exposcunt, id uero quod in his uiuentibus materiæ uicem gerit, est aqua terræ permixta in quam cælestis calor operans, quod dulce est, & leue, euaporare facit, quod uero permanet, salsum terrenumque est, atque hoc, putridum corpus est, quod idonea materia adhuc non est, Nam nullum fit animal ex putrida materia, sed ut concoquatur, & dirigatur oportet, atque in hanc dispositionem ab eodem calore deducitur, quare quod ex dulcis humoris euaporatione superfuit, cum concoctum est, uiuentium spontinorum materia efficitur. Verum non solum spontina uiuentia, quæ in terra oriuntur, sed etiam, quæ in mari ita gignuntur, Nempe in mari multum portionis terrenæ est, hæc enim pars, cum à calore concrescit, & digeritur, huiusmodi animalium materia fit, B quæ quidem materia, fæmellæ semini ex proportione respondet. quemadmodum enim fæmellæ semen, à maris genitura concoquitur, ita corpus putridum à calore uiuifico, intra bullas inclusо, digeritur. hunc etiam in modum plantę, quæ sponte nascuntur fiunt. Differentia tamen aliqua est, inter talium uiuentium materias, quippe aliqua secundum dominium aquea aliqua uero terrea, & quamuis ex putrido corpore ut ex materia hæc uiuentia gignantur, totum tamen corpus putridum in uiuens non mutatur. Nihil enim quod fit, ex aliquo, tanquam ex materia & toto illo efficitur, quemadmodum ex arte factis constare potest, opus enim artis ex tota materia non fit, non enim ex toto lapide, sed ex aliqua parte, portione tamen aliqua extracta, mercurius efficitur, si enim ex toto lapide fieret, nulla industria nullaque ars per necessaria esset, ita in huiusmodi animalium ortu, non uniuersa putrida materia, sed ipsius portio aliqua, in animal mutatur, quod uero inutile est, & non conuerti aptum, expellitur. Quæ itaque horum uiuentium materia sit, quomodo etiam se habeat, satis constat. Agens uero, cælestis calor est, quem animalem, & uiuificum Arist. nuncupat, quoniam animam, & uitam largitur, & quoniam calor hic, in terra, mari, atque in aere reperitur, idcirco inquit, anima omnia plena esse. quibus constat, non alium calorem ultra cælestem, secundum Arist. necessarium esse. Gignē- C di uero modus ita se habet, uiuicus calor, in putridum corpus operans, ipsum calefacit, ob quem spumosa bulla efficitur, intra quam calor cælestis, cum ea aeris portione, in qua existit, clauditur, atque ab eadem bulla continetur. hic calor est, qui materiā digerit, & concoquit, ut inde animal gignatur, atqui ita fætui persimilis fit, qui ab humoribus corporeis incalescentibus continetur, sed quis ambigere posset, si cælestis calor, ubique unus & idem est, cur uaria, diuersaque spontina uiuentia exoriuntur. Sed hanc dubitationem, eodem lib. Arist. soluit, sub finem eiusdem libri, asserens cælestem calorem, quem animale principium uocat, uarium atque diuersum fieri, quoniam putrida corpora, atque loca, in quibus hæc uiuentia oriuntur, uaria, atque diuersa sunt, sunt enim materiæ diuersæ (quemadmodum Them. & Auuer. docuere) Nempe non ex omni putrido corpore, temere quodque animal oritur, sed eorum quodque definitam materiam habet. ex uaccinæ carnis corruptione, uespes solum procreantur, ex nino uero corrupto, musciliones, ex humanæ uero carnis corruptione, non nisi uermes. oriuntur, calor itaque cælestis uarijs, diuersisque corporibus coniunctus, secundum putridorum corporum uarietatem, diuersa effingit animalia. locus etiam confert, quandoquidem sponte orta, non temere ubique gigni possunt, cum eorum nonnulla in terra, alia in mari, aliqua in stagnis, & D paludibus gigni apta sint, itaque caloris cælestis, atque spontinorum uiuentium diuersitatem à corporibus putridis, atque locis, proficisci Arist. censet. Hæc Arist. de ortis ex putri: quæ dubitationem habent.

Dubitationum solutio iuxta aliorum opinionem. *Cap.* 43.

ET prima dubitatio ita se habet, calor uiuificus, & cælestis, quando animal gignit, sua uirtute illud non efficere, aperte constat; accidens enim, substantiam uiuentem propria natura, non generat, quoniam agens præcipuum, si æquiuocum est, re effecta est præstantius, si uero uniuocum, eiusdem perfectionis erit, quare sponte ortum, animal sua ui non gignit, ergo ut alterius instrumentum, uelut cælestium, & stallarum instrumentum est, quod dandum non est, sunt enim cælestia, uniuersales causæ, à quibus nulla in rebus gignendis diuersitas fluit, quare, ut materiæ putridæ instrumentum, ergo putrida materia, præcipuum agens erit, quippe instrumentum non mouet, nisi motum, quare cælestis calor à putrido corpore motus, mo-

uet, quod fatendum non est, quoniam secundum Arist. materia nullo modo agit, inquit enim E
53 in secundo de ortu, materiæ ratio pati est, forma uero agere, & primo eiusdem operis ait, si ca
53 liditas à materia separata esset solum ageret, & nullo modo pateretur, & secundo phys. mate-
70 ria nunquam, inquit, cum forma agente & fine in idem neque specie, neque numero coincidit
17. 2 quamuis hæc tria sæpe in idem specie coeant, quod etiã monet 5. & 9. huius, quando potestatem
passiuam deffinit, inquiens, esse principium transmutandi ab altero, quatenus alterum, quare
cælestis calor, ut putridi corporis instrumentum, nullum animal gignere ualet. Est altera du-
bitatio, cælestis etenim calor, uniuersa hæc uiuentia gignendi principium esse nequit, nam in
corpore humano uermes, ex humorum corruptione oriuntur, qui uero uermes, à cælesti calo-
re minime gignuntur. Sed quo ad prioris dubitationis solutionem pertinet, uniformes philo-
sophi non sunt, nonnulli quorum Ephesius est, animã eorum, quæ sponte oriuntur, extrinse-
cus admitti, opinati sunt, & pro eorum opinione, Arist. testimonium adducunt, qui sub finem
tertij de animal. ortu de his, quæ sponte gignuntur, loquens, hæc habet uerba, Si differentia
nobilioris, ignobiliorisue generis constituendi in comprehensione animalis principij est, ex qui
bus animam haberi, per comprehensionem, & extrinsecus admissionem, accipiunt. & retro
docuit, generantur in terra, humoreque animalia, & plantę, quoniam humor in terra spiritus F
in humore, calor animalis in uniuerso inest, ita ut quodammodo plena sint animæ omnia. quæ
uerba illud indicant, animale principium extrinsecus esse per comprehensionem in uno quoque
animato exceptum, atque disceptum in singulis uiuentibus de anima uniuersali. Idemque iu-
dicium de uiuentibus ex semine ortis, esse restantur, nam ueluti in his quæ sponte nascuntur, sic
in his quæ per coitum, ab æterno perpetua successione oriuntur, anima comprehensa de uniuer
sali habetur, quod secundo de animal. partibus, his uerbis Arist. asserere uisus est. ut enim ars in
artificiosis, ita in rebus ipsis, aliquod esse principium, aliud & talis causa uidetur, quam ex uni-
uerso, perinde ut caloris, frigorisque primordia. & in libro de mundo ad Alex. spiritum dicimus
non solum flatum aeris, sed etiam eam substantiam, quæ & in plantis, & in animalibus, & per
omnia transit, animalisque fæcunda, de qua differere hoc loco non est necesse. Sed quis ambi-
gere posset, solum uim intelligentem extrinsecus admitti, soluunt non solum intellectum, siue
potestatis, siue agentis ab anima uniuersali admitti, in hominibus per comprehensionem: & hu-
ius opinionis Arist. esse inquiunt, quemadmodum aperte Theophrastus 5. phys. qui secundus
de anima est, testatur, cuius hęc sunt uerba, Intellectus uero quodammodo extrinsecus existens
& tanquàm additus, cognitus tum est. & quibusdam interpositis, cum igitur extrinsecus di- G
citur, non ut additum, & superuenicns intelligendum est, sed ut comprehensum prima genera
tione. per quæ patet, etiam intellectum, per comprehensionem extrinsecus, de intellectu com-
muni, in singulis hominibus haberi. Ex his itaque concludunt, omnem animam, eiusque uir
tutem extrinsecus esse per comprehensionem de anima uniuersali, quę mundi anima est, à qua
omnium uiuentium animæ habentur. Sed multifariam opinionis fautores decipiuntur, & pri
mum ab Arist. dissentire, deinceps ab eius principiis recedere, ostendemus. Arist. enim aper-
tè ipsis aduersatur secundo de animal. ortu, eo enim libro, solum mentem desoris, atque extrin
secus accedere docet, quare si cæterę quoque animæ, ergo non solum mens, ibidem etiam alias
animas, potentia in semine contineri, atque ex semine traduci monet. A ratione etiam rece-
dunt, si omnis anima extrinsecus admittitur, ergo aliud esset agens disponens, ab eo, quod for
mam largitur, Nempe cælestis calor materiam afficit, & agentia, quæ apud nos sunt, anima ue
ro communis, animas gignit. insuper si ab anima communi, omnis anima, omnisque eius uir-
tus extrinsecus habetur; aut intelligunt, ut anima communis dissecetur in partes, quotiens ali-
quod oritur uiuens, aut quòd communis anima animæ partem creat, qua uiuens animatur, uel
absolute animum creat; primum enim dandum non est, ridiculum enim confiteri est, cum ui- H
uentia nascuntur ab anima communi, partem abscindi, neque secundum & tertium affirmare
possunt, nam philosophi omnem creationem tollunt. Demum à sempiterno & immobili pro-
xime nouum aliquod proficisci non posse, retro docuimus, anima uero communis sempiterna,
& immobilis est, ergo ab ea nouæ animæ produci proxime nequeunt, sed opinionis mendacium
ex retro declaratis haberi potest, utpote quando docuimus uiuentium animas proxime neque
à Deo, neque ab anima mundi, neque itidem a colchodea produci posse. Quæ uerò ab Arist.
accipiunt, eis non suffragantur, quandoquidem, quando inquit, differentiam nobilioris, igno
biliorisque generis constituendi, esse in comprehensionem animalis principij: per animale prin
cipium calorem uiuificum intelligit, quem uarium esse profitetur, pro differentia locorum, &
corporum putridorum, & hoc causa est, ut animantia diuersa gignantur, ergo per animale prin
cipium cõmunẽ animam non intelligit, cum deinde inquit, ita ut quodammodo plena sint ani-
mæ omnia, hoc dicit, quoniam omnia calore uiuifico plena sunt, qui uirtute omnes animas
continet. Quo uero ad Theoph. testimonium pertinet, per intellectum qui à communi intel
lectu-

A Iectu producitur, non potestatis, & agentem mentem intelligit, sed intellectum passiuum, seu patibilem, quem cogitatiuam Auer. Arist. uero interdum fantasiam rationalem nuncupat, hic enim ab intellectu communi producitur; non proxime, sed per calorem in semine existentem, calor enim uiuificus, ut hominis gignentis instrumentum cuius forma intellectus communis est, intellectum patibilem producit, quo intermedio geniti hominis, communis intellectus forma efficitur. Sed de his satis abunde in disputationibus de ui intelligente, disseruimus. ergo non recte ab his dictum est, spontinorum animalium anima, ab uniuersali anima produci.

Propria opinio. Cap. 43.

NOs uero, si propriam licet afferre opinionem, alterum & esse agens, ultra cælestem calorem asserimus, quandoquidem uiuificus calor, nec sua ui, neque ut cælestium, neque itidem ut materiæ putridæ instrumentum, spontina uiuentia gignere possit, cælestia enim uti toties sumus testati, uniuersales causæ sunt, à quibus in rebus effectis, nulla prouenit diuersitas, neque putridum corpus opus hoc explere potest, cum materiç locum habeat, cuius est B pati, & non agere: igitur uti aliquod sit agens, oportet, quod uarium, diuersumque sit, quemadmodum res effectæ. sed cum huiusmodi agentis necessitas, satis constet, quod uero sit occultum est, ideirco pro uiribus ipsum excogitandum erit. Arist. 7. huius causam largiens, cur non- 29
nulla arte, & casu, nonnulla uero arte solum, fiant, ait, ea quorum materia, in se aliquam rei gignendæ partem habet per quam à se ipsa mouetur, hæc casu, & arte gigni possunt, sed quorum materia hanc partem non obtinet, hæc solum arte oriuntur; idemque iudicium in his, quæ secundum naturam fiunt esse testatur, quippe res naturales illæ, natura & casu nascuntur, quorum materia se ipsa moueri potest, per principium quod in se habet, sed quorum materia principio hoc uacat, natura solum fiunt, & nullo modo casu, quod etiam eodem lib. paucis inter- 31
positis confirmat, quemadmodum retro monuimus, quare cum animalia spontina casu fieri ibi Arist. testetur, igitur eorum materia principium obtinet, per quod ad animalia hæc gignenda à se ipsa mouetur. ibidem etiam Arist. ait, uti semen se habere, semen enim cum principium à gignente accepit, à se ipso mouetur ad animal formandum, ita materia hæc principium in se habens, ab illo mouetur, ut hæc uiuentia efficiantur. huic sententiæ Alex. adhæret, qui uerba, uti nos interpretatus, exemplum affert, herba enim ex semine nascitur, & sine semine, propte- C rea quòd eius materia mouetur, motu, quo semen mouetur, quorum uero materia nequit à se ipsa moueri, ut in homine, hæc animalia generare nequit, sed ex suis genitoribus gignuntur, non fortuitu. Ecce aperte quòd in ortis ex putri, Alexander quemadmodum Arist. in eorum materia, agens à calore cælesti diuersum esse testatur, quibus patet solum ea animantia sponte gigni, quorum materia huiusmodi principium per quod à se ipsa moueri potest, obtinet. Sed circa hæc quæ à nobis exposita sunt multa occurrunt dubia; quorum primum est, si huiusmodi uiuentium materia, effectricem in se causam habet, qua ad eorundem motum moueri potest, igitur uiuentia hæc, sine calore cælesti gigni possunt, quod Arist. non concedit, qui calore cælesti uim efficiendi ascribit. Secundum dubium, si in talium uiuentium materia ob hoc principium residet; quodnam principium hoc sit, inquiritur. Tertium dubium à quo materia hæc huiusmodi principium obtinuit. sed quo ad duas priores dubitationes pertinet, dicimus calorem cælestem, necessarium esse, quoniam quemadmodum sequenti disputatione docebimus, uniuersalis causa, sine particulari, quemadmodum particularis, sine uniuersali quicquam producere nequit, uniuersalis etenim causa, ipsius esse principium est, quod sine determinato esse non consistit, & rei effectç diuersitas, solum à causa secunda procedit, quare altera, sine altera non opera- D tur, iure igitur principium quod in putri materia residet, sine uiuifico calore quicquam non operatur. est & altera causa, quæ his animantibus propria est; huiusmodi etenim principium dimsnutú est, & ideo agẽte extrinseco indiget, cuius beneficio quod suũ est operatur, quod per Arist. planum fieri potest, qui loco citato inquit, materiã hanc moueri à se ipsa, quemadmodum animalia à se ipsis mouentur, quando incedunt, sed hæc non mouentur, nisi extrinsecus sit mouens, cuius merito nunc mouentur, prius uero non, ut idem philosophus 8. phys. testatur. 23
Quare cum in hunc modum, materia hæc se habeat, a semetipsa sine extrinseco agente moueri nequit. Verum priora animalia motore externo indigent, qui causa particularis est. At materia hæc, non indiget nisi calore cælesti, qui uniuersalis causa existit, quippe putridum corpus, non mouetur, nisi primum à calore uiuifico digeratur; e concoquaturq; atque bullas, in quibus comprehenditur, efficiat, quo munere peracto, materia moueri incipit, Nam calor cælestis illius principij instrumentum efficitur, & materiam præparat, ut formam suscipere ualeat. Demum principium in materia putri residens, membra uaria format, atque effingit, atque animam educit, sunt uero uariæ, diuersæque animæ, quoniam principia in materia contenta, diuersa

sunt, quare proximum agens quod ut instrumentum se haber, calor cælestis in materia putri E
comprehensus, existit, qui ut cælestium instrumentum est existentiam rebus largitur, ut uero
certum, & definitum esse efficitur, à principio in materia contento habetur. Arist. uero 2. de
animalium ortu, huius principij meminit, nam diuersitatis causam largiens inquit, rationem es-
se quoniam corpora putrida diuersa sunt, & aperte constat quòd non merito materię uaria sunt,
ipsa enim distictionis causa esse nequit, quare merito actus, qui in corpore putrido continetur,
49 Nam actus est, qui distinguit, & separat, ueluti ipsemet philosophus 7. huius testatur. forma ue
ro putridi corporis, principium hoc est, siquidem Arist. ait, principium hoc rei partem esse,
& siue intelligatur esse rei fiendæ partem, siue materiam quæ composita est, nihil refert. Verum
cum duæ sint rei partes inexistentes, materia, & forma, materia esse nequit, quoniam eius ra-
tio pati est, & non agere. Quare putridi corporis forma, huiusmodi principium erit, per quod
putris materia mouetur. Sed dubium est, si enim putridi corporis forma, principium hoc foret,
ergo suam materiam generationis motu moueret, quare se ipsam gigneret. Deinceps forma, &
si cum gignente in idem secundum speciem concurrat, non tamen in idem secundum numerum
70 ueluti ex 2. physic. constat, pars igitur hæc putridi corporis forma esse nequit. Sed ex his, quæ
retro docuimus, solutio constare potest, materia enim putrida corpus mixtum est, quare est ma F
teria habens formam, quæ quoniam ad ulteriorem formam potentia est, idcirco materia adhuc
nuncupatur, ergo forma, per quam putrida materia est, tale definitum corpus mouet, quem-
admodum animal, etenim putrida materia, quando per calorem uiuificum concocta digestaq;
est, per eundem calorem ad hæc animalia gignenda mouetur, quare, etsi principium in materia
putrida comprehensum, eius sit forma, non tamen animalis producendi principium est, potest
tamen animalis generandi pars nuncupari, quoniam putridum corpus, cuius hoc principium
forma est, animalis gignendi pars dicitur. Sed nũc tertiũ diluendũ est dubium, cuius solutio pau-
cis absoluitur, posterius enim res aperta fiet. hoc itaque principium, genitum est ab eo, quod
corpus putridum genuit, Nempe cum principium hoc sit corporis putridi forma, igitur ab eo
dem agente procreatur, quod ambientis calor est, quemadmodum 4. Meteo. de putref. dispu-
tans, monuit, Quare à calore ambientis, principium in materia putri residens, ortum suum tra
hit, Verum res perspicua magis fiet, si de putrefactione disputabimus, ex qua quidem discepta-
tione apertum fiet, quo pacto uermes in quorundam animalium corporibus oriantur, quorum
ortus dubitationem facit, Nam non à calore cælesti gigni uidentur, quam etiam dubitationem
persoluemus, & quid alij sentiant referemus, & Demum Arist. opinionem adijciemus. Verum G
primum quid putrefactio sit, exponemus.

De Putrefactione, Cap. 44.

ARist. 8. Meteo. Volumine, ita putrefactionem definit, Putrefactio corruptio est, in uno-
quoque humido, proprie, & secundum naturam caliditatis, ab aliena caliditate, hæc ue-
ro, continentis est. Cæterum, quoniam ratio hæc, pluribus dubia uisa fuit, idcirco ea,
quo ad singula uerba à nobis exponenda erit. Inquit itaque putrefactionem interitum esse
non semper intelligendum est, quoniam simplex corruptio totius rei, deperditio est, putrefa-
ctio uero rei interitus est, secundum partem, & non secundum totum. Rursus, neque quod
putrefit, statim simpliciter deletur, & ad non esse simpliciter tendit, quod aperte Arist. docet
quando inquit, interitum esse caliditatis proprie, & secundum naturam, quæ in unoquoque hu
mido est, eius quod putrescit. Et caliditatis nomine, substantiam calidam, quæ calor innatus
est, & spiritus, qui ex sanguinis puriori parte gignitur non intelligit, Nempe Arist. dicit esse
corruptionem caliditatis, & non calidi, nam etsi calidum, & pro accidente, ut pro caliditate, H
& pro substantia calida, apud philosophos interdum suscipiatur, caliditas tamen, non nisi quali-
tatem indicat, ergo per caliditatem substantia calida non est exponenda. Demum inquit, quæ
in unoquoque humido est, atqui substantia calida in humido non est. & propterea dicimus nos,
caliditatem, quæ qualitas est, intelligere, hæc enim ut in proprio subiecto, in corporibus mix-
tis, in humida substantia esse habet, Nam etsi esse in, ueluti 4. phys. constat, multis dicatur mo-
dis, hoc tamen in loco accipitur, quod sit ut accidens in subiecto, mixtorum enim caliditatem
non nisi in humido reperitur, atque in eo conseruatur, quoniam caloris pabulum humor est, li-
cet in elementis sine humido existere possit, ueluti in igne, & ideo Arist. subiungit, { IN VNO-
QVOQVE HVMIDO, } ut non cuius uis caliditatis interitum, putrefactionem quis esse opine-
tur, sed eius solum, quæ in unoquoque humido esse habet, neque in quocũque humido indiffe-
renter caliditatis corruptio, putrefactio est, sed eius uidelicet, quod putrescit, non enim calo-
ris aeris. qui in humido consistit, interitus est, ergo recte adiecit, { EIVS, } scilicet quod pu-
trescit. Deinde inquit, { PROPRIE & Secundum Naturam } Quæ uerba dubium faciunt, nem-

A pe nominibus synonymis in definitionibus uti non debemus, quemadmodum non semel Auer. monuit. Nam philosophus naturam imitatur, quæ neque abundat, neque in necessarijs deficit, sed paucis est contenta, quando res fieri potest, ita philosophi faciunt, quando res unico nomine exponi ualet, synonymis minime utuntur, quare non recte ab Arist. adiecta ea uerba sunt, proprie, & secundum naturam. Sed solui dubium potest, Arist. enim ad diuersa respiciens, his nominibus usus est, Nam inquit, proprie, ad differentiam caliditatis aduentitiæ, quæ ab igne, uel ab alia causa produci potest, adiecit uero secundum naturam, ut ostenderet, putrefactionem interitum esse illius caliditatis, quam res putrescens sibi secundum naturam propriam definit. Verum ea se ingerit dubitatio, si innatus calor mixtorum non tantum in humido, sed etiam in sicco subiecto consistit, cur Arist. inquit, interitum caliditatis esse, quæ in humido consistit? Dicunt quidam, humidum non uere materiã esse, sed materię uicem gerere, quoniam connatus calor proprium subiectum non habet, cum pars sanguinis purior sit, conseruatur tamen in humido, quo pabulatur, quare humidum uere calori subiectum non est, sed quodam modo materia dicitur, quoniam humido pabulatur, quemadmodum oleo flamma nutritur, alioquin interiret. sed isti decipiuntur, si iuxta hos calor hic spiritus est, qui substantia calida & humida est
B in quam per se non agit, sed ex accidenti, etenim nulla forma in motu alterationis in subiectum, in quo est, agit, ueluti 2. phys. Auer. monet & idcirco, dicimus caliditatem innatam in substantia humida, & sicca consistere, in humido tamen esse dicitur, quoniam circa ipsum suas uires magis exercet. His uero uerbis, {IN VNOQVOQVE HVMIDO} Differentiam humidi in mixto existentis indicat, in uiuente enim est humidum aereum, & aqueum, & hoc mixti partes ad inuicem coniunguntur, atque continuantur & utrunque in putredinem ab aliena caliditate resoluitur. Est Tertium humidum, quod aduentitium est, ut quod ex nutritione habetur, quod etiam putrefactionis causa est, ob prauam enim nutrimenti absumptionem putredo fit, quemadmodum medici testantur, quare putrefactio caloris existentis in unoquoque horum humidorum interitus. Aut inquit, in unoquoque humido, quoniam quodlibet mixtum suum humidum habet, ab alijs diuersum, quemadmodum eorum quodque, formam ab alijs distinctam, obtinet. {AB ALIENA CALIDITATE} causam putredinis effectricem his uerbis indicat, quam ambientis caliditatem esse inquit. Verum ut hæc definitionis particula pateat, primum exponere oportet, quo pacto ab aliena caliditate putredo fiat, Demum quid per ambiens Arist. intelligat. Sed ut primum fiat manifestum, sciendum, calorem multis modis interimi posse, Nam à con-
C trario, utpote a frigido, uti à calido, frigidum, & humidum à sicco, & uice uersa, omne nam que contrarium à suo contrario deleri aptum est. Deficit etiam calor ob subiecti alimenti defectum, & hic interitus alijs qualitatibus communis non est, sed calori proprius est, qui ob pabuli defectum efficitur, ignis enim inter elementa solus nutriri dicitur, quare inter qualitates solus calor alitur, & idcirco si alimentum deficiat, & recens non succedat ad alimenti defectum deficit. Interit etiam in mixtis calor, cum ab humido uincitur, potest etiam à sicco deleri, ut cũ superat siccum, quoniam humore nutritur calor tamquam proprio pabulo, siccitas enim, etsi ad humidum contemperandum necessaria sit, quando uero multa est, humorem superat, & humoris defectu, quo pasci debet, calor interimitur: humor etiam cum multum exuperat, calorem strangulat, neque perspiratum fieri permittit, & ideo detentus calor, maior efficitur, & pabulum præparatum statim consumit, & cum aliud idoneum non inueniat alimentum, extinguitur. Hinc apparet, quam uera sit de hominis natura Hyppocratis sententia, cum scribit ab unius cuiusque quottuor qualitatum exuperatione, interitum fieri. Verum tamen modus quo à nimio humido, & sicco calor perit, ad caloris interitum, qui ob pabuli defectum fit reducitur. Postremo calor à calore interimitur, utpote internus calor, ab externo: qui enim extra est ca-
D lor, & mixtum corpus ambit, suam uim exercens, rarefacit, & relaxat, Ex rarefactione uero sequitur, ut intus penetret, & ita internus calor augetur, & internum frigus, quo temperabatur, superat. cum itaque ultra terminum internus calor crescit, paruo tempore suum pabulũ consumit, quo conseruari maiori tempore ualuisset, & ita nihil alimenti idonei remanet, ad calorem nutriendum, quamuis restet humor, & non totus absumatur, illud tamen quod remanet caloris idoneum non est pabulum, quare conficit, & marescit alimento deficiente. Humor uero, qui in mixtura remanet quoniam calore afficiebatur, destituitur, & idcirco non amplius terminatur, sed ad rei superficiem delabitur, & defluit, experientia enim constat, quæ sic intereũt mixta, extra, humida esse, intus uero sicca. Eiusmodi uero caloris interni consumptio, ab externo paulatim temporis progressu fit, & ita omnia genita ętate marcescere, & corrumpi dici consueuit. Veruntamen, quod in multis, temporis progressu necessario fit, ut calor uidelicet internus, ab externo uincatur, breuiori tempore fieri potest, si ambientis calor multus sit, atque uehemens, cuiusmodi esse solet calor ęstiuus, qui paucis diebus id facit, quod multo tempore calor esternus temperatus existens faceret, ergo, quo pacto internus calor, ab esterno uincatur

fatis cõſtat. At nunc explicandum eſt quid per calorem ambientis Ariſt. intelligat, & quãuis in re hac uaria ſit interpretum opinio, quemadmodum 4. Meteo. docuimus, ſolum tamen aeris, uel aquæ calorem Ariſt. non intelligit, ſed omnem calorem qui rem ambit; ſiquidem aer externus, non minus eſt frigidus hieme quam æſtate calidus, quare æſtate tantum putredinis cauſa foret, conſtat tamen, & hieme & æſtate, & quouis tempore, & ſub quouis cæli ſtatu, Ac regimine conſumi internum calorem, quare ambientis calor, non aeris, uel aquæ ſolum erit. itaque quid intelligendum ſit ſubijciendum eſt, & ut res conſtet primum accipere oportet, in animalibus, & plantis calorem humido retineri, & eo nutriri; dum nutritur uero neceſſe eſt, uapores, & fuligines ab humido, ſicut a candela cum incenditur, expirare, & aſsidue effluere, ignis enim natura eſt, ut aſsidue fluat, exeunt ergo uapores, & ueluti fuligines calidæ, ab humido, dum nutritur calor, eiuſmodi itaque fuligines, quæ debent egredi, ſi retineantur, cum calidæ ſint, calefaciunt, & cum humoris, proprie non ſint, quem ambiunt, ſed tamquam res eſterna habẽt uim ambientis, & eſterni calidi, & eodem modo internum conſumunt. Retinentur uero in corporibus noſtris, ex prohibita tranſpiratione, aſtrictis uel obſtrictis uijs, per quas exire debent, quo circa medici prohibitam tranſpirationem, cauſam ponunt, cur humores in corpore noſtro corrumpantur, & febris accedant. Poteſt etiam aeris frigus, animalium, ſtirpiumque corpora ſpiſſando huiuſmodi perſpiratum prohibere, efficereque ut uapor ille calidus retentus uim calefaciendi habeat, tamquam res ambiens. In corporibus quæ anima carent, res non ita manifeſta eſt, quia minus calida ſunt, quamobrem non apparet perſpiratus, ſed tamen aliquem ratio fieri dictat, & tanto obſcuriorem, quanto minorem calorem habent, hic tamen ab aere frigido prohibetur, quo fit, ut retentus ille calor, qui deberet expirare, uim caloris ambientis habeat, & ita internum abſumet, & idcirco corpora anima tam hieme quam æſtate conſumuntur, & calori innato deſtituuntur, non ſecus, quam animalia, & plantæ. Vbicumq; igitur calor internus, ab eſterno interimitur, naturalis corruptio fit, quæ ad putrefactionem uia eſt, uti Ariſt. docet. Et quamuis ad hoc opus perficiendum præcipue calor eſternus concurrat, namque hic eſt, qui innatum calorem auget, & humidum præparatum, & idoneum conſumens ex alimenti defectu interimitur, quare nouum alimentum ex humore, qui ſupereſt non præparat, & ideo deficiente calore, humor formam ſuam amittit, & idcirco ſeparatur, & ad ſuperficiem fertur, & propterea philoſophus ait, quia quæ putreſcunt, extra humidiora ſunt, intus ſicciora conſpiciuntur. Concurrit etiam & frigus, quod Ariſt. exprimit, cum dicit defectum caloris interni, frigus eſſe, Nam in huiuſmodi interitu, calor eſternus qui præcipuum agens eſt extinguendo calorem, adiungit ſibi frigus ſocium, interitum efficiens: hoc uero frigus non nouum eſt, ſed id ipſum, quod antea calorem temperabat, quod aliquo modo putredinis cauſa eſt. Ex qua quidem definitione tres cauſæ apparent, forma, quæ caloris innati corruptio eſt. Nempe genus in accidentibus à forma ſuſcipitur, ueluti ſecunda diſputatione docuimus: materia, etiam, utpote humidum rei putreſcentis: atque tandem effectrix cauſa, quæ ambientis caliditas eſt. Ex hiſce conſtat, calorem putredinalem, ambientis calorem eſſe, quoniam hic eſt qui putredinem per ſe efficit, facit autem putredinem ea ſolum ratione, qua calor eſt, & non ut cæleſtis, uel alterius, quippe calor, ut calor ſemper calefacit, quare cum auget innatum calorem, producit calorem, namque caloris intentio eſt, generatio partis caloris, quæ priori adiungitur, ita ambientis calor, ea ratione qua calorem efficit & auget cauſa putredinis exiſtit. & hoc modo putredinis calor nuncupari poteſt, conſimiliter calori innato adiunctus calor, quoniam humidum præparatum, & idoneum conſumit, putredinis calor dicitur, uerum quia hic adiunctus calor, humidi defectu perit, nullus alius permanet calor putredinalis. Quæ cum explicata ſint, ſupereſt modo, ut quo pacto uermes generentur, in animalium & fructuum corporibus, explicemus, qua in re, neque uniformes ſunt Ariſt. interpretes. Non nulli teſtantur, non ſemper à cæleſti calore huiuſmodi animantia produci, ſed interdum à calore putredinali, qui putri materiæ proprius eſt, atque in ea incluſus, ab hoc enim in inteſtinis uermes ortum trahunt, quare duos calores ſpontinorum animantium, ut effectrices cauſas inſtituunt, utpote & qui à materia putri comprehenſus eſt, & qui cæleſtis nuncupatur, & proinde Aueroem, & Albertum erraſſe aiunt, qui ſtellarum calorem ſufficiens agens, eſſe monuere. Quidam Auerroem tueri credentes aiunt, eum non negaſſe calorem putredinalem, etiam ad hæc uiuentia producenda concurrere, quandoquidem huiuſmodi calores ſeiuncti non ſunt, ſed unus numero ſunt, qui diuerſa ratione cæleſtis, & putredinis calores nuncupãtur, Nam ut à putri materia comprehenſus eſt, putredinalis dicitur, ut hic idem à ſtellis ortum habet, & earum uirtute operatur, cæleſtis nomen ſortitur. At nonnulli arguunt hos primum, quoniam multa animantia in maris profundo, ac terræ uiſceribus procreantur, quo nemo calorẽ cæleſtem penetrare poſſe confitebitur, quare idem numero ratione diuerſus non eſt, cæleſtis & putredinis calor, ſed omnino numero diuerſi, quare auxilium horum nullum eſt; ex h

itaque

A itaque concludunt, stellarum calorem sufficiens principium non fore. Verum hi cum alios arguunt, reprehensione non uacant, Nempe calor hic à putri materia comprehensus, qui à cęlesti calore numero secretus est, aut is est qui putredinem causauit, aut alius ab eo diuersus, non primus quoniam ille iam corruptus est, etenim putrefactio fit, cum calor, qui prius innatus erat, ultra terminum augetur, & cum ita creuit, quoniam humidum præparatum cito consumit, ad humidi interritum aboletur, & quod remanet putridum corpus est, ergo nullus in putri materia remanet calor, si uero alius est, & de nouo productus, non potest nisi à continentis calore produci, qui indigestam, & putrem materiam concoquens, in ea, calorem efficit, quare is non est, qui putredinem fecit, ut ipsi dicunt, sed à continentis calore alius productus est calor. Dein de si alius hic calor est, aut se solo sine cælesti hæc animalia gignit, aut simul cum cælesti, non primum, quoniam nihil causa secunda, & particularis sine uniuersali operatur, igitur simul cũ cælesti calore, atque retro docuimus stellarum calorem esse sufficientem, ergo alius calor, à cælesti diuersus, necessarius non est. Demum ab Arist. dissentiunt, qui uti totiens sumus testati, alterius caloris per horum animantium ortu, nunquam meminit, sed stellarum calore est contentus, atque eorum fundamentum nullum est, Nam stellarum calorem Arist. asserit, in terra, in B mari, atque in aere esse, & ideo subiungit omnia esse animæ plena, quare in maris profundo, atque in terræ uisceribus uiuificus calor reperitur, Nanque per partem post partem, aquas, & terram calefaciendo ubique est, ac penetrat; ruit igitur eorum fundamentum.

Arist. opinio. *Cap.* 45.

ARistotelis itaque opinio est, quemadmodum apud ipsum tertio de animalium ortu legere est, à quo non dissentit Auer. spontina animalia solum à cælesti calore, & non ab alio gigni, quare, uermes, qui in intestinis oriuntur ab eodem quoque nascuntur. Nam si usque ad terræ, & maris uiscera stellarum calor se diffundit, magis igitur stirpium, fructuum, animaliumque corpora penetrabit, in quibus uaria, diuersaque animantia gignit, quoniam calor hic ignis non est, quandoquidem hic est adurens, mortem inducens: stellarum uero calor uitas largitur, quæ uariæ sunt, quoniam putrida corpora uaria, diuersaque existunt, ueluti retro monuimus. putris itaque materia, si in animantium corporibus afficiatur à calore hoc uiuifico, cum ipsam obtinuerit, in uiuens mutari potest. Quare cum tot sint de ortis ex putri di- C cta, tempus est, ut ad cæteras Platonicorum diluendas rationes, sermonem conuertamus, & quo ad illud pertinet fundamentum, quod ex nobilitate, atque agentis uilitate procedit, dicimus in animalium ortu, quæ ex semine suum ortum trahunt, duo particularia agentia spectanda esse, quorum alterum principale, alterum uero huius est instrumentum præcipuum agens uniuocum, cum animali genito est, uel secundum athomam speciem, uel secundum genus proximum ueluti antea monuimus, quod eiusdem perfectionis cum effectis rebus existit, agens uero, quod ut instrumentum se habet, semper ignobilius est, quoniam non sua uirtute, sed ut alterius instrumentum rerum effector est, Quare neque ad cælum, neque ad ideam recurrendum erit. Demum in ea arguitione à se ipsis dissentiunt, si enim idea æquinoca causa est, igitur quod fit ab uniuoco non fit, ergo uerum non est, id, quod accipiunt, ideas idcirco stabiliendas esse, quoniam quod gignitur, ab uniuoco fit, cætera uero fundamenta ex retro explicatis soluta sunt.

SECVNDA DISPVTATIONIS PARS.

De Ideis Secunda opinio. *Cap.* 1.

D SVblunares res proprias, & formas per se existentes, quas ideas Platonici nuncupant, non obtinere, huc usque docuimus, Nunc aliorum sunt referendæ sententiæ, qui diuersa ratione Platonem ideas constituisse, defendunt. Quidam itaque credidere, Platonem uarias in mundo sublunari, ideas, & formas abiunctas statuisse, ac tot, quot sunt rerum, quæ fiunt species, ita quod cuique eorum, quæ oriuntur speciei, spiritalem substantiam præesse fuerit opinatus, sunt uero necessariæ, non ut talium rerum defendatur scientia, neque ut res oriantur, sed ut sensibilibus prouideant, easdéq; gubernent, atque regant, & idcireo idearum quæque propriæ speciei singularia cognoscens hæc ipsa dirigit, atque gubernat, consimiliter ab hominis idea, bona & mala eidem contingere opinantur, atque hæc est eorum, quæ fortuna fiũt causa, à qua etiam, homines ad agendum interdum excitantur, ab hac quoque de rebus agendis moniti homines, quæ proficua sunt, prosequuntur, immo interdum neque consultantibus, neque cogitantibus, sed inuitis multa postera à propria idea eueniunt, quare unaquæque idea suæ speciei prouidet. Verum quoniam trifariam prouidentia dicitur, non enim per se primo sublunaribus rebus prouident,

uident, quoniam nobile per se primo gratia ignobilis non est, neque ex accidenti, quoniam for E
tuitum prouiderent, igitur per se non primo prouident. Quippe Dei gratia primo sunt, ut ei
complaceant, & quatenus possint consimiles fiant, Deus enim omnis bonitatis fons & origo est,
hæc itaque bona singulę res à sua idea directę, quemadmodum eis datum est, consequuntur, qua
re primum Dei gratia sunt, secundo uero propter sublunaria: ex his itaque, qua de causa ab his
ideæ institutę sint constat. Non sunt uero sub concauum sublunaris ortis, sed in singularibus,
quibus prouident. Nam abiunctę mentes ibi esse dicuntur, ubi operantur, per operationem enim
non immanentem, sed per eam, quæ transit, alicubi existere philosophi confitentur, atqui ideę
cum abiunctę formæ sint, ergo ibi erunt, ubi operantur, sed in singularibus cunctis proprię
speciei operantur, ergo unaquæque idea in speciei singularibus existit, quare idearum locus,
specierum singularia erunt. Sed horum sententia a ueritate prorsus aliena est, si enim eorum,
quæ oriuntur species singulare proprias ideas haberent, à quibus diriguntur, atque ut proprios
fines consequi possint adiuuantur, inquirimus, si cognoscendo prouident an sint intellectus,
uel potius sensus, primum enim concedi nequit, Nam solum uniuersalia mens contemplatur, &
nullo pacto singularia, quemadmodum tertio de anima monuimus. Neque obstat, si dicaut
huiusscemodi formas, etsi cognoscant naturas, quæ in materia existunt, à rebus causa imagines F
nou suscipiunt, quoniam earum quæque rerum omnium sublunarium rationes continet, ita quod
cuiusque speciei singularium ratio in propria idea continetur; hoc enim non impedit, Nam
mens humana pariter, & sentiendi uires rerum omnium, quas cognoscunt rationes continent,
humana tamen mens absque sensu mancas naturas non comprehendit, quoniam ueluti res se
habet ad esse, ita ad cognosci, quare cum rerum in materia consistentium nec non nisi in singula
ribus esse habeant, ergo absque singularibus cognosci nequeunt. Virtus uero singularia ap-
prehendens, sensus est, hoc enim à mente sensus separatur, quoniam ipse singularium est, mens
39 uero uniuersalium. atque hæc Arist. ratio est, 3. de anima, quando causam largitur, cur dia-
gnia, quæ intellectus progressus nuncupatur, sine sensu mancas naturas non percipit, & inquit,
quoniam huiusmodi naturæ in singularibus esse habent, ergo sine his non intelliguntur, quorum
sensus est, iure igitur oportet intelligentem fantasmata speculari, itaque tales ideæ mentes non
erunt. Neque sentiendi uires, quoniam corpori semper coniunctę sunt, sensus enim omnes
ipsi aiunt, uires organicas esse, ergo quidquam huiusmodi ideæ non percipiunt. Deinceps non
semel retro monuimus, ab immobili, & sempiterno aliquid nonnm proxime fieri non posse, sunt
uero ideæ sempiternæ, & immobiles, ergo noui quidquam ab eis proxime non efficietur. Ad G
hue cæleste animal per sensitiuam potestatem, quam in se continet, singulis rebus, quæ oriun-
tur prouidet, atque eas in proprios fines dirigit, quemadmodum prima disputatione de ui senti
ente docuimus, ergo frustra ideæ institutę sunt, ut sublunaris mundi singulis rebus prouideant.
Iam uero nulla forma à materia libera, mali causa esse ualet, quoniam ab his formis omnis ma-
litia relegata est, & idcirco non nisi boni causa esse ualent. atqui ab his ideis multa præter meri-
tum & rationem eueniunt, quemadmodum ab hominis idea. Namque uidemus probos, do-
ctos, integerrimos, egere, pellere, trucidari, ignaros, nequissimos affluere atque iuuari si proui
dent, & curant bona bonis semper largiri debent, immo nullus homo mala perpeterare posset,
quoniam de singulis hominibus curam propria idea habet, à qua cum non nisi bona procedant
ergo unusquisque bona semper necessario operabitur. quæ ratio ita confirmari potest, hominis
idea singulos homines dirigit, quare non nisi ad bonum prosequendum, ergo recte unusquisque
semper operabitur, quare in actionibus humanis nulla erit prauitas, immo, neque bonitas, quo
niam si alterum contrariorum in rerum natura non existit, neque alterum, ergo si mala actio non
est, neque bona; ita enim secundo cęli Arist. ratiocinatur.

H

Simplicij opinio. *Cap. 2.*

SImplicius, quemadmodum apud ipsum legere est 2. de phys. aud. etsi satis perplexus esse ui-
detur, tria tamen de ideis exponere nobis uidetur, primum quo pacto naturalis philosophus
à materia naturales formas separare ualet: secundum quibus rationibus Plato suam de ideis
opinionem probat: postremo uero Arist. à Platone non dissentire docet. Et primum expo-
nens ab ideæ notione exorditur, quid uidelicet idea sit, ideas itaque inquit rationes, & exempla
ria in mente diuina naturalium formarum existere, quemadmodum si naturalis forma producen
da est, exemplar habet ad cuius similitudinem in lucem uenit, quod quidem in opifice exemplar,
notio, & ratio est. Nam per rationes ars, res producendas cognoscit, & ita notio ra-
tio, & exemplar nuncupatur, quoniam eius similitudine res fiunt. Verum ratio in opi-
ficis mente existens, materiæ non est, sed solummodo formæ, Nam quod fit, propter for-
mam fit, & existit, per materiam uero res potius non est, quare solius formæ, & non materiæ
idea

A idea est, erit itaque formarum idea, in materia existentium exemplar, atque in opifice notio existens. quibus etiam liquet, cur compositi ideam Plato non confiteatur, quoniam compositum aliud non est, nisi materia, & forma; ergo si compositi, etiam materię idea esset. Nuncupat uero Plato ideam, & id cuius est idea, eodem nomine, quoniam per se formam appellat, quod nō absque ratione à Platone effectum esse inquit, namque effectus, & causa eodem nomine nuncupantur. quare cum ideæ effectus forma uocetur, siquidem naturalis forma est, quare idea idem nomen sortitur, immo idea magis forma, quam ea quæ per materiam existit, uocanda est, Nempe naturalis forma compositum est, quoniam aliud non est compositum, nisi forma in materia, & idcirco simul sumptum dicitur, quare si forma in materia existens, quæ ab idea suam originem trahit, forma nuncupatur, ergo idea magis hoc nomine digna erit, est enim forma causa, per quam res est, per ideam uero res esse magis habent, iure itaque magis species, & forma idea nuncupatur. Quod per Arist. confirmat, qui in cathegorijs eodem nomine hominem uerum, & hominē pictū, uocat, quare recte Plato ideam & id cuius est idea, eodem nomine appellat, quemadmodum enim homo uiuens, & homo pictus æquiuoce homines dicuntur, ita idea & cuius est, æquiuoce formæ appellantur, etenim formæ in materia existentes, & idea ęquiuoce for-
B mæ appellantur, quoniam uarias definitiones habent, Nempe alia est formæ definitio, ut in materia existit, alia uero, ut in opifice esse habet, quare, etsi nomine conueniant, definitione tamen separantur, & idcirco æquiuoce formæ nuncupantur, inde fit, ut quæ in Deo est forma nullum interitum patiatur, quæ uero per materiam existit, ortui & interitui subijcitur. Neq; ab hac opinione alienus Arist. uidetur, siquidem 12. huius, utpote sub finem, illius Voluminis monuit ordinem uniuersi in Deo esse, & in ipsomet uniuerso, & ideo mundus ab ornatu nocatur, & utrumque ordinem eodem nomine uocat, ibidem consimiliter ordinem in Duce, atque in exercitu esse confitetur, & utrumque eodem nomine appellat, ergo mirandum nō est, si ideam, & id cuius est idea, Plato eodem nomine uocat. Est uero idea cum eo cuius est, eiusdem speciei, & ideo utrumque eodem nomine uocatur. Nempe uniuersa naturalia corpora ex materia, & formæ participatione constāt, materia enim formæ particeps fit, per eam, quæ in ipsa est, participationem, atqui unaquæque participatio media est, eius, quod est particeps. & eius, quod participatur, quoniam ab eo quod participatur tributa est ei quod fit particeps, sed participatio, & id quod participatur eiusdem speciei sunt, quemadmodum caliditas, quæ ab ignis caliditate in aqua immittitur eiusdē speciei est, cum calido quod calefacit. Vnumquodque enim
C id quod habet, his quo participant, largitur, forma uero sublunaris, quoniam formæ separabilis participatio est, erit igitur eiusdem speciei, cum forma separabili, quod uero separabili formæ simile est, & ad eius similitudinem factum est, & est eius imago, exemplar habet formam separabilem, ergo recte Plato formas producentes, atque productas eodem nomine nuncupat. Sed quis ambigere posset, formæ, quæ hic sunt, participationes non existunt earum, quæ in Deo rationum sunt, Nempe in mente diuina neque homo, neque bos, uel aliud huiusmodi est, quorum formæ participationes dicuntur, quarum causæ in alijs formis existunt, à quibus consimiles formæ gignuntur. dubium hoc Simplicius soluit, & quærit num in Deo secundum Arist. sit uita, pulchritudo, substantia, & mens, & iam perspicuum est hæc in Deo existere, hæc enim in mundo reperiuntur, quare in Deo, & in mundo uitam, pulchrum, bonum, & mentem Arist. collocat, consimiliter Plato hominem in opifice, & in mundo ponit. Neque impedit, inquit Simplicius, si quis pro Arist. dicat aliam uitę rationem esse, quæ in Deo est, & in mundo, quoniam idem testatur Plato, quippe hominis ratio, quæ in Deo est, & quæ in mundo, alia est, homo enim sublunaris materiā claudit, & proinde mortem patitur, qui uero in opifice est, ortu, & interitu caret, cum nullam materiam habeat. Ex his quid idea sit secundum
D Simplicium satis elucet, nunc eius rationes referendæ sunt, quibus sibi ideas esse persuasit, & prima eius ratio ita se habet, Si formæ in Deo existentes earum formarum, quæ apud nos sunt, non essent causę, abijtio in infinitum fieret, omne enim quod gignitur, cum à consimili secundum speciem fiat, si hæc quoque fit, ergo ab alia, quare progressus in infinitum erit, quare ut à rebus infinitum Plato tollat, formas, quæ hic sunt, ab his, quæ in opifice sunt, gigni est arbitratus, ad has enim formas status est, cum generantes solum sint, & nullo modo genitæ. Ad idem quicquid fit, ac gignitur, à causa fieri necesse est, quæ eius quod fit rationem præhabet, alioquin temere, & recta ratione res non fierent, gignunt uero formæ sublunares, ergo à causa quæ earum rationes percipit, quas producendo rationi assimilat, sed quid queso ratio hæc est? nisi eorum, quæ gignuntur exemplar. Deinde Arist. in 8. de phys. aud. demonstrat ante ea, quæ perpetuo mouentur esse causam immobilem motionis, quæ nunquam deficit, Verum quoniam multa sunt, quæ perpetuo & continuo mouentur, docuit eorum omnium non solum unā communem causam usse, sed singulorum propriam atque definitam, quare cum unaquęque forma ex his, quæ apud nos sunt in indiuiduis æternam mutationem habeat, ergo uniuscuiusque

prius erit causa immobilis & definita, quæ non nisi exemplar, & in opifice ratio est. Deinceps E
in artifice rerum omnium, quæ ab eo fiunt præsunt imagines, atqui Deus rerum omnium est
artifex, ergo in ea rerum omnium ratione existunt: quæ ratio per Arist. confirmari potest, qui
arti naturam æquiparat, 2. enim phys. inquit quemadmodum ars dicitur ad id, quod est ex arte,
& id quod est artificiale, ita natura ad id, quod est secundum naturam, & id quod est naturale,
ergo si ars facit per rationes, & facta per artem rationibus assimilat, ita etiam natura faciet &
idcirco nihil temere efficiet, quare cum natura prima causa non sit, est tamen aliqua prima cau
sa omnium, ergo hæc per rationes quas habet res effingit, quas rationibus in ea existentibus as-
similat, & ratio magis prima causa probat, quoniam, arte natura superior est. Demum omnia
forma, quæ discretam definitamque substantiam habet ipsius est aliquod principium ingenitum
& immobile, sed id in materia esse nequit, tale enim participatio, & materia affectio est, neq;
id, quod est in natura, cum id quoque consistat in subiecto, neque itidem id est quod in anima
existit & si hoc separabile sit, tum quia est per se mobile, & habet quandam duplicitatem, cum
moueat, & moueatur, & idcirco non magis principium quam à principio, ergo oportet princi-
pium esse immobile, & ingenitum, & solum efficiens, non autem quòd etiam gignatur. tales
uero formę sunt, quæ in prima mente existunt discretæ, & immobiles, & ingenitę, & quæ sunt F
propriæ, quæ causæ dicuntur eorum, quæ gignuntur, quibus ea quæ gignuntur assimilari opor-
tet. Quæ ratio ita confirmari potest, si rerum, quæ fiunt exemplaria & rationes in Deo non
existerent ergo omnium causa Deus non foret, quoniam ab uno in quantum unum uaria, &
quæ maximam inter se diuersitatem habeant proficisci nequeunt, quare, si à prima omnium cau
sa tanta rerum diuersitas fluit, ratio est quoniam in ea aliqua est multitudo, quæ non nisi rerum
quæ gignuntur rationes esse possunt. Postremum exponendum erat consilium inter Arist. &
Platonem, Arist. enim inquit ideas Platonis non tollit, & duo largitur consilia, & primú tale
est, Arist. solum argumentari aduersus uulgares de ideis notiones, quæ eorum quod est quæ
illic sunt nihil omnino sentiunt, formas uero materiales ne perfecte quidem suam exeuntes in
opifice mentem prius esse uisione apprehendunt omnium, quæ cum materia considerantur, &
cum modo eorum quæ hic sunt substantiæ sumuntur, ideas esse putantes, atque etiam simili-
tudinem non tamquam imaginum ad exemplaria, eorum quæ hic sunt ad illa, sed tamquam si dici
posit identitatem esse existimantes. Quare uulgares de ideis notiones Arist. arguit, & non sim
pliciter ideas tollit, quoniam eas confiteri necesse est. Nam si quę apud nos sunt genita sunt,
quod autem genitum, seu factum est, à causa factum esse oportet, & non solum communi, sed G
definita, ergo in mente opificis prius esse distinctas eorum, quæ fiunt per formas causas opor-
tet, quemadmodum in ædificatore domus, alia etenim in eo est parietis ratio, alia uero tecti. At
que ita Arist. ideas non tollit. Sub eiusdem disputationis finem secundum affert consilium Arist.
eorum de ideis euertere sententiam, qui compositorum ideas esse credidere, & recte hos arguit,
Nam etsi aliqua nomina apud nos sint, quæ non formarum, sed compositorum sunt, non est
eorum similitudo ad illas transferendas, quoniam proprietates quidem à summis usque ad ulti-
ma per summissionem procedunt, quemadmodum ipsemet Simplicius 3. de anima docuit:
Nempe eorum, quæ fiunt formæ tres habent gradus, primus est secundum quem ideę uocantur
quo pacto in nulla materia comprehensæ sunt formæ, ita enim puræ quidditates sunt. secundus
gradus est, secundum quem forma natura uocatur, ita enim ut in uniuersali materia est compre-
henditur. tertius gradus, quando in singulari materia est suscepta, igitur formæ semper à sum-
mis usque ad ultimam per summissionem procedunt, quare cum primus formæ gradus nullam
comprehendat materiam, sublimis sit, ita in opifice esse habent, & ita ideæ nuncupantur, & sic
formas separari Arist. concedit, tollit uero eorum ideas, qui aiunt esse exemplaria formarum,
iuxta postremum, & medium gradum, ita composita & singularia formę efficiuntur, formæ ete- H
nim ut in materia comprehensæ sunt ab illa separari nequeunt, quare talium formarum in opi-
fice nulla erit idea neque exemplar. Hæc est de ideis Simplicij sententia, sed an rationi consen-
tiat nunc perquirere iuuat.

Simplicij sententia arguitur. Cap. 3.

SEd ut recto ordine progrediamur, singularia Simpl. dicta à nobis examinanda erunt. pri-
mum itaque asserit, in opifice mente, eorum quæ fiunt, esse notiones, & exemplaria. Hoc
enim peripatetice dictum non est, Nam Deus optimus summe simplex est, ergo nullā ratio-
num multitudinem in se habet. Quæcunque enim in aliquo sunt, secundum illius modum sunt,
quemadmodum Arist. 6. phys. docet, quare cum omnino simplex sit Deus, ita quod Deo sim-
plicius quicquam non reperitur, ergo quæ in eo sunt omnibus modis ipsis eadem erunt, ergo
nulla rationum multitudo in Deo erit. Amplius omnis multitudo, secundum peripateticos, aut

A est rerum differentium secundum quantitatem, aut secundum formam, quemadmodum Auer.
primo phys. testatur, quare cum exemplarium multitudo in opifice existens, neque secundum 6
quantitatem, neque secundum formam, differentiam habere possit, ergo nulla in Deo multi-
tudo ponenda erit. Demum ueluti quęcumque diuersitatis principio insunt, diuersa sunt, ita
quæ unitatis principio insunt, eadem omnibus modis erunt. Deus uero cum unitas ipsa sit, er-
go quæ ipsi insunt, omnibua modis eadem cum eo erunt, ergo in Deo nulla multitudo notio-
num reperitur. Quo uero ad id, etiam ab Arist. recedit, quando testatur ideas cognoscendi ra
tiones esse, Nempe per ipsas, ea quæ fiunt Deus apprehendit, Arist. enim opinatur, Deus
Deum solum intelligere, & quæ Deus non sunt, non apprehendere, quoniam facultas cogno-
scens, quæ absolute perfecta est, & nullo modo imperfici potest, formam se ipsa uiliorem non
apprehendit, propterea quod res intellecta potentiæ indicantis perfectio, & forma est, Diui-
na itaque mens, cum omnino perfecta sit, & nullo queat imperfici modo, ergo uiles formas non
percipit. Verum ratio hæc molestari consueuit, quidam enim aiunt, quòd & si Deus uilia co-
gnoscat, non tamen ut prima obiecta, neque per species merito agentis intellectus productus,
sed ut obiecta secundo cognita, & in sua substantia relucentia. Non nulli uero consecutiue
B uilia a deo percipi instituunt. Sed neutra solutio Arist. principijs consentiens est, intelligibile
enim sua natura perfectio est, quemadmodum Arist. docet, qui secundo & tertio lib. de ani- 54.14.
ma, intelligere pati ab intelligibili, esse testatur, quod salutem & perfectionem affert, & 12. hu- 28.51.
ius, Deo honorabile inesse docet, per intelligere, ubi nos monet, intellectionem, suam præ- 51
stantiam à forma intellecta sortiri, Nam nobilis formæ, intellectio nobilis est ueluti uilium no-
tio, est uilis, & idcirco Auer. 4. lib. paraph. Met. rem intellectam inquit, formam, & intelli-
gentis perfectionem esse, quare si res intellecta sui natura perfectio est, ergo in quocumque in
uenitur, atque cuicunque confertur, perfectio semper erit, ergo si quæ extra opificem mentem
sunt, ab ea intelligerentur, siue ut secunda obiecta, siue consecutiue, ipsius perfectiones sem-
per erunt. Amplius cum posterius priori accidit, eius non mutat naturam, sed potius ligat, &
coarctat, sed secunda, uel primo intelligi, seu consecutiue, forma intellecta, posteriora sunt,
ergo quando cum ipsa unita, coniunctaque sunt, eius naturam non mutant, ergo si sua natura
intellecta res perfectio est, siue igitur secundo uel consecutiue intelligatur; perfectio semper
erit, quare, si quæ nascuntur, à prima causa percipiuntur, eius perfectiones semper erunt. Mox
quando ad antecedens, sequitur consequens necessario, idem si utrobique addatur idem semper
C sequirur, rem uero intellectam, ut perfectio sit necessario consequitur, quam primum enim, sub
intellectionem res cadit, statim perfectionem adducit, quare si res secundo, uel consecutiue
intelligatur, erit secundo aut consecutiue intelligentis perfectio, quare Deus, quod Deus non
est secundum Arist. non intelligit. Et ne nos hæc Aristoteli ascribere uideamur, ipsius Te-
stimonium adducemus, qui tertio lib. de anima, causam largiens, cur mens humana, quando 39
ea, quæ in magnitudine sunt, percipit, fantasia indiget, inquit, causam esse, quoniam huius-
modi formæ cum magnitudine sunt, idcirco sine fantasia non intelliguntur, formæ etenim ma-
teriatę in signata materia, & singulari, atque illi secundum esse coniunctæ sunt, ergo quemad-
modum formæ apprehensę secundum esse unitę sunt, ita uirtutes, ut in cognoscendo uniantur,
oportet, Nam uti res ad esse se habet, ita ad cognosci 2. Met. Quare mens cum formas, & 4
naturas sensibiles intelligit, à sensu separari nequit, eadem ratione nos utimur, si Deus naturas
in materia existentes perciperet, sensu & fantasia in talium rerum notione indigeret, consimilis
enim ratio est. Arist. rursus 12. huius, cum dubitasset, an Deus solum Deum intelligat, an po- 51
tius quidquam, quod Deus non est, soluens inquit, Deum se solum intelligere, quemadmo-
dum eius uerba indicant, nempe primum ostendit, Deum, mentem semper actu intelligentem
D existere, aloquin optimum quippiam non esset, per intelligere enim ipsi honorabile inest. De-
inceps demonstrat sui intellectionem, sui ipsius subiectum esse, nam cum per intelligere in op-
tima dispositione constituatur, ergo à se non erit optima substantia, sed per aliud. Postremo
Deum se tantum intelligere ostendit, alioquin Deo quidquam pręstantius foret, Nempe res in
tellecta perfectionem intelligenti largitur. & quibusdam interpositis, dubium diluens (continge
ret enim quæ extra Deum sunt, Deum ignorare) inquit, etenim non uidere quædam dignius,
quàm uidere, ergo si Arist. opinio esset, Deum ea, quæ non sunt Deus, intelligere, omni pro-
culdubio hoc, & modum, qua alia intelligeret, docuisset, quorum tamen non meminit, sed
se solam diuinam mentem intelligere testatur. Non enim æquum est inquir Them. 2. de anima C. 20.
in altissimis philosophiæ quæstionibua, aliud sentire, aliud dicere, cum semper homini digna
res sit, ne à mente uerba dissentiant, tum id maxime in rebus obscuris obseruandum, cum ea,
quæ suapte ingenio remota, & condita uidentur, uerbis illustribus, & quam maxime potest, de
clarantibus uendicentur à tenebris. Non tamen inferrendum est, hæc Deum ignorare, non
enim Deus horum scientia, uel ignorantia disponi aptus est quemadmodū Auer. docuit; dicitur
tamen

tamen quoquomodo omnia ſcire, atque modo longe nobiliori, quàm ſi in ſe ipſis hæc apprehen E
deret, quoniam quicquid in rebus perfectionis eſt in Deo continetur, quippe perfecta, & bo-
na alia dicuntur, quoniam Dei perfectionem & bonitatem participant. Rerum itaque perfe-
ctiones in diuina ſubſtantia continentur, non ita tamen, ueluti in ſe ipſis conſiſtunt, ſed Deo
omnibus modis eadem efficiuntur, quicquid enim in Deo eſt, Deus eſt, Nam cum Deum di-
cimus, rem maximam & optimam exponimus, quæ nil auctionis, diminutionisque pati poſsit,
neque ullo queat extrinſecus perfici, quod utique fieret, ſi ſapientia, bonitas, & eiuſmodi reli-
qua idem non eſſent, & idcirco, quoniam ipſe omnino ſimplex eſt, atque maxime idem, ergo
quæ in eo ſunt, in ſumma ſimplicitate, atque identitate exiſtunt, quare perfectiones quæ in opi-
fice mente ſunt, omnibus modis cum ea eædem ſunt. quod ſatis aperte Auer. docuit. libro 4.
paraph. Met. ubi inquit, pluralitas intelligentijs ineſt, ex hoc, quod unaquæque intelligit de ſe
ipſa pluralitatem, ideo oportet, quòd prima intelligentia ſit unum indiuiſibile, quoniam intel-
ligit unam rem ſimplicem. Et paulo poſt, intelligentia prima non poteſt intelligere aliquam
multitudinem neque in eius eſſentia, neque extra eius eſſentiam, ipſa enim eſt idem ſimplex de
ſe. Alia poſſem adducere loca, uerum, quoniam de re hac ſexta diſputatione dicemus, hæc
ſint ſatis. Quare, etſi rerum omnium perfectiones in diuina mente contineantur, Deo omni- F
bus modis eædem ſunt, ergo cum ſe Deus apprehendit, qui omnia eſt, omnia noſcit, & modo
præſtantiori, quam ſi in proprijs naturis perciperentur, Nam in Deo, Deus ſunt, atque pura
ſcientia, cum à Deo nullo queant diſtingui modo. quæ res Auer. exemplis oſtendi poteſt, qui
51 12. diui. inquit, quod qui cuiuſdam rei naturam apprehendit, ea non ignorat, quæ illa partici-
pant, uti qui caloris naturam perfecte cognoſcit, cætera calida non ignorat, non tamen ſecun-
dum proprium eſſe; ita cum entis naturam Deus apprehendat, cætera; quæ exiſtentia partici-
pant, non ignorabit. & in tertia diſputatione inquit, & ueritas conceſſa apud philoſophos eſt,
quod primus intellectus, non intelligit de ſe, ni ſe ipſum, non aliud relatum, ſcilicet, ipſum
eſſe principium, ſed eſt apud philoſophos omnia entia, in gradu nobiliori, quam ipſa ſunt in ſe
ipſis, quare eminenter philoſophi diuinam mentem cuncta in ſe ipſo intelligere, teſtantur, quæ
quidem intellectio non eſt rerum ſecundum proprias, & peculiares naturas cognitio, quippe id
dicitur eminenter alia continere, quod cum aliorum perfectiones contineat, adhuc perfectius
eſt, ueluti aurum omnia metalla eminenter continet, quoniam ipſum tantæ perfectionis eſt,
quantæ perfectionis cætera metalla ſunt, & adhuc plus in auro uero, ſecundum proprias natu-
ras, metalla non comprehenduntur, & ideo diſtinctiſsime aurum quis cognoſcens, eminenter G
omnia metalla percipit, quoniam id intelligit, quod cæterorum metallorum perfectionem con
tinet, & adhuc plus, ita Deus omnia eminenter eſt, quoniam cum perfectiones rerum omnium
habeat, adhuc ampliorem obtinet, & ſe ipſum intelligens omnia eminenter noſcit, non tamen
ſecundum proprias naturas, quemadmodum de auro dictum eſt, quare ſi hæc eſt Ariſt. opinio
in Deo, ergo rerum, quæ oriuntur rationes nõ erunt. Non minus penes id arguendus Simplicius
eſt, quando à Platone recte factum fuiſſe aſſerit, cum ideam, & id, cuius eſt idea, eodem no-
mine nuncupauit, Nam ſi eodem nomine appellari poſſunt, Simplicium percuntabimur, an,
cum nomine conſentiant, eandem rationem habeant, an potius ſolum nominis, & non ratio-
nis cõmunionẽ obtineant. atqui primum dandum non eſt, Nam ipſemet teſtatur, ideam ratio-
nem ſempiternam in opifice mente eſſe, ideata uero, quoniam materiam claudunt, ortum, &
interitum patiuntur, quare eandem rationem, etſi nomine conſentiant, habere nequeunt, ne-
que ſecundum dari poteſt, rueret enim Platonis illud fundamentum, quo ideas neceſſarias eſſe
monet, ut id, quod fit à conſimili in ſpecie oriatur. Quibus patet, quod quamuis Ariſt. mor-
talibus uiuentibus, & Deo uitam, & intellectum tribuit, conſtat æquiuoce fere, uitæ, & intelle-
ctus nomen dici, Nempe, quæ de rebus caducis, & ſempiternis affirmantur, fere æquiuoce di- H
cuntur, quemadmodum non ſemel Auer. monuit. Ariſt. tamen nullum accidit abſurdum, Nam
uitam, quæ mortalibus communicata eſt, non aſſerit à diuina uita, tamquam à proxima cauſa
oriri ſed ab ea, tamquam ab uniuerſali cauſa ſolum modo pendere. Sed aliud nunc eius dictum
euertendum eſt, utpote, ſi ideæ ſunt, non niſi formarum, & non compoſitorum eſſe, quod ita
probandum aggredimur. Deus ut Simpliciuſmet teſtatur omnium quorum eſt cauſa, cognoſcit,
ergo in eo rationes, atque exemplaria erunt, eorum quæ fiunt, quippe idcirco ideæ poſitæ ſunt,
cum ut ſint rerum, quę oriuntur, intelligendi principia & rationes, tum etiam ut earundem ſint
exemplaria. quare cũ ſingulariũ, compoſitorũque, Deus effector ſit, ergo hæc cognoſcit, qua
re in eo huiuſmodi rerũ ideæ erunt. Adhæc Deus ſuá uirtuté perfecte apprehendit, atqui uir-
tus perfecte cognoſci nequit, niſi etiá uniuerſa, ad quę uirtus extendit, noſcantur, quare cũ ad
ſingularia, & cõpoſita opifex mens ſe extendat ueluti ipſemet Simplicius monet, igitur hæc om-
nia congnoſcit, quare horũ omniũ in Deo erũt ideæ. Mox intellectus, qui ualde intelligibilia
cognoſcit, minora apprehẽdere ualet, quẽadmodũ Ariſt. tertio de anima monet, quoniá mens

à ualde

169

A à ualde intelligibili nõ deletur, sed potius perficitur. At deus ualde intelligibilia cognoscit, quo
niam formas, quæ nullam claudunt materiam, atque se ipsum, uti Simpl. asserit, ergo minora in
telligibilia apprehendit, quę singularia, & composita sunt, quare hęc per proprias ideas perci-
piet. Quibus constant secundum quod inter Arist. & Platonem concilium affert, nullum fo
re, Arist. uidelicet compositorum, & singularium, ideas tollere, quoniam Plato etiam cogitur
compositorum & singularium notiones in mente diuina statuere, si ea est Platonis opinio, quam
sibi Simpl. ascribit. Quod uero de formis naturalibus, in eodem concilio affirmat, prorsus
uanum est. Nempe naturales formę sine materia non percipiuntur quemadmodum Arist. 2.
phys. monet, inquiens, sine materia naturales formas non esse definiendas, & quòd se habent si
cuti simum, quod absque materia, ut sine naso definiri nequit, & non sicut curuum, quod absq;
naso definitur. Deinceps 7. huius quemadmodum priori disputatione monuimus, Arist. in-
quit, quòd uti se habent res uti sint, ita ad quod quid, & definitionem, Naturales uero formę si
ne materia esse nequeunt, quare neque earum natura, & ratio percipi sine materia potest. Qua
re Deus, cum materia huiusmodi formas percipiet, alioquin non ueluti sunt, illas intelligeret.
Quod uero secundum concilium, figmentum sit, posterius docebimus, utpote cum demõstra
B bimus omnes idearum modos, quos Platonici imaginati sunt tollere. Sed nunc ipsius ratio-
nes diluendæ sunt, & quo ad primam pertinet, hæc ipsa manifesta pugnantia claudit, Nam si id
circo participatio, & id quod participatur, eodem nomine nuncupantur, quoniam eiusdem ra
tionis sunt, ergo aut participatio, & quod participatur interitum patientur, aut utrumque per-
petuum erit, Nam quæ eiusdem speciei sunt, quod uni per se, etiam omnibus competit, quem
admodum non semel Arist. primo lib. de cælo docuit. Quare si participatio, quæ media est, in
ter id, quod participatur, & quod particeps fit eiusdem sit speciei, cũ eo quod participatur, ut ipse
inquit, participatio uero caduca ẽ, ergo & quod participat, & si hoc perpetuũ, participatio quoq;
sempiterna erit. Deinde participatio, quæ est forma in materia consistens, ortum, & interitum
patitur, ergo eiusdem speciei, cum eo quod participatur esse nequit. Arist. etenim decimo hu 25
ius æternum, & corruptibile genere, & plusquam genere differre docet, participatio uero ca-
duca est, id autem, quod participatur, quoniam idea est, in opificis mente sempiterna est, er-
go genere, & plusquam genere distinguuntur, quare fieri nequit, ut eiusdem speciei sint. Erunt
eius dissoluatur ratio, participationem mediam, atque ut plurimum eiusdem speciei, cum eo
quod participatur, esse confitemur, sed quod participatur idea non est, retro enim monuimus,
C alterum eiusdem speciei indiuiduum esse quod genitum est, & corrumpetur quandoque, ueluti
homo generans, & homo qui gignitur. Nempe quod gignitur, retro docuimus, sæpe sæpius
à consimili secundum speciem fieri. Tertia uero ratio, 8. de phys. aud. tertia disputatione con-
tra Grãmaticum, ab eodem Simplicio diluitur, quo loco concedit, absurdum non esse, immo
necessarium in his, quæ oriuntur, progressum in infinitum fieri, quoniam cum sempiternæ spe-
cies esse debeant, alia ratione perpetuæ fieri nequeunt, indiuiduorum enim sempiterna, atque
infinita successione species semper conseruantur, quare ad formas in opifice existentes recurrere
non est necesse. Quod aperte Arist. 3. phys. confessus est, ueluti Simplicius ibi auctor est, mo-
net enim ibi, quòd & si actu infinitum non datur potestate tamen infinitum concedendum est,
quomodo in generatione, motu, & continuo reperiri asseruit. Deinceps tertiæ rationis assum
ptum uerum est, semper enim effectus imago, in causa existit, & præaccipitur, & precipue, cum
id quod facit, & quod gignitur eiusdem speciei sunt. Verum effectus imago, quæ in causa pro
existit; si causa hæc natura fuerit, non est nisi gignentis forma, quæ geniti exemplar est, cum
ad eius similitudinem, alteram producat, quemadmodum Alex. 2. phys. monuit, cum Arist. in 28
quit, forma & exemplar, quare ratio, & effectus imago, in Deo non est, sed in indiuiduo gi-
D gnente, quod eiusdem speciei existit. Quod rursus ex Arist. deducit, eorum uidelicet, quæ per
perpetuo mouentur, causam immobilem esse, recte illatum est. Verum quæ perpetuo mo-
uentur, alia motu continuo, & sempiterno mouentur, quemadmodum cælestia, quæ si
uaria, & diuersa sunt, eorum non est una causa immobilis, sempiterna, sufficiens, quoniam eo-
rum quodque, ut definitam causam habeat, oportet, Nam motiones, quibus cælestia mo-
uentur, non solum numero, sed specie & genere separantur, & cum simplices lationes sint,
causas mouentes singulis cælestibus proprias exposcunt. Alia uero sunt, quæ etsi perpetuo mo
uentur, non tamen motione continua, sed eorũ motio secundũ speciẽ solũ perpetua est, quæ
ut talis euadat, sufficiens est cõmunis causa immobilis, & sempiterna una numero existens, quæ
effectrix causa non est, sed finis, Nempe omnia quatenus possunt Deo persimilima fieri cu-
piunt, ita uero euadunt, quoniam æternitatẽ affectant, quam sublunaria secundum numerum con
sequi nequeunt, ob materiam, & contrarietatem, quam in se habent, secundum speciem per-
petua efficiuntur; Nam generando alterum, quale ipsa sunt, perpetua fiunt, ergo prima causa, ut
finis causa est, ob quam sublunaria perpetua fiunt, non enim effectrix causa est, quoniam æterna

effficien-

ficientẽ causam non habent. Singulæ uero caducorũ species definitis causis non indigent, quo- E niã si idcirco æternitatẽ excupiunt, ut Deo similes efficiantur, ergo sat est cõmunis causa, Nã quando est aliqua disputatio pluribus conueniens,& uni non per alia, necessum est, ut cunctis per causam communem conueniat, atqui omnibus rebus caducis competit, ut secundum speciem perpetuæ fiant, & uni non per alias, ergo per causam communem, quæ Deus est, qui rerum omnium ultimus finis existit, ergo in sublunaribus sufficiens est communis causa immobilis, & perpetua, & ad sempiternas rationes recurrere non est opus. Neque itidem alia ratio obstat, Deus enim si ad res, quæ oriuntur conferatur artifex non est, si artificis nomine agens, quod cum cognitione res producit intelligamus:ita enim Deus ad rerum ortum non concurrit, sed agens mere naturale est, quemadmodum sexta disputatione docebimus. Est uero intelligens, & expetens se, quare etsi agens intelligens,& uolens Deus sit, non tamen respectu eorum, quæ fiunt, sed cum ad semetipsum confertur, eodem pacto ratio, quæ confirmat, deletur, Nempe quemadmodum arte constructa, per rationes in artifice permanentes fiunt, ita quæ natura oriuntur, per exemplaria in natura permanentia, gignuntur. Verum exemplaria hæc, non nisi gignentium formæ sunt, quæ consimiles generant, ob æternitatis appetitum: diuersitas tamen, inter naturam, & artificem est, quoniam hic cum cognitione operatur, natura uero nequaquam, ueluti 2. phys. constat. & quamuis sine cognitione natura agat, nil tamen obstat, ut suum finem semper, uelut plurimum consequatur, quoniam à cælo dirigitur, quod sentientis animæ beneficio, quæ in ipso est sublunaria dignoscit, per animam enim hanc, agentia quæ apud nos sunt, per quosdam impetus ipsi a elargitos, in proprios fines diriguntur, quemadmodum octaua disputatione de anima sentiente docuimus, quare similitudo inter naturam, & artem, Simplicio teste, hoc est, quoniam ars ueluti per rationes quas præhabet effectus illis assimilat, ita natura, per exemplaria, quæ in se habet, effectus quos producit, eis persimiles facit, Nam quod à natura fit uti retro expositum est, à consimili uel secundum speciem athomam, uel secundum genus proximum fit. postrema uero ratio, ex dictis tolli potest, formæ enim quæ gignuntur, causam immobilem & sempiternam, habent, per quam existunt, & semper ita se habent: hæc uero est prima causa, quæ ea ratione qua est primum agens, formarum ut existunt causa est, quemadmodum sequenti disputatione docebimus, ut uero rerum ultimus finis est, quod semper ita fiant, causa est. Quod uero demum ratio confirmans ostendit, tollitur, Nam Deus, si ad ea quæ gignunt, referatur, uniuersalis causa solum existit, quare effectus, quem in sublunaribus producit, non nisi uniuersalis est, qui rerum existentia est, ergo ab eo diuersitas nulla prouenit, sed eodem modo omnibus quæ fiunt cooperatur; hæc enim est causæ agẽtis uniuersalis ratio, ut ab ea nulla in rebus effectis distinctio proueniat, sed diuersitas tota à secundis causis petenda est. quę cum in hunc modum explicata sint, tempus est, ut aliorum opiniones referendas, sermonem uertamus.

Opinio peripatetica.

F

G

Alia De Ideis opinio. Cap. 4.

CAEterum nonnulli, partim Simplicio consentiunt, partim ab eo dissentiunt. cum Simplicio enim concordes sunt, quatenus rerum quæ gignuntur in opifice mente ideas constituunt, quippe cum primum agens Deus sit, & per cognitionem operetur, ergo ea omnia cognoscit, quorum est effector, quare cum rebus omnibus quæ oriuntur, cooperetur, huiusmodi res percipit, Atqui cognitio per similitudinem fit, ergo in Deo rerum, quæ fiunt rationes erunt, A Simplicio uero dissentiunt, quoniam non solum formarum, sed singularium compositorum, atque materiæ, ideas instituunt, siquidem idcirco rationes id cales institutæ sunt, ut eorum, quę fiunt causæ sint, quæ enim oriuntur, ad sua exemplaria Deus assimilat; ideæ uero exemplaria, in Deo sunt, quæ uero gignuntur, singularia sunt, quoniam singularium, & suppositorum actus, & ortus existit, ergo singularium dandæ sunt ideæ. Adhæc, eorum, quæ sunt cognoscendi rationes, ideæ existunt, atqui singula cognoscuntur per proprias quidditates, naturæ uero notio perfecta est, compositarum autem rerum natura, ex materia, & forma conflata est, quare cum Deus, composita perfectæ cognoscat, ergo per ideam, quæ compositorum naturam refert, quare compositi idea materiam, & formam repræsentabit. Huius opinionis Io. Gram. est, qui 2. phys. asserit, res naturales sine materia apprehendi non posse, ergo idea, quæ diuinæ menti res naturales cognoscendi ratio est, cum formam, tum etiam materiam repræsentabit: penes hoc itaque, hi à Simplicio dissentiunt. Verum an idem subiecto, & ratione cum Deo ideæ existant, inter se non consentiunt. quidam ideas, quidquam ad diuinam substantiam spectantes esse asseruere, quemadmodum rationale, & animal, ad hominis substantiam pertinẽt. Sed hi de facili arguuntur, Nam in Deo, compositio esset, quare simplicissima mens, Deus non foret. Alij uero accidentia diuinę menti superaddenda, opinati fuere, qui neque audiendi sunt, H

tum

A tum, quoniam in Deo ex substantia, & accidente compositio foret, tum etiam, quoniam separatæ mentes nullis accidentibus subijciuntur, igitur multo minus suprema mens. Et proinde recte alij inquiunt, ideas non nisi diuinam essentiam fore, ita quod reuera idea, Dei est essentia quæ ea ratione, qua res ab eo seiunctas, refert, idea & notio nuncupatur, Verum quoniam uaria, & diuersa refert, idcirco merito rerum, quæ referuntur, multiplex ratione euadit, quare idea ab opificis substantia diuersa non est, nisi ratione rerum, quæ referuntur, quare id, quod idea est, unum numero est, atque summe simplex, quoniam Deus est, merito uero rei, quæ præsentatur, non una est, sed multiplex. Sed ab his, ea se offert dubitatio diluenda, ideæ enim rationes incommutabiles, & æternæ sunt, res uero, quæ referuntur, sempiternæ non sunt, ergo merito rerum, quæ referuntur, idearum multitudo in opifice mente non est collocanda. soluunt, atque inquiunt, res quatenus ab opificis substantia referuntur, sempiternas esse, ab æterno enim Deus res omnes nouit, quare, ut obiecta sunt, in diuina substantia relucentia, sempiterna sunt, quare recte dictum est, idearum multitudinem, ob res, quæ referuntur, & non ob rem, quæ refert, proficisci, res enim quæ refert summe simplex est, atque una. Sed sint ne omnium ideę, controuersia est, consentiunt omnes, neque mali, neque itidem priuationis, & ne-
B gationis, ideas constituendas esse. hæc enim etsi à Deo intelligantur, per propriam ideam non percipiuntur, malum enim boni ratione, & priuationem habitus idea, Deus apprehendit: sed an accidentium idea sit, dubium est. quidam inquiunt, omnium accidentium ideas esse, Nempe diuina mens, ea refert, quorum est causa, atqui accidentium causa est, ergo accidentia refert, substantia itaque diuina, quatenus accidentia repræsentat, eorum idea nuncupabitur. Adhæc Dei scientia, rerum causa existit, quæ ad accidentia se extendit, ergo per accidentium rationes quæ ideę sunt. At uero qui Platonis doctrinam magnifaciunt, accidentium ideas nullas constituunt, neque itidem omnium, quæ sunt, quoniam non entis, neque boni, nam in quibus prius & posterius est, idea non est, quare cum, mens, bonum, & alia multa secundum prius & posterius se habeant, talium ideæ non eruut. Neque accidentium, quoniam idcirco ideę institutæ sunt, ut producendi rationes existant, atqui accidentia à consimilibus accidentibus, quę aput nos sunt, gigni queunt, ergo accidentium non sunt necessariæ ideæ. Sed horum ratio nulla est, Nam ideę non solum ut producendi rationes, sed ut cognoscendi rationes, quare etsi eis concedatur, ut rationes producendi, accidentium ideas non esse peruecessarias, sunt tamen, ut rationes cognoscendi statuendę, cum Deum non solum substantiam, sed etiam accidentia perci
C percipisi testentur. Verum ex retro dictis, constare potest, horum sententiam ab Arist. doctrina plurimum dissentire, docuimus enim retro, in opifice mente nullam multitudinem collocandam esse, neque, secundum rem, neque itidem secundum rationem, ergo secundum Arist. idearum multitudo ratione rerum, quę referuntur esse nequit, ibidem etiam docuimus, Deum, non nisi Deum percipere, ergo in eo rationum multitudo nulla est. Demum sequenti disputatione ostendemus, primum opificem non nisi ipsius existentię causam fore, rerum enim diuersitas à causa secunda petenda est, quare ut producendi rationes, ideę pernecessariæ non sunt, quare iusta peripatetica dogmata, neque intelligendi, neque producendi in diuina mente rationes existunt.

Aliorum De Ideis opinio. *Cap. 5.*

POstrema de ideis sententia, à Recentioribus quibusdam tradita est, hi enim tres idearum ordines constituunt, primus in mente diuina est, secundus in angelica mente, tertius, & postremus, in anima rationali, Plato etenim tres mentium ordines constituit, & in primo
D ordine, opifex summus collocatur, in secundo uero, Angelica mens, in postremo uero, rationalis anima, sub qua & mundi, & elementorum, atque hominum animæ comprehenduntur. Ideæ itaque primo, in opifice mente sunt, per quas cæteræ mentes, atque earundem ideæ, à Deo procreantur, mens etenim diuina, Angelicas mentes creans, simul proprias illis largitur ideas, consimiliter, cum rationalis anima creatur, rerum notiones ipsi elargitur, (creare enim solius Dei opus est; quoniam uirtutem infinitam arguit, quæ soli Deo propria est). Cæterum in opifice existentes rationes, eius substantia sunt, à qua ratione solum distinguuntur, Nam ueluti priores asseruere, multiplex diuina essentia euadit, quoniam uaria sunt, quæ referuntur, quare cum prioribus penes hoc consentiunt. Atqui in Angelica mente rationes existentes, eius essentia non sunt, sed quid superadditum, Deus enim summa unitas est, Angelica uero mens, quoniam à Deo deficit, ab unitate quoque recedit, & ad multitudinem accedit, quare Angelicæ rationes, à propria substantia distinctæ sunt. In mente uero Angelica neque tot sunt, quod ea, quæ referuntur, sed certo numero definitæ sunt, Verum quoniam Angelicæ mentes, si adinuicem conferantur, quoniam æqualem perfectionis gradum non habent, idcirco per æqualem idearum

numerum non intelligunt, & proinde quanto mens hæc sublimior erit, per pauciores intelligit ideas, quoniam Deo proximior existit, & ad unitatem accedens, à multitudine magis reccedit. inde fit cum rationalis mens inferior Angelica sit, ut per infinitam fere rationum multitudinem intelligat. Animæ etiam rationales, quoniam neque inter se eiusdem perfectionis existunt, nempe mundi anima, humana mente, & elementorum animabus, sublimior est, quare perpauciores ideas intelligit: in mente itidem humana pauciores erunt cognoscendi rationes, infinitę denique, quæ in elementorum animabus continentur. Verum quoniam de mundi anima sermo factus est, & quid ipsa sit, non constat, idcirco de ea quædam breuibus erunt perstringenda. E

De Mundi Anima uaria opinio. *Cap. 6.*

DE mundi anima quid, cur posita sit, uaria est philosophantium opinio, quare, ut res adunguem discutiatur, singulas referemus. Nonnulli itaq; asseruere, terreni orbis intelligentiam, & per se permanentem formam existere, hæc enim sublunari mundo prouidet, & singulis, quæ in eo sunt. hæc enim etsi unica numero sit, per rationes tamen uarias, diuersasque quas in se continet, omnium sublunarium effectrix causa est. elementorum enim formæ rursus, & omnium compositorum, siue uitam habeant, siue hac uacent, ab huiusmodi anima prodeunt, quare, quoniam mundum hunc sublunarem constituit, eique uires largitur, iure eius anima nuncupatur, quare iusta hos, mundi anima, intelligentia est, quæ terreno orbi assistens, uires & formas singulis eius partibus largitur, quas etiam, ut proprios possint consequi fines dirigit, easdem gubernat, ne temere hac, uel illac ferantur: hæc uero munera mundi anima explere non potest, nisi rerum quibus prouidet, & quas effingit rationes habeat, Nempe rerum, quę oriuntur rationes intuens, res suis exemplaribus persimiles gignit, quibus formatis, etiam prouidet. Alij uero non sublunaris orbis, sed totius mundi mentem, mundi animam esse credidere, & nomine mundi, elementarem, atque cælestem globum intelligunt, ita totum uniuersum mundi anima constituit, alioquin unum non esset, Verum cælestem globum, primum constituit, quoniam perfectior, atque diuinior est, deinceps in alijs mundi partibus se diffundit, atque elementari cælestem coniungit, quibus coniunctis, uaria diuersaque effingit, siquidem alia in terra uiuentia gignit, ut stirpes, alia in aquis, ut pisces, & in aere aues, per uires elementis elargitas intermedias, alia denique proxime per cælum producit, ut animalia quædam perfectiora, & alia complurima, quæ ab elementorum uiribus nullam dearticulationem suscipiunt. Qualia cuncta fuisse opinantur, quæ definitum elementum, tamquam locum, non possident, quemadmodum uniuersa spirantia se habent. Porro cum aere pro sui tutela, & refrigerio indigeant, terramque, aut aquam pro eorum habitatione requirant, nullius obligatione, à quo prodeant, detinentur. Varijs itaque uiribus astricta, uaria operatur, itaque mundi anima est, quæ totum constituit uniuersum, Veruntamen non mediante cælo, elementa constituit, sed per totum proxime uitam diffundit, & si gratius, & peculiarius cælum, natura prius exornet. Quod animalis humani similitudine ostendi potest, Huius enim animalis capiti, authore Platone, rationalis anima ascribitur, quoniam perfectius est, & à quo cætera membra dependent, cum tamen passim per uniuersum corpus diffunditur, quamuis membra singula non animas, sed uarias formas obtineant, & assistente anima operantur, & à capite quoque dependent, quum inde operum instrumentum ueniat, ita mundi anima totum format, & elementaribus formis actionem concedit, quæ ab eadem assistente dependet, à cælo uero, & à cælestibus animabus uerum instrumentum suscipiunt. Ex his itaque neque Deum, neque sublunaris, mundi mentem mundi animam esse aperte constat. Idearum necessitas in mundi anima, ex retro dictis satis elucet. Quare ideæ primum in simplicissimo rerum uno principio sunt, quæ ad inuicem, non nisi ratione distinctæ sunt, in intellectu uero primo proprijs rationibus distinguuntur, sed simpliciori modo, atque diuiniori, quam in cæteris, quum & ipse diuinior sit, & Architecto simillimus. Et Deinde per omnes intermedios transeunt intellectus, & ad mundi animam deueniunt. quæ ex Philebo Platonis haberi possunt. Cum itaque duæ de mundi anima, sint opiniones enarratę, quæ Platoni magis consentiens sit, Platonicis iudicium relinquatur. An uero Arist. mundi animam confiteatur, in disputationibus de cælo, idipsum nos docuimus. F G H

Refellitur opinio. *Cap. 7.*

ATqui multa sunt, à recentioribus dicta, quæ ab Arist. doctrina reccedũt, & primũ arguẽdi sunt, quoniã in opifice mente ideas collocant, quemadmodũ priores, quare eodẽ modo arguendi ueniunt. secundum, asserunt angelicas mentes sensibilium rerum rationes obtinere,

A tinere, quod minime Peripatetice licet, Nam quemadmodum diuina mens, ea, quæ Deus non sunt, apprehendere nequit, ita angelicæ mentes, quæ ipsis uiliora sunt percipere non possunt, à uilium enim cognitione imperficerentur. Philosophi, angelicas mentes se ipsas, atque superiores apprehendere confitentur, quoniam ab huiusmodi rerum perceptione, non imperficiuntur, immo perficiuntur, supremas uero cognoscunt, in sua substantia, quoniam ipsæ quodammodo supernarum mentium sunt effectus, quare cum causæ imago, semper in effectu reluceat, Angelicæ itaque mentes, cum se ipsas exacte apprehendant, & omnia quæ in ipsis relucent, dignoscunt, quare cum suprema mens, in talium substantia reluceat, hanc ipsam etiam, in se ipsis intuentur. Insuper si omne, quod in aliquo est, secundum modum, & illius naturam existit, sunt uero sensibilium rationes in angelica mente, ut ipsi testantur, ergo per modum, & naturam Angelicæ mentis, cum ab omni prorsus materia, eiusque sordibus libera sit, ergo in hunc modum sensibilia in ea erunt, quare amplius nec singularia, nec sensibilia existere ualent, Nam sine materia, nulla sensibilis res apprehendi potest, Nam quemadmodum se habent ut sint, ita ad quod quid, & definitionem, quare sensibilium quidditas, & ratio sine materia non erit, cum absque materia existere nequeant, & idcirco peripatetici philosophi recte asserunt, eminenter

B infima in supremis contineri, Nam omnibus modis cum eis eadem euadunt. & idcirco Auer. 4. libro paraph. Met. inquit, cum effectus suam causam æquiuocam cognoscit, causa in effectu ut ab eo distincta relucet, at cum causa æquiuoca suum effectum cognoscit, effectus notio, à causæ notione non est separata, quoniam effectus in causa æquiuoca comprehensus, omnibus modis idem cum sua causa efficitur, quare Angelicæ mentes, sensibilia intueri dicuntur, quoniam id noscunt, quod sensibilia eminenter est, quemadmodum de Deo retro docuimus. Tertium ab his dictum, uidelicet mundi animam per rationes quas de rebus in se habet, singulis mundi partibus, formas, uiresque proxime largiri, atque ab ea omnem ortum dependere. hoc inquam philosophis aduersatur, Primum philosophi, sensibilia mundi animam intueri non confitentur, quoniam ipsa à materia abiuncta est, ergo per modum, & naturam suam, quare sensibilia referre nequit, hæc enim sine materia non existunt, neque eorum imagines in ea esse ualent, quoniam absque materia in ea existerent, ergo anima hæc, neque sensibilia apprehendit, neque eorum ideas habere potest, non minus etiam à uero illud recedit, generationem omnem, formas uiresque singulis mundi partibus, ab hac anima esse elargita. Retro enim docuimus proxime quidquam noui, ab abiunctis mentibus non proficisci, mundi uero anima, à materia se-

C parata est, ergo quidquam proxime de nouo producere nequit. Quare cum neque horum opinio ueritatem in se contineat, superest, ut ostendamus, omnes idearum modos, quorum meminimus, Arist. ex Platonis principijs euertisse.

Omnes Idearum modos Arist. tollere. Cap. 8

AB his itaque rationibus exordiemur, quę in primo uolumine huius sapientiæ ab Aristot. traditæ sunt. Atque prima ita se habet. Quorum est scientia, est idea, etenim ideæ, (ut Platonici sentiunt) cognoscendi rationes sunt, & per hanc enunciationem, sensibilium ideas esse ipsi ostendunt, quoniam eorum scientia est, At si sub hac propositione, illa suscipiatur, negationum est scientia, ergo earundem idea erit. hæc quidem ratio, omnes idearum modos aperte tollit, Nempe siue formæ per se existentes, siue in opifice mente, uel mundi anima existunt ideæ, semper ex accepta propositione, quæ Platonis est, negationum ideam esse ostenditur. quod cum fieri nequeat, fit ut fundamentum, quo ideę constituuntur, nullum sit. 26

D Deinde ibidem, aliam Platonis accipit propositionem, per quam idearum existentiam ostendebat. Si datur unum multis commune, quod etiam preter multa est, idea est, atqui unum multis commune, & quod præter multa existit, dandum est, ergo idea concedenda est. Hoc etiam fundamento Arist. demonstrat negationis ideam confitendam esse, Nempe non homo, unum commune multis est, quoniam cunctis, præter hominem communis, ergo non hominis idea dabitur. Hoc enim fundamento Plato ideas existere probabat, quare quomodocunque illas instituerit, Platoni semper absurdum accedit, non hominis, & negationis ideam fore eadem etiam particula Platonis fundamento eorum, quæ ad aliquid sunt, ideam concedendam esse ostendit, Nam si sunt sensibilium exemplaria, inquit Plato, ideæ sunt, sed eorum, quæ sunt ad aliquid, exemplaria sunt, ergo horum est idea. ex quo quidem fundamento omnes idearum modi tolluntur. Ibidem etiam arguit philosophus, si sensibilium ideæ sunt, ergo datur tertius homo, quæ quidem ratio ex Platonis acceptis ortum trahit, Nempe ita Plato argumentatur, quę inter se similima sunt, idem, præter ipsa habent. huic propositioni suam Arist. adiungit, idea hominis, & singulares homines, persimiles sunt, cum eiusdem speciei athomæ secundum Platonem existant, ergo præter hominis ideam, & singulares homines, dabitur communis idea, quæ

hominis ideæ, & singularis hominibus, communis est, & non solum quòd tertius detur homo, E
sed quòd quartus, & sextus inferri licet; quare, siue per se existant ideæ, siue alicui menti in hęreant, hoc fundamento satis aperte tolluntur. Deinceps eodem libro Platonis rationem accipiens, qua ideas constituit, ita ratiocinatur, Quorum est aliquod commune, eorum est idea, sed sensibilium eiusdem speciei commune aliquod est, ergo eorum idea est, pariter Arist. eadem ratione numerum dualitatis ideam esse concludit, Nempe numerus omnibus dualitatibus communis est, quare earum erit idea. Ea rursus demonstratio, eodem uolumine tradita, omnes idearum modos euertit, si ideæ sunt, aut eadem, ideæ, & quorum est idea ratio est, uel diuersa. si primum datur, ergo quemadmodum ideatorum est idea, ita, & idearum idea erit, Nam quęcumque eiusdem speciei sunt, quod per se eorum uni, & omnibus competit. Si uero diuersa ratio est, ergo tantum nomen commune est, quare idea hominis æquinoce homo diceretur, quod Plato non fatetur. Et sequenti particula ad res sensibiles, neque ad earum ortum ideas conferre ostendit, quoniam immobiles ideæ sunt, quare status potius, quam motionis causæ erunt quare ideas rerum, quæ gignuntur exemplaria esse, siue per se existant, siue alicui menti inhæreant, tollit. Sunt eodem uolumine alię rationes, uerum allatę sufficiant, & ad eas rationes referendas, quæ alibi ab Arist. traditę sunt, sermo conuertendus est. 7. huius ad rerum sensibilium F
scientias ideas non conferre ostendit, nam res unaquæque tunc exactè scitur, quando suum quod quid est dignoscitur, ideæ uero ad sensibilium quod quid est non pertinent, ergo ad sensibilium notionem non conferunt. ratio hæc cuncta de ideis figmenta tollit, siue per se existentes formæ sint, siue alteri insint, nunquam sensibilium intelligendi rationes erunt. 10. etiam diuinorum omnes idearum modos tollit, quando ita ratiocinatur, Qui ideas tuentur, eiusdem speciei cum his, quorum sunt ideæ esse testantur, quoniam idcirco sunt, ut id, quod fit, à consimile in specie gignatur. Arist. ita argumentatur, quæ genere differunt, eiusdem speciei esse nequeunt, sed ideæ, & ideata genere, & plusquam genere differunt, ergo eiusdem speciei esse nequeunt. Secunda propositio ita ostenditur, æternum & corruptibile genere, & plusquam genere distinguuntur, Nam genus, quemadmodum secunda disputatione monuimus, à materia sumitur, æternum materia caret, sed corruptibile materiam claudit, igitur materia separantur, quare genere. Demum Arist. cum 12. Met. Deum non nisi Deum intelligere ostendit, prorsus ab opificis mente ideas tollit, quoniam ideæ rerum intelligendi dicuntur rationes. quibus satis constare arbitror, eos omnes fuisse hallucinatos, qui Platoni Arist. conciliare student, afferentes solum ideas, quæ formæ per se existentes sunt, Arist. tollere, cum omnes idearum G
traditiones euertere, ipso authore docuimus. Quæ cum ita sint explicata, Arist. opinio referenda est.

Aristotelis opinio. Cap. 9.

ARistoteles itaque, neque prorsus rerum cognoscendi, neque omnino illas confitetur. Tres enim mentium ordines constituit, supremum, infimum, & intermedium. in supremo uero Deus est, in postremo, humana mens, in medio angelicæ mentes. opinatur itaque Arist. neque in opificis, neque in angelica mente, ideas & intelligendi rationes rerum inferiorum esse collocandas, quoniam nulla mens, quæ cum animali diuino commercium habet, sensibilia dignoscit, quare in ea sensibilium rationes non erunt. Et quamuis infima non intelligant, supremas tamen mentes apprehendunt, quare mentium, quæ mediæ sunt, quoniam supremas intelligunt, idcirco ideæ, ut intelligendi rationes in ipsis erunt, non tamen re sunt ab intelligentia intelligente distinctæ, quoniam composita esset nel ex accidenti, & substantia, uel ex substantia, & substantia, (si cognoscendi rationes accidentia esse non confitebimur) ratione H
enim solum separatæ sunt, quoniam idea non nisi intelligentis mentis substantia est. hæc enim, ut supremam refert, Cuius est quoquomodo effectus, idea, & cognoscendi ratio nuncupatur, atque ita ratione à semetipsa separatur, & quum inferiora, intelligentię secundæ non cognoscant, ergo earum substantia inferiorum idea non dicetur, quare mediæ mentes solum respectu supernarum ideas secundum Arist. habent. Opifex uero mens, quum non nisi se ipsam comprehendat, & quæ Deus omnibus modis non sunt, nullo modo percipere posit, fit ut nullo pacto diuina mens ideas, & intelligendi rationes habeat. Ex his itaque constat cęlestes mentes, ueluti quæ mediæ sunt, quodammodo ideas habere. Nempe respectu supernarum. at si ad infima referantur, quoniam talium nullam notionem habent, intelligendi rationibus uacant. Quæ etiam neque ut producendi rationes ideas habent, quoniam uniuersales causæ sunt, à quibus in rebus effectis nulla uarietas prouenit. Ob eandem causam, neque opifex mens, ideas habet, neque ut intelligendi, neque itidem ut producendi rationes. Quæ cum de supremo, atque medio mentium ordine declarata sint, de infimo differendum est, an in humana mente rerum ideæ existant.

Humana

A

Humana mens rerum Ideas Obtinet. Cap. 10.

QVa in re consentientes peripatetici sunt, quippe omnes pari consensu testantur, rerum sensibilium ideas, ut intelligendi rationes sunt, mentem humanam obtinere, & non solum humana mens, sed etiam sentiendi potestas, quæ in animali caduco est, sensibilium rationes, & ideas habet. Rerum enim sensibilium species, in duplici serie sunt, aliæ quæ res sensibiles singulariter referunt, aliæ uero, quæ uniuersaliter easdem repręsentant. primæ communi nomine sensibiles species nuncupantur, quas eorum complures, ab externis sensibilibus in sensitiua genitas fuisse, testantur, in sentiendi enim facultate non nisi ex accidenti suscipiuntur. Alij uero (quemadmodum nos satis aperte docuimus prima disputatione de sentiendi ui) sensibus congenitas esse monent, & quæ ab externis sensibilibus productæ sunt, non uere species, sed potius passiones nuncupantur, quæ ut uim sentiendi excitent, productæ sunt, Nam quæ sensibilia singularia referunt, illæ sunt, quæ congenitæ, atque in animæ substantia resident, Quæ ad duo deseruiunt, & ad rerum notionem, Nam cognitio non nisi per simile fit, cognoscenti uero res, quæ sub cognitionem cadit, similis efficitur, per species, & sui ideam, quare ad rerum singularium notionem conferunt. Demum ad rerum productionem utiles sunt, Nam quicquid ab animali, ut animal est, efficitur, per cognitionem producitur, quemadmodum à caloris idea, calor efficitur, consimiliter artifices, ea quæ artis sunt efficiunt. Species uero, quæ res sensibiles uniuersaliter referunt, humanæ menti insunt, sola enim hominis mens uniuersalea rerum sensibilium naturas cognoscit. Verum omnes fere peripatetici de nouo genitas, ab imaginatis formis, agentis mentis beneficio esse testantur. Nos uero, (quemadmodum tertio de anima docuimus) menti coæternas existere, atque re à mente non esse secretas, sed ratione solum confitemur, Mens enim, ut uaria, diuersaque intelligibilia refert, diuersorum efficitur, atque dicitur idea, quæ etiam ad duo conferunt, Nempe ad rerum sensibilium notiones, quo pacto mens contemplatiua dicitur. Rursus ad rerum productionem deseruiunt, & idcirco actiua mens, seu practicus intellectus nuncupatur, atque ita dicitur, quoniam quæ sub actionem, & effectionem cadunt aprehendit. quare, quemadmodum in sentiendi facultate, & rerum cognitioni, atque earundem productioni, ideæ conferunt, consimiliter, quæ in mente humana sunt, rerum cognitioni, atque productioni conducunt. Verum quoniam humana mens, non solum sensibilia apprehendit, sed etiam supercælestes mentes (ut eodem tertio commentario docuimus;) inde fit, ut supercęlestium ideas habeat, quæ ab ipsamet distinctæ non sunt, nisi solum ratione, Nempe cum ipsa quodammodo talium mentium sit effectus, se noscens, illas refert, & ita earum idea dicitur, quare merito cælestium mentium ideæ in hominis mente residentes, intelligendi rationes solum erunt. Verum, quoniam hæc satis aperte libro 3. de anima explicata fuere, idcirco hæc sint satis. Cæterum, quoniam sentiendi uis non solum morticinio animali communicata est, sed etiam animali diuino, in eo enim sensus omnes sunt cum externi, tum etiam interni (quemadmodum disputatione 8. de sentiendi facultate ostendimus) cæleste itaque animal, ob uim sentiendi, sensibilia per ideas, quas in se habet, & cognoscit, & dirigit, atque ita agentia, quæ apud nos sunt, ut proprios fines consequi possint, diriguntur, sed hæc, ea disputatione satis abunde declarata fuere. quę uero ibi ostensa fuere, supponantur modo. Quare quo pacto secundum Arist. ideæ institutę sint, ex declaratis satis elucet.

B

C


FINIS.

D

IOANNIS IACOBI PAVESII
QVARTA DISPVTATIO PERIPATETICA, DE ABIVNCTIS, ET CAELESTIBVS MENTIBVS,
AD AMPLISSIMVM FRANCISCVM Cardinalem GonZagam.

Præfatio.

F



VVM multarum rerum cognitio, Cardinalis Amplissime, Princesq;
illustrissime,homini præclara, eademq; utilis sit,eam præclarissimam,
atque utilissimam esse, philosophia omnis, cum humana, tum diui-
na existimauit, quæ Dei Optimi Maximi, cæterarumque cælestium
mentium existit. Quippe notio hæc, cum diuina, & admirabilis sit,
non solum ab infelicitate, & miseria hominem liberat, sed eundem
felicem, beatumque etiam reddit; quid enim homine, qui Deum
nouit, beatius esse posit, nou facile est excogitare. De his itaque
mentibus disputatio proposita est, de quibus multa discutienda pro-
ponemus, quorum primum erit, ad quam philosophiam, primarum causarum notio pertineat,
num diuino, an naturali potius consideratio hæc ascribenda sit, sunt enim huiusmodi mentes,
primæ causæ, utpote primum agens, prima forma, atque ultimus finis. Deinde quibus uijs,
qua etiam methodo,talium notio philosophis aperta fuit. Et ad quam philosophiam,de earum
multitudine disserere attineat. Rursus quo pacto se intueri queant. Demum quo modo eo- G
rum, quæ sunt, principia existant, pręsens disceptatio pertractabit. Hæc enim, & si satis am-
bigua, atque obscura sint, & apud philosophos uou satis constent, Nos tamen sententiam no-
stram aperte dicemus, & ueluti consueuimus, primum aliorum opiniones referemus.

Auerois opinio de primis causis. Cap. I.

ult.3. AVeroes, quemadmodum apud ipsum legere est primo & 8. de phys. aud.& 7. & 12. diui-
9.5.6. uæ scientiæ abiunctas mentes, ab utroque philosopho,& naturali,& diuino diuersa tamen
ratione considerari opinatus est, quippe cum iu eis idem sit agens, finis & forma, & sola
ratione seiuncta sint, hæ itaque substantię ut mouentes, & agentes sunt, à naturali philosopho
9.6. considerantur, ut uero formæ, et finis, à diuino. Suæ opinionis fundamentum ex 7. & 12.
huius scientiæ haberi potest,ratio enim primæ causæ mouentis, atque efficientis,à motu non ab
strahit,causa enim agens uude motus priucipium est, ergo eius retio à motu dependet,atqui mo
tionem naturalis philosophus solum contemplatur, ergo luc solum primam causam mouentem
considerat, ratio uero primæ formæ, atque ultimi finis à motu abstrahit, ergo à naturali philo- H
sopho considerari nequeuut, etenim quæ à motu separata sunt, à diuino philosopho, duntaxat
considerantur. Verum, ut nullum Auer. subsidium relinquatur,locos omues Arist. referemus,
2 qui ei fauere uidentur. Et exordiemur ab his, quæ ab Arist. 6. huius scieutiæ scribuntur. eo
enim loco dans differentiam inter naturalem, & primam philosophiam, atque Mathematicam,
inquit primam philosophiam omnino formas à materia abiunctas considerare. & multis non in
terpositis primam philosophiam omnem nobilitatem sortiri à formis à materia seiunctis testa-
tur, idem prohemio Meth. docet. itaque si naturalis scientia has formas consideraret, æqualis.
2 perfectionis cum prima philosophia foret. & 12. huius scientiæ formas abiunctas à prima philo
ult. sophia considerari monet, & primo phys. inquit de principio formali, quod est à materia ab-
71 iunctum primus philosophus considerat, naturalis uero formas corruptibiles.& 2.de phys.aud.
26 formas, quæ omnino immobiles sunt non à naturali, sed à diuino philosopho considerari. quod
prius eodem lib. docuit quando terminum uaturalis scientiæ formas à materia dependentes esse
14 monuit. hoc idem primo de ortu ostendit. Rursus sunt omnia loca, in quibus, Arist. inquit,
naturalem

A naturalem solum, ea, quæ sunt cum materia, considerare, & ipsius definiendi modus non nisi cum materia est, quare considerandi modus naturali conueniens à quo separari nequit, cum materia erit, formæ itaque, quæ à materia non dependent, sub naturalem considerationem minime cadunt. Verum qua uia usus sit diuinus philosophus ad primæ formæ notionem inuestigandam, non consentiunt, qui Auer. doctrinam magnifaciunt. Eorum quidam Aueroi innitentes, aiunt, quod à formis naturalibus, quatenus, ut substantiæ sunt, considerantur ad primæ formæ notionem diuinus philosopus accessit, quippe in causis formalibus, abijtio infinita non efficitur, quare ad primam formam deueniendum est. Sed hi cum hæc proferunt, ab Auer. dissentiunt, Nempe Auer. inquit, quod formæ naturalis notio, ut substantia est, ad primam formam ducit, at in ratione eorum non accipitur forma naturalis ut substantia, sed ut forma. De inde fieret, ut secundum Aueroim, primus philosophus primam materiam, & primam causam effectricem consideraret, quoniam in his causis ab Arist. 2. huius demonstratur, esse ad primam causam perueniendum, utpote ad primam materiam & primam causam effectricem, Alij uero aiunt, formæ naturalis notioné quatenus ut substantia, hoc est, ut quod quid est, nomine.n.substãtię qđ quid est intelligitur, ad primã formã ducere, forma.n.naturalis quatenus, ut quod quid est

B & substãtia spectatur, principium est quo res sunt, ergo principium quo res sempiternæ sunt erit quod quid est, & prima forma. Nonnulli uero alio pacto Auer. uerba interpretantur, népe aiunt formam naturalem, quatenus naturalis est, non esse per se intelligibilem, quoniam materiam claudit, quæ cognitionem impedit, ergo ut substantia sub intellectionem cadit: ergo illa forma, quæ maxime substantia, maxime intelligibilis: itaque Deus cum summe intelligibilis sit, est enim à materia abiunctus, erit prima forma. Quam rationem ab Alex. primo difficultatum C. 1. naturalium lib. accipiunt, quo loco ita ratiocinatur, cælestis corporis formam probans esse, primo intelligibilem, nam forma, quatenus forma intelligibilis est, quoniam actus est, qui ratio intelligendi, & cognoscendi est, ueluti 9. huius patet. inter formas uero, ea magis intelligibilis est, quæ substantia, & non accidens est, & inter has summe intelligibilis, quæ simplex & purus actus est, itaque cum forma animalis diuini sit purus actus, ergo summe intelligibilis, quare prima forma. Quibus constat hanc uiam prorsus à motu esse semotã. Rursus fine motu ultimus finis inuestigatur: finis enim, quoniam boni rationem habet, appetibile est, ergo quod sui natura maxime bonum, summe appetibile est, atqui Deus summa est bonitas, ergo summe appetibilis, quare postremus rerum omnium finis. Quare constat uiam, quæ ad ultimum rerum finem ducit, motionem nullam includere. Prima uero causa effectrix per motum cognita est, quoniam per motum sempiternum ueluti ab Arist. in lib. 8. de phys. aud. constat. iure igitur Auer. inquit, priores causas à diuino, hanc uero à naturali considerari.

C

Auerois opinio arguitur. Cap. 2.

Atqui Auerois opinio bifariam peccat, primo enim decipitur, nam primo philosopho solum primæ formæ, atque ultimi finis contemplationem ascribit, quandoquidem non solum huiusmodi causas, sed etiam primam causam effectricem, immo hanc ipsam solus diuinus philosophus contemplatur. Hallucinantur demum, cum ultimum finem à naturali non considerari testatur, & primum ita probatur, primæ philosophiæ interest considerare causas entis ea ratione, qua ens, ut 4. 6. 8. & 10. Meth. patet. Sed Deus ut primus finis, prima forma, & primum efficiens est causa entis, ut ens, ergo sub his tribus respectibus à primo philosopho consideratur. Amplius in 2. Meth. philosophus docet, quod in unoquoque genere causæ, non sit processus in infinitum, sed ad unam primam est deueniendum, & quòd in efficientibus,

D ad primum efficiens; considerat ergo primum efficiens, quod Deus est, demonstrat etiam ibi, quòd in causis formalibus ad primam formam deueniendum est, similiter in causis finalibus ad ultimum finem, sed prima forma, & ultimus finis, est Deus, ergo Deus sub istis tribus respectibus, in prima philosophia consideratur. Amplius x t. Meth. 12. secundum Alex. diuisionem, philosophus primus omnia principia considerat, quæ naturalis considerat, uerum consideratio penes hoc distinguitur, Nam naturalis ea considerat ratione, qua sunt principia entium, quatenus mouentur. Sed primus philosophus quatenus sunt principia entis, ut ens, sed naturalis primam causam efficientem considerat, uti Auer. inquit, ergo & primus philosophus, quamuis non eo modo. Amplius eadem scientia est, quæ considerat primam causam efficientem, & quæ demonstrat eam esse sempiternam, & immobilem, nam primo Poster. Arist. eadem scientia est, quæ considerat subiectum, & quæsitum quod de subiecto demonstratur, sed prima philosophia, ut Arist. 12. Meth. demonstrat, primum mouens esse sempiternum, & immobile, ergo prima philosophia considerat Deum, ea ratione, qua mouens est. Ad idem, quo loco consideratur operatio propria alicuius, ibidem & illud à quo fluit operatio consideratur. sed t 2. Meth.

Meth. monstrat, motum esse sempiternum, qui est operatio propria Dei, ea ratione, qua effi- E
ciens est, ergo Deus ibi ea ratione, qua primum efficiens, ac primum mouens est consideratur.
34 Confirmatur etiam in eodem t 2. ex perpetua generatione, & corruptione concludit necesse esse
quòd sit aliquod agens, quod sit causa huius perpetuæ generationis, & corruptionis, hoc autem
agens, ut ibi patet, est primum agens, ergo de primo agente ibi sermo habetur. Mox quo lo-
co agit, de primo mobili, ibi etiam de primo motu, & primo mouente sermo habetur. sunt
enim hæc relatiua, quæ, ut ex Arist. patet, in præsentis cap. de relatione, alterum absque al
tero cognosci non potest. Sed de primo mobili, quod sempiternum sit, & motu perpetuo mo
34 uetur 12. Meth. sermo habetur, & quod perpetuum sit, ex eo ostendit, quoniam primum agens
semper mouet, ergo ibi de prima causa mouente, quod ibi, & Alex. & ipsemet Auer. confiten-
tur, quòd rursus Deus, ut prima forma consideretur à primo philosopho, licet hoc Auer. con
30 cedat, tamen ex Arist. manifestum fieri potest, qui 12. Meth. demonstrat primum principium
2 esse purum, & simplicissimum actum, quare ibi ut prima forma, est enim forma, 2. de anima,
perfectio, & actus, quare prima forma purus, & simplicissimus actus, cui nulla est admixta po-
36 tentia, & 12. eiusdem primum principium mouere cetera, uti intelligibile, & appetibile, cæ-
tera autem mouerit, eius gratia, ut appetentia, & intelligentia ipsum, quæ sunt conditiones fi- F
nis ultimi, sunt etiam Alex. testimonia in his locis, in quibus, idem confirmat. Non minus
penes secundum decipitur, quandoquidem postremus rerum omnium finis, à naturali philoso
pho considerari ualet. Nam ultimus finis est causa rerum, quæ natura constant, quatenus na-
turales sunt, ergo ipsius consideratio naturali erit ascribenda, id quod consequitur, apertum
est, nempe hęc consideratio, diuino accomodari nequit, quoniam non nisi entis causas, prout
ens est, primus philosophus contemplatur, quare naturali philosopho propria erit. antecedens ita
ostendi potest, res naturales propter ultimum finem agunt, ergo postremus finis earum causa
erit, Nempe illud dicitur alicuius rei causa finalis, gratia cuius hæc ipsa res operatur, atque hu-
34.35. ius rationis antecedens, Arist. est 2. libro de anima. Adhuc Deus est ultimus finis, res naturales
agunt propter Deum, ergo propter ultimum finem, ergo Deus ut ultimus finis est, rerum na-
turalium causa existit. Ad idem, secundo de ortu, & interitu, alijs causis continuæ generatio-
nis allatis, generationem continuam ex Deo ostendit, atqui Deus finis est, ergo necesse est,
ut hanc ipsam causam, naturalis consideret, alioquin continuæ generationis causam ex Deo,
tamquam à fine, non præberet, quoniam quæsitum, & medium, per quod demonstratur eius-
dem generis scientiæ esse debent, quemadmodum primo Poster. constat, quare si quæstio hæc, G
generatio est continua, naturalis est, ergo medium, per quod probatur, naturale erit, atqui
medium hoc, Deus est, quatenus finis, ergo Deus, ut est rerum naturalium finis, à naturali con
sideratur. Demum Deus, quatenus est postremus finis, à primo philosopho, ut entis ea ratio
ne, qua ens, causa finalis est, consideratur, cum alia ratione causas primus philosophus cogno-
scere nequeat, ueluti non semel Arist. & 4. & 6. & 11. huius docuit, ergo quatenus rerum na-
turalium, ut naturales sunt, causa finalis Deus est, ergo ad naturalem eius consideratio spectat,
64.66. quod Arist. 2. cęli, apertæ confirmat, ubi ait, res naturales agere propter Deum, quem dicit
esse rerum omnium finem, quod paucis interpositis repetit. Ex his itaque satis constat, ultimi
finis speculationem, naturali philosophiæ ascribi posse.

Recentiorum opinio. *Cap. 3.*

EX recentioribus nonnulli, (quorum numero, nos diu quoque fuimus,) utramque philo-
sophiam, & diuinam, & naturalem, abiunctas mentes, ut forma, finis, & agentes causæ
sunt, modo tamen diuerso, considerare credidere, Nempe, quatenus rei naturalis, ut na
turalis est, causæ, & principia existunt, earum consideratio naturali philosopho propria est, at, H
ut sunt entis, quatenus ens, principia à diuino philosopho considerantur. Verum, quoniam
duo affirmant, alterum, primam formam, ultimum finem & primum agens, naturalem consi-
derare, alterum, quod hæc ipsa tria, diuinus, contemplatur primum ita probant, naturalis
philosophus, quemadmodum initio de phys. aud. Arist. monet, rerum omnium naturalium cau
sas, cum longinquas, tum propinquas contemplatur, etenim tunc exacte res naturales cogno-
scuntur, quando earum primæ causæ, prima principia, usque ad elementa percipiuntur, atqui
abiunctæ mentes, quatenus forma, finis, & agentes causæ sunt, rerum naturalium, prout na-
turales, principia existunt, ergo sub his tribus respectibus, ipsas naturalis contemplatur. Quę
ratio ita confirmari potest, Deus quatenus forma, finis, & agens rerum naturalium, prout na
turales sunt, causa existit, ergo sub his tribus respectibus à naturali consideratur. id, quod con
sequitur, ita ostenditur, in scientia unicus est considerandi modus, quare, cum res, quæ natura
constent, ut naturales sunt, naturalis contempletur, igitur causas rerum naturalium, ut
naturales, naturalis considerabit. Demum hæc conclusio, (quemadmodum Aueroes
opinatur)

A opinatur) Deus est separatus à materia, est naturalis philosophi, ergo hæc, quæ ex ista sequi-
tur, Deus est primus actus, indiuiduus, immobilis, naturalis erit. Nempe medium, & quæsi-
tum, quod demonstratur, ad idem scientiæ genus spectant, ergo si illud medinm naturale est,
ergo quæsitum, quod ex illo deducitur, erit naturale, utpote Deus est purus actus, indiuiduus
& immobilis, sed substantia, quæ has conditiones obtinet, forma, & finis est, ergo abiuncta
mens, quatenus formæ, & finis, à naturali consideratur. Quod uero, quatenus agens est, ab
eodem philosopho spectetur, ut ab omnibus confessum, accipiunt. Alterum quoque demon
strant, primam philosophiam primam formam, primum agens, atque ultimum finem consi-
derare, primæ philosophiæ interest causas entis ratione, qua ens, contemplare, atqui Deus pri-
ma forma, primum agens, & postremus finis, rerum, ut existunt, causa est, ergo sub his tribus
respectibus primus philosophus, Deum spectabit. Ex his itaque constat utrumque philoso-
phum primum principium sub illis tribus respectibus considerare. Quibus explicatis superest,
modo, ut aperiamus, quomodo considerationes utriusque philosophi adinuicem distinguantur,
ut res plana fiat, illud accipiendum est, subiectum naturalis philosophiæ, esse corpus naturale,
quatenus naturale, igitur ex his fit, quod causæ, & principia, quæ ab eo considerantur, non po-
B sunt nisi ut principia naturalis corporis, ut naturale est, considerare. patet cōsequentia, primo 179
Poster. idem est considerandi modus, subiecti principiorum, & omnium quæ in scientia con-
siderantur, ergo qua ratione consideratur corpus naturale, eodem modo, & principia, quare,
cum prima forma, ultimus finis, & primum agens à naturali philosopho considerentur, ergo
quatenus principia rerum naturalium, ut naturales sunt, hoc est, ut principium motus, & quie-
tis obtinent, Accipiendo secūdo id quod passim ab omnibus conceditur, & ex Arist. habetur, 4.
6.7.8. 9. & 10. Meth. ubiq; quòd primus philosophus considerat ens, & quæcūq; huic accidunt tex. 1
est opus, ut eas consideret, ut principia enti, non ut naturale, sed ut ens. patet hoc, ex funda
mento ante accepto, quod idem est considerandi modus, subiecti, & principiorum, quare si
prima causa agens, prima forma, atque ultimus finis, à diuino considerantur, ergo quatenus
principia entis, ut ens: quare, si utraque doctrina primum principium sub illis tribus respecti-
bus considerat, considerandi tamen ratio, est diuersa, quoniam diuina philosophia, ut princi-
pium entis, ut ens, quare latius, atque uniuersalius ipsum considerat, altera autem, ut naturalis
ut entis naturalis causa, & principium, quare presiius, & particularius. Id ex Arist. testimo-
nio, atque ipso Aueroe confirmabitur. & ut ab Arist. ordiamur, 11. Meth. testatur, quòd eas- 12
C dem principia utraque philosophia considerat, naturalis, & diuina, sed naturalis, ut causæ en-
tis, ea ratione, qua mouetur. Diuina, autem, ea ratione, qua causæ entis, ut ens. Iem etiam
4. & 6. Meth. utrobique confirmat. Idem etiam Auerois authoritate habetur, qui primo Meth. 15
ait, quòd consideratio, de causis in prima philosophia, est de eis, ut causæ sunt, & non ut na-
turalis corporis, & com. 8. eiusdem lib. ait, quòd elementa, ut materia & forma, & causæ na-
turalis corporis, à primo philosopho non considerantur, sed à naturali. Hæc enim considera-
tio est ei propria, ut autem principia substantiæ, à primo philosopho, & 2. Meth. ait, quòd 6
consideratio uniuersalis de causis, quòd sunt causæ, est primæ philosophiæ, ut autem entis na-
turalis causæ, est naturali propria, & 4. Meth. ait, quòd causæ quærantur entis, ut ens, sed in 1
naturali scientia, ut causæ naturalis entis, & 7. Meth. quòd causæ considerātur à naturali scien- 5
tia, ut naturalis corporis causæ, in diuina scientia, quatenus causæ, substantiæ, ut substantia,
& 12. Meth. quod utraque philosophis, licet consideret causas, non tamen eodem modo, Nam 3
ut principiū entis ut ens, à diuina philosophia, ut autem entis naturalis, ut naturale, à scientia na
turali, ergo patet, quòd consideratio causarum utrique philosopho propria est. Verum altera,
illas considerat ut principia entis, ut ens, altera uero, ut naturalis entis.
D

Dubitationes dissoluuntur. Cap. 4.

SEd aduersus his dubitationes quasdam adducere consueuimus, quarum prima hæc est, si
utraque philosophia substantias separatas considerat, cur Arist. in pluribus locis primo
philosopho, & non naturali, hanc contemplationem ascribi. secunda si prima causa agens,
atque mouens, non nisi per motum sempiternum inuestigatur; motus autem naturalis est, non
igitur de ea primus philosophus considerat. soluitur prima & pro intellectu notādum, quòd una
quæque scientia nomen sortitur, & distinctione ex subiecto, in subiecto tamen duo sunt, res
considerata, & modus considerandi, non tamen distinguitur scientia ob subiectum ratione rei
consideratæ, sed ratione modi considerandi, ut ex Auer. claret primo Post. & nos clarius dixi- 79
mus in expositione prologi, Accipiendo secūdo, quòd naturalis philosophus, quæcumq; conside
rat, in ordine ad materiam sensibilem, hoc est, ad corpus naturale considerat, quare principia,
species, & accidentia in ordine ad materiam sensibilem, quare quāuis substantias separatas con-
sideret,

siderent, non tamen ut ab habitudine à materia sensibili abstrahunt, sed in ordine ad materiam sensibilem, ut Arist. asserere uidetur 2. phys. quòd naturalis considerat formas usque ad aliquid; quoniam ut principia materię sensibilis, quare naturalis philosophus, quamuis separata consideret, non tamen modo separato, sed, ut dicunt, habitudinem ad materiam sensibilem. Diuinus autem philosophus, quoniam considerat ens, ea ratione, qua ens, quare consideratio diuina abstrahit à materia sensibili; quoniam considerat ens, non ea ratione, qua sensibile ens, sed ea ratione, qua ens, ita considerat substantias separatas, ut uidelicet abstrahunt à materia sensibile, quare modo separato, & sic solutio liquet, quod ideo primæ philosophiæ consideratio separatorum ascribitur, quoniam ipsa sola separata considerat, modo separato, naturalis autem, quamuis separata consideret, non tamen modo separato, ideo non dicitur, quòd separata consideret, quoniam de nominatio nō ex re considerata, sed ex modo cōsiderādi fit, igitur, cū modus considerādi naturali cōueniens, nō abstrahat à materia, iure nō dicitur, quòd naturalis separata cōsideret. Soluitur secūda, per interemptionem, & negamus quòd motus nō sit cōsiderationis primi philosophi. & ne noua paradoxa dicere uideamur, ratione, & authoritate confirmabimus; & primo ab Auerroe exordiemur, qui 2. Meth. ait, quod consideratio uniuersalis in omnibus causis, secundum quòd sunt causæ, est huius scientiæ, puta Meth. & Arist. quamuis in Meth. utatur demonstrationibus scientiæ naturalis, tamen inducit eas uniuersalius, quoniam, quanto fuerit demonstratio uniuersalior, tanto magis erit propria huic scientiæ, & Arist. obseruat se in hac intentione, sed inducendo demonstrationes uniuersales, alio modo, quàm in scientia naturali, idem, 12. Meth. ait, ex his ita arguimus, demonstratio, qua Arist. est usus in prima philosophia, in demonstrando naturam abstractorum, inquit Auer. quòd est eadem, cum ea, quæ in naturali philosophia, modo tamen uniuersaliori. sed hæc demonstratio, ut Auer. concedit, est propria primi philosophi, & non naturalis, quoniam est uniuersalior, ergo motus spectat ad primum philosophum, alioquin illa demonstratio non esset propria primi philosophi ut ipse dicit, Motus igitur à Meth. consideratur, & 12. Meth. idem testatur. Ratione etiam monstratur, motus est una ex speciebus entis, eo modo, quo Arist. loquitur, cum appellat prędicamenta species entis, ergo de motu differere ad primum philosophum spectat. consequentia est Arist. 4. Meth. ubi ait, quòd prima philosophia considerat ens, & species entis, atque specierum entis species. Præterea actus & potentia pertinent ad primum philosophum, ergo & motus. consequentia probatur, ad quam facultatem spectat partes definitionis, ad illam definitio, & definitum, sed motus est actus eius, quòd est in potentia, quatenus in potentia, 3. phys. igitur si partes definitionis motus cōsiderat, Methaphysicus ergo, & definitionē motus, igitur & motum. Amplius potentia definitur, per motum, sed potentia spectat ad primum philosophum, ergo, & motus, antecedens est Arist. 5. Meth. quo loco, definiens potentiam, tum actiuam, tum passiuam, definit per motum, ergo si potentia per motum definitur, necessario igitur motus spectat ad primum philosophum, alioquin ignorato motu, ignorabit potentiam. Præterea quicquid consideratur à philosopho naturali, particulariter etiam consideratur à primo philosopho uniuersaliter, sed motus consideratur à naturali philosopho, ergo à primo philosopho ratione uniuersali id etiam confirmatur, substantiæ abstractæ sunt causæ entis, quatenus ens, igitur à philosopho primo debent cognosci, eo modo, quo sunt causæ entis, sed sunt causæ entis, per motum, ergo ita illas cognoscit, quare considerat motum. Adhuc primus philosophus considerat causam efficientem, ut 5. Meth. patet, ubi illam definit, igitur considerat definitionem illius, quare partes definitionis, igitur motum, probatur ult. consequentia, Nam in definitione causæ efficientis, ponitur motus quoniam dicitur, quòd est principium unde motus, Modus arguendi est Arist. 3. phys. ubi ait, quoniam in definitione naturæ, fuit positus, motus, ideo ait, quod motus spectat ad naturalem A pari, in definitione causæ efficientis, quæ à primo philosopho consideratur, sed in eius consideratione ponitur motus, ergo ad primum philosophum spectat illius consideratio. Ex his itaque claret, quòd motus ab utroque philosopho consideratur, modus tamen idem utrobique non est, nã naturalis philosophus illum considerat, ea ratione, qua est naturalis entis affectio, atque ut à materia, & forma fluit, ea ratione, qua ista, dicuntur natura, materia enim & forma, ut dicuntur natura, principium motus sunt, sed à primo philosopho, sub ratione uniuersali, quatenus sub entis affectionibus cadit, est enim motus actus potentiæ admixtus, actus autem, & potentia entis, ut ens, sunt affectiones, quare patet, quòd licet naturalis philosophus, motum consideret, non tamen eo modo, quo primus philosophus. Quæ cum explicata sint, ut in oppositum rationes dissoluamus, oportet.

A

Auerois rationes tolluntur. Cap. 5.

ET prima ex prædictis soluta est, nam, etsi concedimus quod prima causa agens non sci tur, nisi per motum, tamen motus à primo philosopho consideratur, fit ergo, & hęc ip sa, cum ab eodem philosopho consideretur. Quod etiam superaddunt, quòd prima forma non cognoscitur per motum, falsum est, cum oppositum ex Arist. colligatur, t. 2. Meth. ubi 30 monstrat primam causam mouentem esse formam simplicem, & purum actum non nisi ex motu sempiterno, ergo si motus sempiternus à naturali consideratur, prima ergo forma ab eodem consideratur, Authoritates omnes Arist. unico uerbo dissoluuntur, ut ex dictis constat, Nam primus philosophus dicitur considerare substantias separatas, quoniam modo separato illas considerat, licet complures authoritates adductę proposito non conferant, uti illa primi philosophi ultimo, ubi non negat, naturalem philosophum non considerare formas separatas, sed ait, utrum unam, an plura & quę sunt, ad naturalem non spectant, quoniam unum, & multa sunt affectiones entis, ut ens, de quibus primus philosophus, neque idem eis fauent, quæ ex 2. phys. 26
B in medium feruntur, nam contextus ille huic potius fauet opinioni, quàm aduersetur, Nam eo tex. Arist. uult. tradere differentiam, inter considerationem formarum, quæ fit à naturali philosopho, & ait, quòd naturalis philosophus formas considerat usq; ad aliquid nā usq; ad certū terminū, nā non considerat formas omni modo, quoniā non ut principium entis, sed in ordine ad materiam sensibilem, & corpus naturale, ut illius causæ sunt, quod exemplum, quod philosophus affert hoc ostendit, nam ait, naturalem considerare formam usque ad aliquid, uti medicus considerat neruum, & faber æs, huiusmodi enim artifices non omni modo considerant hæc, sed, ut proprio operi deseruntur ita &, naturalis usque ad aliquid formam considerat, quod probat philosophus per ea uerba, § Alicuius enim gratia unumquodque eorum consideratur § quoniam gratia operis, Deinde subdit, § & circa ea, quæ sunt separabilia quidem specie §. Quibus uerbis modum declarat, quo formæ separatæ à naturali considerantur, & ait, quòd etiam considerantur usque ad aliquid, quoniam ut in materia, uidelicet sensibili, sunt, Nam ut illius principia & causæ, § Homo enim hominem generat, & sol §, His uerbis probat substantias separatas in habitudine ad corpus naturale, considerare, & ratio eius accipit fundamentum declaratum primo Poster. eadem scientia est, quæ considerat subiecti principium & subiectum, sed 179
C naturalis philosophus considerat corpus naturale, & ut eius subiectum, ergo & causas ipsius, sed formæ separatę sunt causæ corporis naturalis, ergo eas considerat ut causæ corporis naturalis sunt, & de hac ratione tantum probationem exemplarem posuit, Homo enim hominem generat, & sol, quibus uerbis uult, quòd una, & eadem scientia consideret hominem, & solem, quod autem ibi probationem superioris dicti afferat, nobis manifestat illa particula enim quæ causam reddit. subdit deinde § quomodo se habet § his uerbis dubium soluit, quis enim ab Arist. quęrere posset, formas abiunctas à naturali quatenus formæ sunt, non considerari, quoniam rerum naturalium causæ non existunt. soluens Arist. concedit quod dubitatio concludit, quoniam talis consideratio diuina est, quare etsi naturalis philosophus eam contempletur causam, quæ separata forma est, Non tamen, ut separata est. Aut uult manifestare, non omnem formam abiunctam, naturalem posse considerare, quoniam non eam, quæ prima forma est, Nam et si formæ separatæ, ut proprij & definiti subiecti formæ existunt, à naturali considerentur, non tamen quatenus prima forma, ita enim à primo philosopho considerantur, Nam quo pacto hęc forma separabilis se habeat, & quid sit ad primum philosophum pertinet, quasi dicat, quod hæc forma ut à materia abstrahit, primæ est philosophiæ. Similiter neque tex. 71. eiusdem secundi
D naturę obstat opinioni, ibi enim Arist. monstrare aggreditur, quæ mouent idem sint quæ in idem specie cum forma coincidant, & ait quod ea mouentia in idem specie cum forma coincidunt, quæ sunt physica, id est habent in se principium motus, quæ autem mouentia mouent, & non mouentur physica non sunt, & hæc cum forma in idem specie non coincidunt, & ideo decipiuntur latini, cum uerbum illud, physica, ad scientiam referunt, cum non ad scientiam, sed ad mouens sit referendum. Hæc expositio est Arist. infra ubi distinguit, quod mouens naturaliter duplex est, Alterum est mouens physicum, & est illud, quod habet in se principium motus quod cum mouet, mouetur. Alterum est mouens naturaliter, non naturale, non enim habet motus principium in seipso, uti est mouens immobile. quod illius tex. hæc sit expositio uerba sequentia in tex. 71. posita ostendunt, ubi infert, tria esse negotia quæ uersantur circa mouentia. Vnum est, quod circa mouens mobile corruptibile tantum uersatur, uti est ea scientiæ naturalis pars, quæ circa generabilia, & corruptibilia uersatur. secundum negotium est id, quod circa mouens mobile, incorruptibile tamen, uersatur, ut scientia libri de cælo. Tertium quod circa mouens immobile incorruptibile ut liber 8. phys. si modo illud uerbum physica, ad 71

ſcientiam eſſet referendum, illud ſequeretur, quòd liber 8. phyſ. qui circa mouens immobile E uerſatur, non eſſet pars naturalis philoſophiæ. Sed quod dubium facit apud latinos eſt, quoniam in aliquibus exemplaribus ſcriptum eſt, PHYSICAE, & idcirco ad ſcientiam hoc uerbum referunt. ſed hoc non obſtat, nam ſi hæc exemplaria recipiantur, ſenſus eſt, phyſicæ cauſæ ſunt, & ita cum additione, uerba legenda erunt.

Refellitur opinio ex principijs Ariſt. Cap. 6.

ET quamuis retro explicatam ſententiam, diu nos proſequuti fuimus, rectius cum rem conſiderauimus, hanc ipſam ſententiam à ueritate, & ab Ariſt. prorſus recedere opinamur, & primum ita inſtamus. Eiuſdem ſcientiæ eſt, cauſas cum longinquas, tum propinquas, & ea quorum ſunt cauſæ contemplari, quemadmodum, & primo de phyſ. aud. & in anal. Poſt, Ariſt. docet, ergo ea facultas, quæ res, ut exiſtunt, conſiderat, etiam cauſas, propter quas exiſtunt, contemplabitur, ſed ſola prima philoſophia res, ut ſunt, cõſiderat; quare cauſas, ob quas exiſtunt: atqui abiunctæ mentes, ut formæ, & agentes cauſæ ſunt, rerum ſunt cauſæ, quatenus exiſtunt, ergo ſub his reſpectibus prima philoſophia ſeparatas ſubſtantias contemplabitur. Quod uero prima forma, & primũ agens ipſius exiſtentiæ cauſæ ſint, ſic oſtendi poteſt, cauſæ F prioris, eſt effectus prior, atqui primum agens, & prima forma priores cauſæ ſunt, ergo effectus prior eis reſpondet, ſed effectus hic, ipſum exiſtere eſt, cum in omni effectu claudatur, & non uice uerſa, ergo primum agens, & prima forma ipſius exiſtentiæ ſolum cauſæ ſunt. Deinde cauſæ, quę nullam in effectibus gignendis, diuerſitatem facit, effectus illimitatus, atque uniuerſalis reſpondet, ſed uniuerſalis cauſa, ueluti primum agens, nullam in effectibus producendis uarietatem facit, ergo ipſius effectus communis, & illimitatus erit, qui non eſt, niſi ipſum exiſtere, Rerum itaque exiſtentiæ primi agentis effectus erit. Quæ ratio ita confirmari poteſt, cauſa uniuerſalis ea dicitur eſſe, quæ nullam in effectibus gignendis uarietatem efficit, ſed tota rerum diſtinctio à cauſis ſecundis petenda eſt, ergo effectus, qui in ſe diuerſitatem habent uniuerſalis cauſæ non ſunt, ſed is ipſius effectus eſt qui indiſtinctus, atqui limitatus eſt, quem retro docuimus eſſe ipſum exiſtere. Rurſus cauſæ uniuerſalis effectus eſt uniuerſalis, atqui primum agens, & prima forma uniuerſales cauſæ ſunt, quare huiuſmodi cauſarum effectus uniuerſalis erit. Verum hæc ratio moleſtari conſueuit, quandoquidem uniuerſalis cauſa bifariam dicitur, aut ſecundum perfectionem & uirtutem, quoniam eius uirtus ad plures extendit, & ita G primum agens cauſa uniuerſalis nuncupatur, uel dicitur, ſecundum prædicationes uniuerſalis, quoniam de pluribus cauſis prædicatur, ueluti forma uniuerſalis dicitur, quoniam de omnibus his, quæ hoc nomine gaudent affirmatur. pari quoque pacto effectus uniuerſalis dicitur, aut ſecundum perfectionem, qui cauſæ uniuerſalis ſecundum uirtutem effectus eſt, Alter uero effectus ſecundum prædicationem uniuerſalis dicitur, qui alteri cauſæ uniuerſali reſpondet, quare cum ipſum exiſtere effectus ſecundum perfectionem uniuerſalis non ſit, agentis uniuerſalis, ut pote Dei, effectus eſſe nequit. Sed hi cum rationẽ tollere nituntur ab Ariſt. prorſus recedunt,
1 quandoquidem eius euertunt rationẽ 4. diu. quæ talis eſt, id, quod eſt, eſt effectus per ſe, ergo cauſam per ſe habet, hæc uero nõ niſi prima cauſa eſt, quare inquit Ariſt. primę cauſæ effectũ uniuerſalẽ qui in omnibus rebus effectis clauditur, reſpondere. qua ratione Ariſt. eſt uſus quando ad primam philoſophiam pertinere primarum cauſarum notionem oſtendit, quoniam cum ſint cauſę non niſi entis, ea ratione, qua ens, cauſæ exiſtunt, Adhuc omnis effectus per ſe in effectum per ſe reducitur, ipſum uero exiſtere effectus per ſe eſt, ergo ad cauſam per ſe reducendum eſt, quæ nulla particularium eſt, quoniam earum quæque definitum eſſe, & non eſſe abſolutum, producit, quare ipſum exiſtere cauſæ uniuerſali agenti attribuendum erit. Quare, ut inſtantia H diluatur, & rationis uis magis appareat, intelligere oportet, cauſam uniuerſalem trifariam accipi poſſe, aut ſecundum perfectionem, & ea dicitur, quæ perfectione alias excedit, aut dicitur uniuerſalis, quia multa ſua uirtus ſe extendit, & ita eius effectus ille dicitur, qui in omnibus clauditur, uel dicitur uniuerſalis ſecundum prædicationem. Deus itaque uniuerſalis cauſa bifariam dicitur, & ſecundum perfectionem, nam nobilitate cauſas omnes antecellit. dicitur rurſus uniuerſalis cauſa, quoniam uirtus eius ad multa ſe extendit, & ita eius effectus ipſum exiſtere eſt, & ei effectus uniuerſalis ſecundum prędicationem reſpondet, quoniam talis cauſæ uirtus, quanto ad plura magis ſe extendit, tanto uniuerſalior eſt, quare, cum ipſum eſſe in omnibus claudatur, ergo cum ipſum prima cauſa efficit, ad omnes effectus ſua uirtus ſe extendit. Quare, ut unde digreſſa eſt redeat oratio, primum agens, cum uniuerſalis cauſa ſit, non niſi ipſius eſſe cauſa eſſe ualet. Deinde, ut ea eorum datis arguamus, quando ſunt aliqua plura, quibus aliqua diſputatio competit, non per unicam, & communem naturam, neceſſum eſt, ut inter ea aliquid unum primum ſit, cui primo diſputatio conueniat, & ipſius merito cæteris competat. Atqui iuxta hos ipſius exiſtere omnes cauſæ ſunt, atque hoc eis per unam naturam com-

munem

A munem non conuenit, quoniam primæ causæ & secundæ nihil commune uniuocum est, quo-
niam earum altera ueluti prima, æterna est, secunda uero caduca, & æterno, & corruptibili
nullum comune uniuocum est, quemadmodum ex decimo huius constat, ergo per unam com-
munem naturam prima causa & secunda ipsius esse principia non sunt, quare, inter causas, pri-
ma erit cui per se, & primo conuenit, ut ipsius esse causa existat, cæteris uero non, nisi ob ipsam;
quoniam primæ causæ instrumenta sunt, quare sola uel maxime prima causa ipsius esse effectrix
erit. Demum, ut Arist. ratione arguamus, primæ causæ sunt causæ, ergo alicuius naturæ cau-
sæ, sed non nisi entis ea ratione, qua ens, ergo ipsum esse primarum causarum effectum esse te-
statur, & Arist. uerba hæc sunt. Quoniam autem prima principia summasque causas quæri- "
mus, patet ipsas necessario per se cuiusdam esse naturæ, quòd & si, & hi, & entium elementa "
quærebant, hæc principia quærebant, necesse est, & elementa eius, quod est ens quatenus ens "
& non per accidens esse, quapropter, & à nobis entis ea ratione, qua ens, primæ causæ sunt su "
mendæ, ex quibus constat primas causas nullius alterius naturæ principia esse, nisi entis ea ra-
tione, qua ens, quare earum contemplatio non nisi ad diuinam philosophiam spectabit.

B *Propria opinio ex Arist. sumpta.* Cap. 7.

HVcusque aliorum enarrauimus, atque reiecimus sententias, nunc propria stabilienda est.
Quæ hæc est, utrumque philosophum primum & naturalem quodammodo primas cau-
sas contemplare, Verum diuinus philosophus absolute quattuor primas causas conside-
rat, quoniam prima principia causæ sunt, ergo alicuius naturæ per se causæ erunt, sunt uero cau-
sæ eius, quod est, quatenus est, ergo earum absoluta consideratio ad primam philosophiam per
tinebit, Vnius enim scientiæ est causas per se, & ea quorum sunt causæ contemplarie, ergo si
primę causæ eius, quod est, causæ existunt, una itaque scientia primas causas, & id, quod est,
considerabit, quæ diuina philosophia est. Naturalis uero philosophia primas causas contempla
tur, non tamen omnes, sed solummodo duas, utpote primam materiam, & postremum finem,
primum enim agens, atque primam formam non considerat, huiusmodi enim causæ, in rebus
naturalibus non nisi, ipsam existentiam efficiunt, à quibus nulla, in rebus effectis uarietas cau-
satur, sed tota à secundis causis petenda est: Nam quando est aliquod agens, quod, ad multa pro
ducenda indifferens est, si magis ad unum, quàm ad aliud, producendum concurrit, noua causa
C adest, cui res effecta ascribitur, atque illius esse dicitur, sed primum agens, & prima forma, om-
nibus effectibus, qui producuntur cooperantur, ergo si hominis, uel bouis, uel cuiusdam al-
terius causæ sunt noua causa concurrit cui effectus per se ascribitur, ergo rerum effectarum uarie
tas secundis causis attribuenda est, quare, primæ causæ effectricis, atque primæ formæ contem-
platio diuino philosopho propria est. At prima materia, & ultimus finis naturalis philosophiæ
speculationem non subterfugiunt, natura, etsi absolute harum causarum cognitio primæ phi-
losophiæ conueniat, etenim entis, ut ens, causæ per se sunt, quatenus uero tales causæ contra-
huntur à naturali scientia contemplari queunt, prima enim materia, quamuis per se non nisi
entis causa sit aque ita à diuino consideratur, est tamen rerum quatenus naturales sunt causa, at-
que hic eius cognitio naturalis est, quippe prima materia non solum ipsius formę, quatenus exi-
stit receptaculum est, sed ut talis forma est, utpote naturalis. Rursus materia non solum ut per-
fectæ existat, atque ut substantia completa fiat, potens est, sed ut talis substantia, atque tale
corpus euadat, atqui ita ipsius consideratio naturalis erit. Postremus etiam finis non solum re-
rum, ut existunt, sed rerum, quatenus naturales sunt causa est; iure itaque eius consideratio ad
naturalem pertinebit, est enim Deus non solũ rerũ ut existunt, sed rerũ quatenus naturales sunt
D postremus finis, Nam finis hic uti Simplicius 2. de anima monet, rerum, ut sint, causa non est,
sed ut esse nobile habeant, ut quòd ipsius gratia agant, & operentur.

Dubia tolluntur. Cap. 8.

SEd multa sunt, quæ nobis obstare uidentur, & primum, ipsum esse primę causæ effectricis,
atque primæ formæ, effectus esse, non uidetur, quoniam nobilissimæ causæ, pręstantissimus
effectus respondet, atqui ipsum existere, uilissimus effectus est, ergo primæ causę non erit
ascribendum. Deinceps quod compositum gignit, eidem existentiam largitur, causa uero se-
cunda, compositum generat, ergo eidem existentiam præbet. prima propositio ita ostendi po-
test, generatio est ad esse, ergo si secunda causa gignit, esse etiam largitur, quæ ratio ita confir-
matur, quod cõpositũ gignit, esse etiã præbet, nã per eius actionẽ formã in materia ꝑducit, at for
mã in materia esse, aliud nõ est, nisi cõpositum, existentiã habere, ergo secunda causa est; quæ com
posito esse largitur. Demum in naturali philosophia de primo agente disputatio fit, ergo ipsius

consideratio non solum ad diuinum, sed etiam ad naturalem spectabit. Sed hæc diluuntur, & E
quo ad primum attinet, nonnulli asserunt, ipsum existere bifariam concipi posse. primo ut ab
effectu minus communi clausum est, puta si esse ad uiuere conferatur, in quo inclusum est. se-
cundo absolute, & secundum ipsius rationem, utpote secundum existentiæ rationem, quo pa-
cto, si capiatur, effectus nobilissimus est, at si priori modo suscipiatur, deterius efficitur, ita
enim includitur, includens uero, & ipsius esse, & suam habet perfectionem. Opinionis funda-
mentum tale est, quod magis communicatiuum est, perfectius est, quoniam bonum id esse di-
citur, quod communicabile est; ergo quod est, magis communicatiuum, magis bonum est,
esse uero magis communicabile est quam quicumque inferior effectus, ergo ipsum esse, omni
alia re effecta perfectius est. Demum quanto quicquam magis dependet, tanto minus perfectum
est, & deterius efficitur, dependentia enim imperfectionem arguere uidetur, at quicumque
effectus, qui sub esse est contentum, ab esse dependet, ergo ipsa existentia deterior erit. sed hi
plurimum decipiuntur, in quibus enim essentiale nexus est, orta posteriora, semper perfectio-
ne priora sunt, ueluti 8. phys. Arist. monet. At interesse, & effectus inferiores, nexus essentia
lis est, & contenti effectus, ipso esse, posteriores sunt, ergo eo perfectione priores erunt. De-
inceps, illud contingeret absurdum, hominem animali deteriorem esse, atque ipso corpore, F
quippe, quæ homine priora sunt, communicatiua magis sunt, minusque dependent. Ho-
rum rationes uanæ sunt. Nempe id magis bonum nuncupatur, quod sine sui diuisione
communicatiuum magis est, ipsum uero existere, omnisque superior effectus, inferioribus si-
ne eorum diuisione non communicantur; etenim aliud animal specie secretum est, quod in ho-
mine, quod in boue, atque in cæteris eiusdem generis speciebus, reperitur. soluitur secundum
atque dicimus, rei dependentiam, imperfectionem non semper indicare, quemadmodum res
naturales, ex materia, magis dependent, quam materia, ab ipsis, ea tamen deteriores non sunt
quare ea propositio, ita audienda est, quod ab aliquo extrinseco, & aduentitio, & ad eius naturam
non attinente, dependet, eo imperfectius est, sed quod ab aliquo Intimo, quod ad eius naturā
attinet, dependet, non est opus, ut sit deterius immo magis perfectum, cum hoc ipsum, & pro
priam, & illorum, à quibus dependet, perfectionem claudat. Nos uero dicimus, esse inferio
ribus rebus relatum, illis uilius esse, quandoquidem, gradus inferior, superiori perfectionem
semper adiungit, nihil tamen impedit, quin Dei effectus esse non posit, quoniam Deus uniuer
salis causa dicitur, non solum, quia nobilissima causa, sed quoniam ad omnes gignendos effe-
ctus, sua uirtus se extendit, ita effectus ei respondens duplex est, alter, nobilissimus, ueluti G
sunt secundæ intelligentiæ, quæ quodammodo Dei effectus sunt, consimiliter cælestia, immo
plures testantur, huiusmodi res, ab æterno per simplicem emanationem, à Deo productas fuis-
se, effectus uero, quem Deus in sublunarem mundum producit, ipsum existere est, quoniam
ad ea, quæ apud nos sunt, Deus causa uniuersalis dicitur, quatenus cum causa secunda, ad om-
nes effectus gignendos, sua uirtus se extendit, quare respectu ipsius existentiæ, non dicitur uni
uersalis causa, quoniam nobilissima, quare ipsum esse, ipsius effectus, esse ualet. Sed ea se of-
fert dubitatio dissoluēda, quòd Methaphysica scientiarum nobillissima nō foret, quoniā scientiæ
nobilitas, à subiecto sumitur, quare, cum id, quod est, quatenus est, subiectum diuinæ phi
losophiæ sit, quòd nullam habet nobilitatem, ergo diuina scientia ab eo nobilitatem nō suscipiet.
Sed Arist. hanc dubitationem soluit, suam nobilitatem à suis causis ens habere asserens, sunt
enim primæ, summæque causæ, quæ rerum omnium pulcherrimæ & nobilissimę sunt, Ipsius esse
principia, & idcirco philosophus primæ philosophiæ præstantiam ostendens, ait quoniam cir
ca primas causas uersatur. sed quo ad aliam dubitationem pertinet, prima propositio duplicem
intelligentiam pati potest, Atque prima, quòd compositum gignit, esse, hoc est existentiam lar-
gitur, & si ita propositio percipiatur, uaria ratione, uera, & falsa esse potest, est enim uera, si H
ita intelligatur. causa secunda, uirtute propria, compositum gignit, ut tamen primæ causæ in-
strumentum existentiam largitur, agens uero particulare, compositum gignens, existentiam
præbet, rem naturalem uero efficit, uirtute propria, ut uero uniuersalis causa instrumentum
est existentiam præbet. Si uero ita intelligatur, quòd ueluti rem naturalem uirtute propria cau
sa secunda gignit, ita & existentiam largiatur; propositio sic intellecta nequaquam uera est: Re
tro enim docuimus, existentiam solius primæ causæ agentis, atque primæ formæ, effectū esse.
Et ut res aperta reddatur, explicandum erit, quo pacto à prima omnium causa, esse res suscipiant,
rursus, quō secundæ causæ ad rerum ortum concurrāt, si enim hæc declarata erūt, omnis tolletur
ambiguitas.

Quo pacto prima causa, atque secunda ad rerum ortum concurrant. Cap. 9.

DVo itaque modi assignantur, atque primus hic est. Causa, uniuersalis, ueluti de ea nunc
sermo habetur, dicitur ea, quæ ad rerum omnium genituram concurrit, quoniam simul

cum

A cum cauſa ſecunda, rebus omnibus gignendis, cooperatur; cauſa uero particularis atque ſecun
da, ea dicitur, quæ certum, & definitum effectum gignit, quare, cum uniuerſalis agentis actus
ad uniuerſos gignendos effectus ſe extendat, particulari cauſa eget, quæ uniuerſalem definiat,
atque ad definitam rem gignendam coarctat, uniuerſalis enim cauſa de ſe non magis unum,
quam alium effectum gignit, iure ſecunda cauſa indiget, quæ rerum effectarum diuerſitatem fa
cit. Verum quoniam agens per contactum agit, quemadmodum primo de ortu declaratum eſt,
Cæleſtia, ea quæ apud nos, pati ſunt apta, quoniam procul ſunt, non contangunt, & idcirco
per inſtrumentum in hæc agunt, motu enim & lumine, in ſublunarem mundum, calorem pro-
ducunt, quo intermedio ad rerum ortum concurrunt, quare cæleſtis calor, apud nos diffuſus,
eſt qui proxime operatur. Cæterum, quoniam huiuſmodi calor accidens eſt, cuius ratio eſt,
alter ineſſe, ſubiecto indiget, in quo ſuſcipiatur, eſt uero eius ſubiectum illud idem, quod lu-
minis eſt ſuſceptiuum, atque hoc corpus perſpicuum eſt, à quo deinceps cæteris rebus diffun
ditur calor. Quibus conſtat cæleſtem calorem, & elementarem ſubiecto non diſtingui, quam
uis ratio diuerſa ſit, Nempe, ut à cælo productus eſt, & ut ipſius uirtute operatur, cæleſtis nun
cupatur, quatenus uero in aere, & aequa ſuſceptus eſt, elementaris dicitur. Hoc itaque calo-
B re, uniuerſæ procreantur formæ, ſecunda cauſa concurrente, hæc enim cæleſti calori alligata
cauſa eſt, ut definitus effectus gignatur, quemadmodum ſeminis calor, cæleſti calori permix-
tus, cauſa eſt, ut cæleſtis calor ex animalis materia, animalis formam gignat, quippe calor hic,
de ſe non magis hanc, quam alterius rei formam gigneret: ſi enim definitam producit, cauſa
ſecunda in cauſa eſt, quare id, quod formam, de non eſſe ad eſſe gignit, cæleſtis calor eſt, defi-
nitam uero producit, quoniam huic, & non illi agenti coniunctus eſt, quare à calore cæleſti, &
quòd ſit, & quod talis forma fiat, utpote animalis, forma habet. Verum, ut cæleſtium inſtru-
mentum eſt, & eorum uirtute operatur, formæ exiſtentiam præbet, definitam uero dat exiſten
tiam, quoniam definitæ cauſę coniunctus eſt. forma deinceps in lucem orta, rem, & quòd ſit,
& quòd talem ſortiatur ſpeciem, efficit. Verum primum, ut uniuerſalis cauſæ inſtrumentum,
operatur, alterum uero, & ſecundum, quoniam certa, & definita forma eſt. Quod ita confir-
mari poteſt, Quando ſunt aliqua plura, quæ in uno communicant nomine, & eorum aliquod
eſt alijs dignius, cauſa eſt, quare cætera illud nomen habeant, quemadmodum 7. huius Auer. 3
docuit, atque prima forma, & cæteræ formæ, in formæ nomine communicant, & prima forma
dignior forma, cæteris eſt, ergo prima forma, cauſa eſt, quare alię formæ ſint formæ, omnes
C itaque formæ particulares primæ formæ inſtrumenta erunt, & eius uirtute cauſæ ſunt, ut res exi
ſtant, propria tamen ui, ut tales ſint res, & definitam naturam habeant. Ex dictis cuiuſdam
ambiguitatis ſolutio claret, ambiguitas uero ſic ſe habet, eſſe ſimpliciter, & eſſe hoc, re idem
ſunt, & ſola ratione diſtinguntur, quemadmodum commune & limitatum, ergo quod cauſat
eſſe in hoc, eſſe ſimpliciter largitur, ſed particularis cauſa eſſe in hoc præbet, ergo hæc quoque
dat eſſe ſimpliciter. Sed ex nunc declaratis ambiguitas ſoluitur, quippe cauſa ſecunda, una nu-
mero exiſtens utrumque facit, ſed propria ui eſſe in hoc præbet, ut uero primę formæ inſtrumen
tum eſt, eſſe ſimpliciter. Sed hic modus dubius uidetur, illud enim abſurdum contingeret, aliud
eſſe agens, quod materiam diſponit, & quod formam producit, quippe agens, quod formam
gignit, calor cæleſtis eſt, ſed quod diſponit agens particulare. Sed dubitatio hæc biſariam diſ
ſolui poteſt, primo quòd ex utriſque agentibus unum numero fit, ueluti calor in aere diffuſus, in
animalis ortu, ſeminis calorem intendit, & auget, quare calori ſeminis cęleſtis calor permixtus
materiam præparat, atque formam gignit, non tamen ſecundum eundem caloris gradum, Nam
ſecundum caloris gradum ab animali productum, at ſecundum alium caloris gradum formam
in eſſe producit. Poteſt rurſus ſolui, cæleſtis calor utrumque facit Nempe materiam diſponit,
D ut talem formam ſuſcipiat, quoniam tali agenti coniunctum eſt. Nam quatenus cęleſtis calor
eſt materia, ad certam & definitam formam ſuſcipiendam non præparat, quoniam ipſe ad om-
nes formas gignendas indiferens eſt, materia uero diſpoſitione indiget, ut definitam formam ſu-
ſcipiat, quod quidem cæleſtis calor, ut agenti particulari permixtus eſt, exercet. Secundus ue
ro modus ita ſe habet, agens particulare formã gignit, atque materiam diſponit, non tamen ſine
cauſa uniuerſali, ab hac enim ſecunda agenda uirtutem ſuſcipiunt, ut eſſe gignere poſsint, & ut
per ſingula genera eorum, quæ gignuntur percurramus, atque ut à primis corporibus ordia-
mur, ſi ex aqua ignis gignendus eſt, ſimul cum calore cæleſti agens particulare concurrit, utpo
te ignis, hic enim à calore cæleſti uim ſuſcipiens exiſtentiam igni genito largitur, uerum quo-
niam ipſe ignis definitum agens eſt, non quodlibet eſſe gignit, ſed definitum, utpote illud, quod
ei in ſpecie perſimile eſt, non enim ſua uirtute agentia ſublunaria rebus exiſtentiam largiri ualent
ſed quatenus ſupernorum inſtrumenta ſunt, quemadmodum 8. de phyſ. aud. Ariſt. docet, pri-
ma enim cauſa inquit magis eſt hic cauſa quàm ſecunda, quoniam hæc non agit, niſi quia uim à
prima ſuſcipit, ſed ipſa ſine illa agere ualet, quare magis prima quàm ſecunda rei exiſtentiam

 præbet,

præbet, quoniam ſecunda non niſi ut primæ inſtrumentum. quæ res ita confirmari poteſt, quan E
do eſt aliquod prædicatum pluribus conueniens, & uni primo, cęteris uero ſecundo, pri-
mum cauſa eſt, quare alia illud prædicatum habeant, atqui primum agens pariter, & ſecunda
agentia agens nuncupantur, & primum ut ſit agens primo agenti conuenit, ſecundo cæteris, er-
go primum agens cauſa eſt quare ſecunda agentia ſint agentia, ergo ſublunaria agentia non agunt
niſi quia uim à prima ſuſcipiunt. Recte igitur dictum eſt in ignis ortu, agens particulare à calo
re cæleſti uirtutem ſuſcipere, per quam rebus eſſe largitur, definitum uero, & ad certam ſpe-
ciem determinatum propria uirtute tradit, ex quibus illud apertum fit, quod à peripateticis di
ctum eſt inter primam & ſecundam cauſam nexum eſſe eſſentiale, ita quòd ſecunda non operan-
te, neque prima quicquam non operatur, & uiceuerſa, quoniam nulla res eſt, quæ ſimpliciter
exiſtit, quæ etiam definitum eſſe non habeat, quare, cum à prima eſſe ſimpliciter habeat, à ſe-
cunda uero definitam exiſtentiam, ergo utraque, ut agat, oportet. Ex rum explicatis conſtat
etiam à cæleſtibus non ſolum calorem, ſed omnes qualitates gigni, cælum enim quatenus ad res
generandas concurrit, cum cauſa ſecunda omnes qualitates producit, at ſe ſolo ſine ſecunda cau
ſa calorem tantum, & ſi frigus non niſi in reſpectu, quemadmodum in ſecundo cæli Auer. mo-
net. Patet rurſus agentia ſecunda à prima uirtutem neceſſario recipere, at eius merito neceſſario F
agere, quoniam eſſe neceſſario gignitur. Quod uero de elementorum ortu dictum eſt de cæte-
rarum rerum generatione eſt intelligendum, quare quo pacto in ſublunarem mundum cæleſtia
agant ex dictis conſtat.

Quo modo in ſublunaribus à cæleſtibus uarietas cauſetur. Cap. 10.

SEd uterque explicatus modus, ambiguus uidetur, Nempe aſſeritur, à cæleſtibus nullam
proficiſci diuerſitatem, ſed totam à cauſis ſecundis petendam eſſe, quod rationi conſonum
minime uidetur. & primum tale eſt, ſecundum commune omnium philoſophorum placi-
tum, eſt, mundum inferiorem à Deo per cælum gubernari, atque hæc eſt illa Ariſtotelis uul-
gatiſſima ſententia, in primo Meth. neceſſario mundum hunc inferiorem ſuperioribus latio-
nibus eſſe contiguum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur, omnes igitur rerum ſublunarium
mutationes, à motibus ſupernorum corporum fiunt, quod uel ipſa quoque demonſtrat expe-
rientia, uariatis anni temporibus, ex acceſſu ſolis ad nos, atque receſſu, inde uiuentium quo
que omnium habitus, & conditio uariatur, dum temperat arua cælum, dum uariat fruges, red G
ditque, rapitque in diurna etiam reuolutione, ſol aeris qualitates immutat, plus minus, tum me
ridie, mane, ueſpere, calefaciens, exſiccans, humori, frigorique derelinquens; luna, quan-
tas habeat uires, in omnia corpora præſertim fluxiora, quis ignorat. Ad lunæ etiam motum,
uariantur animalia, corpus, luna plena naſcente, diuidua, perſæpe cieri tempeſtates, & in cor
poribus agitari uidemus humores. Hinc paſtoribus, nauticis, agricultoribus obſeruationes
multæ, de lunæ motibus acceptę, multiplicique experientia, multis retro ſęculis comprobatæ,
quare ſi hæc de luna, & ſole per ſentimus, idem de cęteris erit iudicium, cum eandem habeant
naturam. Non minus illud à peripateticis conceſſum, à ratione diſſentit, calorem tantum, cæ-
leſtia producere, nam illud contingeret, reliquas qualitates, ex accidenti in mundo fore, utpo-
te frigus, ſiccum, & humidum. hæc itaque ſunt, & alia complura, (quorum In diſputationi-
bus de mundo meminimus) quæ dubitationem faciunt, quæ diluenda ſunt. Et ut à poſtremis
ſolutione ordiamur, dicendum, cæleſtia bifariam in mundum ſublunarem agere, & ſe ipſis ſine
cauſa ſecunda intermedia, & cum cauſa ſecunda. At ſi primo modo ſpectentur, cæleſtia, non
niſi calorem gignunt, Namque motum mundo ſublunari in gyrum præbent, atque lumen, &
per utrumque non, niſi calorem gignunt, quemadmodum in diſputationibus de mundo do- H
cuimus, & ſi algorem efficiunt non niſi in reſpectu, quoniam minus calidum, ut ſi plures ſtellę
cum ſole in orizonte inueniantur, dupplatum lumen diffundunt, quare maioris caloris produ-
ctiuæ ſunt, at ſi ſol in orizonte extiterit, ſine ſtellis, quoniam dupplatum lumen non diffunditur
42 ergo minor oritur calor, & ita algor in reſpectu, ueluti in ſecundo de cælo Auer. docuit, ſe ip-
ſis igitur cæleſtia, non niſi calorem gignunt, & algorem in reſpectu; quoniam minorem calidi
tatem. At ſi cum cauſis ſecundis agant, ita omnes qualitates cum illis producunt, etenim ca-
lor ille uiuificus, quoniam cæleſtium inſtrumentum eſt, in quibus ſublunaria uirtute continen
tur, cum aqua algorem, & humiditatem, cum terra frigiditatem, & ſiccitatem, & cum reli-
quis elementis, cæteras qualitates, ueluti cum boue bouem, cum leone leonem, non ergo ex
accidenti cæteræ qualitates in mundo ſunt. Neque, quæ prius obijciebantur, obſtant, Nam &
ſi à ſuperioribus lationibus, mundus ſublunaris gubernetur, nulla tamen uarietas à cæleſtibus
cauſatur, (quemadmodum 8. diſputatione de uirtute ſentiente docuimus) quippe Deus per mo
tum, & lumen ſingulis rebus ſuam bonitatem largitur, quoniam cunctis eſſe præbet, quod ua-
rium,

A rium, atque multiplex à causis secundis efficitur, quæ in proprios fines, à cælestium sentienti
animali diriguntur, ueluti in ea disputatioue docuimus. Sed singulæ experientiæ nunc soluen-
dæ sunt, & accipere oportet, in omnium radiorum mixtione, qui in aere sunt, est aliquid, ut
ita dicam, substantiale, aliquid quasi accidentale: substantiale uero est, esse unum lumen, siue
unum calorem ex omnibus cæli luminibus, uel aggregatum, uel resultantem. & hoc quidem
perpetuum, & immutabile est, saltim secundum successionem. Accidentale autem est, ut hic ra-
dius fiat intensior, alius uero remissior, & mutetur, pro cęlestium corporum iugi mutatione.
Huius distinctionis ratio liquet, nam in cælo, quod huius caloris esse principium scimus, aliquid
per substantiæ modum dici potest, atque hæc substantialia uocamus, quæ rei substantiam inse-
parabiliter insequuntur, talia sunt, corpus æternum figurę circularis, motus in gyrum, & cum
suo calore omnia uegetans: quod uero in cælo, & stellis est, ut uariabile, accidentale est, ut in
omnibus astris, sola mutatio situs, & in luna uicissitudo lucis. Quod igitur in radiorum mix-
tura est, substantiam consequens, substantiale uocamus, quod accidentalia, accidentale. Hac
itaque uirtute, quæ uariabilis non est, alioquin non semper adesset, Arist. & Plato gignunt ho
minem, & hunc hominem, ex hac materia, & hoc semine, quare ad hanc actionem, siue natu-
B ram, siue indiuiduum spectes, indifferens quoque constellatio est, & æque concurrit. Quod
ex constellationum uarietate, hoc est uario siderum statu, & habitudine, ad terram plus, & mi-
nus caloris diffunditur, & pro alia radiorum mixtura noua calidæ lucis proportio, & mensura
resultat, hoc est, accidentale in cælestibus. Accidentalem quoque in effectis rebus causat di-
uersitatem, ut siquis dicat, in plenilunio meliorem fieri conceptum, & crescente luna, plus cre-
scere fœtum, & sub temperato cælesti statu, melius affici semen, propterea meliorem sobolem
procreari, illa diuersitas, quæ de uaria cælestium positione in substantijs generandis esse potest,
quam accidentalem, & aduentitiam dicimus, quoniam uti docuimus ipsa, & quæ ad concepti
fœtus naturam spectant, à suo proximo pendent principio, quoniam substantialis effectuum ua
rietas, non ab uniuersalibus causis, sed à proximis est petenda, licet uaria siderum dispositio,
pro mutationibus aeris, corporum, & mixtorum, iam, uel generandorum uariare dispositionem
aliquo modo possit, quę ualde extrinseca, & generalis mutatio est, sed quæ ad substantiã spe-
ctant non à cælo, sed à proximis causis oriuntur, uno etenim, & eodem calore cælesti existen-
te, durescit limus, & cera liquescit, & sub eodem lintea dum lauantur albescunt, & lauantis fa-
cies denigratur. Constat itaque, quo pacto à cælestibus in rebus effectis uarietas causatur. At
C nunc postrema dubitatio diluenda est, & quo ad ipsam attinet, dicimus de prima causa effectri
ce, quatenus effectrix est, naturalem philosophiam non disserere, nam in 8. de phys. aud. etsi
de prima causa, quæ effectrix est, sermo fit, non tamen, ut effectrix, sed quatenus finis est, con
sideratur, quod per Arist. planum fieri potest, qui eodem uolumine, ortum, interitum, cęte
rasque mutationes, perpetuas esse, demonstrat ex prima causa mouente, & perspicuum est,
mutationis ęternę, quatenus effectrix est, causam esse non posse, sed ut finis, Nam rea æterna,
efficiente uacant, primo enim causa, quoniam postremus finis est, idcirco generatio perpetua
est quippe res omnes, quæ natura constant, Deo persimiles fieri excupiunt, quoniam diuinum,
& sempiternum esse expetunt, quod cum secundum indiuiduum consequi nequeant, materiam
enim, & contrarietatem habent, secundum speciem sempiternæ efficiuntur, æternitatem uero
nanciscuntur, eis similima gignendo, quare si per consimilium ortum, æternitatem nanciscun-
tur, generatio sempiterna erit, ergo prima causa, quatenus rerum postremus finis est, æterni
ortus causa dicitur. sed de re hac latius, 8. uolumine de phys. aud. diximus.

Si substantia separata alio modo, quam per uiam motus, inuestigari possint.

D *Prima opinio.* *Cap.* II.

ABsolutam primarum causarum notionem, primo philosopho ascribendam esse docuimus,
consimiliter & quo pacto ad rerum effectarum ortum concurrant, Nunc qua uia cælestes
mentes inuestigentur, inquirere succedit, Verum primum aliorum referamus opiniones.
Latini itaque, & inter Arabes Auicēna, opinati fuere, per aliam uiam, quàm per motum sem-
piternum, dari substantiam quandam ab omni materia abiunctam, & prima uia hæc est. In re-
bus nonnulla sunt, quę possibilia sunt, & esse, & non esse possunt, quoniam generari, & cor-
rumpi uidentur, quare esse, & non esse capacia erunt, sed fieri non potest, ut quæ ita se habent
perpetua sint, quod enim possibile est esse, & non esse, interdum non erit, quare si omnia pos-
sibilia erunt, quandoque nihil erit, quare neque modo quicquam esset, Nam quod non est, sui
initium ex eo, quod est, habet, quare si nullum fuerit ens, ergo ut quidquam aliquo tempore
fiat fieri nequit, quare cuncta possibilia non erunt, ergo in rebus quidquam erit necessarium
quod erit causa, quare entia, quæ possunt esse, & non esse, secundum successionem perpetua

ſunt, omne autem neceſſarium aut ſuæ neceſsitatis cauſam aliunde habet, aut non, quare, cum E
in neceſſarijs in infinitum abijtio non fiat, ad unum primum neceſſarium deuenire oportet, quod
cauſa ſit, cur cætera ſint, hoc uero, Deus, & primum principium eſt. ſecunda uia ex cauſa, &
cauſato habetur, ſenſui enim manifeſtum eſt, quoddam fieri, hoc aut à ſe, aut à nullo, aut ab alio
ut gignatur oportet, à ſe uero produci nequit, quoniam ſuimet cauſa nihil eſſe poteſt, neque à
nullo, ergo ut ab effectrice cauſa, ab aliquo erit. Quęritur deinceps, an ipſum agens factum
ſit, necne: ſi factum, abijtio in infinitum fieret, quare ad aliquid quod tantum facit, & nullo
pacto factum eſt, occurrendum erit, quod omnium primum principium erit. Tertia uia ex bo
nitate, atque rerum nobilitate fluit, in rebus enim quidquam eſt, quod magis, & minus bonum,
atque nobile dicitur, magis uero bonum, & nobile, & minus, de diuerſis diuerſimode uerifi-
catur, ſecundum quòd ad aliquod quod eſt maxime tale accedit, ueluti magis calidum, quod
maxime calido proximum eſt, ergo in rebus quidquam erit, quod uerißimum, optimum, at-
que nobilißimum eſt, quod primum omnium principium eſt, & Dei nomine nuncupatur. Hoc
idem, ex rerum gubernatione oſtendunt, quippe uidemus, quę cognitionis expertia ſunt, ue-
luti naturalia corpora, propter finem operari, quæ uel ut ſemper, uel ut frequentius conſequun-
tur, ad quem fortuita non tendunt, ergo cum ipſa cognitione uacent, ſi ut ſemper, uel fre- F
quenter, finem attingunt, neceſſe eſt, ut ab aliquo, finem, cognoſcente dirigantur, ueluti à
projciente, ſagitta dirigitur, quare aliquid erit, cuius beneficio res omnes naturales ad pro-
prium finem diriguntur, quod Deus eſt. D. Thom. adiungit, quòd etſi motus ſempiterni uia
ad primum principium probandum efficacißima ſit, ſublata tamen motus perpetuitate, ex mo-
tione noua longe efficacius demonſtrari poteſt, ueluti omne, quod mouetur, ab alio mouetur,
& in mouentibus, & motis in infinitum non proficiſcitur, ergo ad primum principium occur-
rere oportet. ex his itaque concludunt, non ſolum motionem ſempiternam ad ſcientiam de pri
mo principio conducere, ſed ſunt aliæ uiæ longe efficaciores.

Recentiorum opinio. Cap. 12.

RECENTIORES, Auerois placita tueri credentes, aiunt, ad primi principij cognitionem ſo-
lam motioné ſempiternam conducere, cæteraſque uias cum principij petitione eſſe. quam
rem ita probare nituntur, Abſtractorũ genus duplex eſt, alterum, quod per eſſentiam nun
cupatur, alterum, quod per indifferentiam, & non incluſionem materiæ, huiuſmodi uero ge- G
nera, etſi diſtincta, atque ſeparata ſint, mutuo pertinentia ſunt, quoniam non poteſt eſſe ens
abſtractum à materia per indifferentiam, & non incluſionem materiæ, niſi ſit ens ſeparatum
per eſſentiam. hoc accepto ita rem monſtrant, ſi primum principium demonſtrari poſſet, me-
dium inquirunt, quo hoc oſtenditur, aut eſt naturale, aut diuinum, non ſecundum, quoniam me
dium à diuino conſideratum, eſt abſtractum altero illorum modorum, ergo aut accipiet ens ſe-
paratum per eſſentiam, quare petitio erit cum principio, cum accipitur id, quod eſt monſtra-
tum, ſi medium eſt ſeparatum per indifferentiam, ergo ſupponit tale ens eſſe, ſed hoc eſſe non
poteſt, niſi ſupponatur ens ſeparatum per eſſentiam, ergo id, quod eſt in principio, petitur,
medium igitur non erit diuinum, quare erit naturale, ſed hoc medium, quo naturalis utitur non
eſt, niſi motus ſempiternus, ergo ex motu tantum ſempiterno primi principij ſermo habetur,
ult.22. Secundo arguunt ratione Auer. primo phyſ. 2. phyſ. & 12. Meth. nulla ſcientia probat ſuum
26.5. ſubiectum eſſe, ſed diuinæ ſcientię ſubiectum, ſubſtantię ſunt ſeparatæ, ergo ibi monſtrari non
poſſunt, cum ergo lateant, aut à mathematico demonſtrantur, quod dici non poteſt, quoniam
circa quantitatem uerſatur, ergo à naturali, ſed naturalis utitur motu ſempiterno, ergo motus
ſempiternus tantum ad cognitionem primi principij ducit. Tertio arguunt, & quærunt me- H
dium, quo ad primi principij cognitionem deuenimus, aut eſt ſubſtantia, aut accidens: ſi pri-
mum aut eſt generabilis, aut æterna ſubſtantia, ſi generabilis, ergo ex ea non deuenimus, niſi
ad cognitionem agentis noui immediate, mediate tamen ad agens æternum, quod agit median
46. 47 te motu æterno, ut 8. huius Auer. ſi ſubſtantia æterna eſt, huiuſmodi autem ſubſtantia æterna
non inuenitur, niſi per mutationem æternam, ergo medium proximum, erit motus æternus: ſi
medium eſt accidens, hoc eſt, aut nouum, aut æternum, non primum, quia tale non ducit niſi
ad agens nouum, & corporeum, ergo erit accidens ęternum, Quare aut permanens, aut ſuc-
ceſsiuum, non permanens, quoniam hoc non eſt, niſi accidens cæli, aut dimenſio materiæ, &
in quolibet horum motus inuenitur, Quare relinquitur, quod ſolum eſt motus orbicularis.
Quare ex his planum faciunt, quòd ad cognitionem primi principij tantum motus ſempiternus
5. conducit. Hoc etiam Auer. authoritate confirmant 12. Meth. ait enim, ſi eſſent aliæ uiæ, eſ-
ſent numeratę in prima philoſophia, modo Ariſt. non accepit, niſi eam, in qua accipitur motus
3 & 8. phyſ. inquit, quod omnes aliæ uiæ, quas dedit Auic. ſunt debiles, & non tranſcendunt
ordinem

A ordinẽ ſermonũ prob abilium. Argumẽtationes oppoſitas unico uerbo diſſoluunt, & aiunt, quòd
omnes illę ſupponunt non eſſe progreſſum in infinitum in cauſis, quod quidem demonſtrat na-
turalis, per uiam motus, ergo motui innitunt, quare demonſtratio ferme erit, per motum, ergo
motu ablato, omnes illæ rationes ſunt debiles, & quod in principio eſt petunt.

Propria opinio. *Cap.* 13.

NOs autem in ſolutione propoſiti Theorematis duo dicimus, alterum, quòd per aliam
uiam, quàm per motum ſempiternum, poſſumus deuenire ad cognitionem primi prin-
cipij, ita quòd in rebus ſit unum primum principium à quo cætera dependent, & hanc
uiam dedit Ariſt. & Auer. Alterum, monſtrabimus, hoc primum principium eſſe ſeparatum,
& illa uia uſus eſt Ariſt. & 8. phyſ. & 12. Meth. non tamen dicimus poſſe demonſtrari primum
principium eſſe ſeparatum, illis uijs, quibus fuere Arabes, & Latini uſi, immo illæ uiæ non pro-
bant primum principium eſſe ſeparatum, neque propoſitum demonſtrant. Primum ita demon
ſtramus, Ariſt. 7. & 8. phyſ. oſtendit, quòd omne, quod mouetur, ab alio mouetur, & quòd
B fieri non poteſt, ut idem ſit mouens, & motum, ſed opus eſt, ut mouens à motu diſtinguatur.
Mox oſtendit, quod in mouentibus, & motis non eſt abijtio in infinitum, ſed eſt deueniendum
ad unum primum mouens, quod eſt cauſa omnium eorum, quæ ſub illa ſede ordinantur, modo
paret quod hæc demonſtratio concludit, quod detur primum mouens, medium tamen in ea non
eſt motus ſeparatus. Adhuc 2. libro de generatione & 8. phyſ. per motum nouum inueſtiga- 47
uit, quod eſt neceſſe, quòd detur mouens primum, quod per motum æternum conſeruet ea,
quæ poſsibilia ſunt, eſſe, & non eſſe. Si enim perpetuari opus eſt, neceſſe eſt fateri, quod de-
tur aliquod ens, neceſſarium, quod ſit cauſa, quod hæc ſecundum ſucceſsionem ſemper perma-
neant, quare cum in neceſſarijs non ſit progreſſus in infinitum, opus eſt, ut ad primum neceſ-
ſarium deueniamus. Hanc etiam uiam dedit Auer. in 7. diſputatione deſtruc. in ſolutione 6.
& dixit, hanc eſſe firmam. Amplius 2. Meth. philoſophus oſtendit, in cauſis agentibus non
eſſe proceſſum in infinitum, ſed eſſe deueniendum ad primam cauſam agentem, quæ demon-
ſtratio uti patet, non tantum non procedit per motum ſempiternum, ſed neque per motum. eo
dem etiam libro monſtrauit in finibus non eſſe proceſſum in infinitum, ſed ad primum deueni-
C mus, quæ demonſtratio non ex motu, ſed ex finis definitione procedit. Pariter, & ſecunda de-
monſtratio, neque per motum fluit. ibi etiam demonſtrauit, quòd in formis ſtatus eſt, & datur
prima forma, quæ rationes etiam neque per motum proficiſcuntur, quare conſtat, quod oſten
di poteſt in rebus eſſe primum principium ut puta primum mouens, poſtremus finis, & prima
forma, per aliam uiam, quàm per motionem ſempiternam. Atque hoc, à latinis rationes alla
tæ demonſtrant, quod in rebus uidelicet ſit primum agens, prima forma, & ultimus finis. Sed
an hoc primum principium à materia ſemotum ſit, minime oſtendunt, & idcirco rationes, quæ
ſumuntur, quòd non eſt in infinitum in efficientibus progreſſus, & quòd in bonis datur pri-
mum optimum, in ueris primum uerum, primum neceſſarium, & primum gubernans, ad æter-
num ſenſibile, ut ad corpus cæleſte conducunt, quod ex ueteribus philoſophis, nonnulli, quem
admodum Chaldei, ut Auer. primo & ſecundo cęli, & 12. huius, Deum eſſe credidere. cuius 22.4.68
etiam opinionis Empedocles fuit, ueluti Auer. 8. phyſ. author eſt. Hi itaque philoſophi, pri- 50.2.
mum principium; quod Deum eſſe putarunt, non à materia abiunctum, ſed corpus eſſe confi-
tentur, quod Auer. in 3. diſputatione deſtruc. in ſolutione 18. affirmauit, hæc inquit, demon
ſtratio non ducit ad ens incorporeum, quæ ratio hæc eſt, omne nouum ab aliquo agente fit, &
cum abijtio non fiat in infinitum, ergo ad unum primum deueniendum eſt agens, quod tantum
D facit, & nullo modo eſt factum. Ex primo cæli, inquit, rationes, quibus demonſtrant Deum 22
eſſe, ducunt tantum ad cæleſte corpus. Antiqui enim ea de cauſa cæleſte corpus Deum eſſe af-
firmarunt, ueluti Plato in Cratillo aſſeruit, quoniam uiderunt illud curſu quodam ſemper fer
ri, quare ex dictis conſtat latinorum rationes, quæ de primo principio fiunt, quodammodo
demonſtratiuas eſſe, utpote, ſi ad illud ſcopum referantur, in rebus unum primum princi-
pium dari, debiles uero, & neque probabiles, ſi ex illis dari ens incorporeum, & ſeparatum da
ri excupiunt, quæ cum explicata ſint, ſupereſt alterum aperire, quo uidelicet medio primum
principium, quod à materia ſeparatum ſit, demonſtretur. Auer. & qui ipſum ſequuntur, aiunt,
tantum quod per motum ſempiternum monſtratur. probat hoc Auer. quoniam ſi eſſet alia uia,
Ariſt. illa eſſet uſus, ſed ipſa non utitur, niſi motu ſempiterno, ergo non eſt alia uia. Secundo
cum philoſophus non niſi ex actionibus formas dignoſcat, quales ſint, cum igitur duæ ſint actio
nes quæ immediate à Deo proficiſcantur, ut intelligere, & motus ſempiternus, ex his igitur tan
tum naturam primæ formæ dignoſcere poſſumus, ſed non ab ipſa intellectione, quoniam ut
3. de anima, 12. Meth. cognoſcimus, quòd Deus, & cæteræ intelligentiæ ſint intelligentes ex 16.51.

hoc quod ſunt à materia ſeparatæ, ergo ex motu ſempiterno. Sed Auer. in te hac à ſemetipſe, & E
78 ab Ariſt. diſſentit; à ſe, natura 8. phyſ. dubium ſoluit, ibi Ariſt. proponit monſtrare primum
mouens eſſe ſeparatum à materia. Dubitat, quoniam eſt ſuperfluum hoc theorema, nam ex ea
demonſtratione qua monſtratur primum mouens, neque per ſe, neque ex accidenti moueri, ha
betur, quod ſit ſeparatum à materia. ſoluitur, quod quamuis boc nerumſit, tamen alio modo
uoluit idem Theorema demonſtrare, quod fluit per motum ſempiternum, quare, quòd per
aliam uiam, quàm per motum ſempiternum poſsit monſtrari primum mouens eſſe à materia ſe-
30 paratum, fatetur. Ab Ariſt. etiam diſſentit, quoniam 12. Meth. alio medio fuit uſus ad mon-
ſtrandum primum principium eſſe à materia abiunctum, quam motione ſempiterna. Et idcir-
eo dicimus nos, tribus uijs Ariſt. uſum fuiſſe ad demonſtrandum primum pricipium abiunctum
eſſe, duę ex 8. phyſ. habentur, & prima hæc eſt, illud mouens, quod neque per ſe, neque ex ac-
cidenti mouetur, non eſt corpus, neque uirtus in corpore, ſed forma à materia ſeparata; nam,
quod per ſe mouetur, corpus eſt, forma uero in materia, ex accidenti mouetur, ergo mouens,
quatenus per ſe non mouetur, non eſt corpus, & ea tatione, qua ex accidenti non mouetur, non
eſt in materia forma, ſed ab ea ſeparata, atqui primum mouens, neque per ſe, neque ex acciden
ti mouetur, ut ibi demonſtratur, ergo non eſt corpus, neque uirtus in corpore. Secunda uia F
quæ in eodem uolumine habetur, per motum ſempiternum procedit, quæ hæc eſt, Nullum fini
tum mouet motione ſempiterna, ſed omne corpus, & uirtus in corpore finita ſunt, ergo eorum
nullum, motione ſempiterna mouent. Deinceps alio ſillogiſmo propoſitum concludit, Nul-
30 lum corpus, uel uirtus in corpore, motu ſempiterno mouet, ſed primum mouens ſempiterna
motione mouet. ergo non eſt corpus, neque uirtus in corpore. Tertia uia 12. huius habetur,
quæ ita componitur, Primum mouens eſt puriſsimus actus, cui nulla eſt admixta potentia, er-
go eſt à materia abiunctum. Ex his ad primam Auer. rationem ſolutio liquet, datur enim alia uia
qua Ariſt. & in naturali, & in prima philoſophia uſus eſt. ſecunda diluitur, nam altera uia per
motum procedit non tamen ſempiternum, poſtrema uia proxime non per motionem ſempiter-
nam procedit, ſed per attributum, quod fuit de Deo, per motionem ſempiternam demonſtra-
tum, ex eo enim quòd Deus motu ſempiterno mouet quod purus actus ſit, oſtendit, Demum
quòd à materia ſemotus ſit. Vię autem quibus latini utuntur, peripateticis principijs non innitun
tur, nam monſtrant primum principium eſſe abiunctum, quoniam eſt uirtus infinita, & quo-
niam ex nihilo aliquid facit, ambo enim hæc media à peripateticis non conceduntur. G

An primus philoſophus primum principium à materia eſſe abiunctum, demonſtratione ualeat. prima opinio. Cap. 14.

PRimum principium à materia abiunctum eſſe demonſtrare ad naturalem philoſophum ſo-
lum pertinere, & diuinum, ab eo pro conſtanti accipere, ſeparatarum ſubſtantiarum ge-
nus Auer. fuit opinatus, quemadmodum apud ipſum met Auer. legere eſt, primo de phyſ.
ult. 3.5. aud. & 8. eiuſdem operis, & 12. huius. ſubdit deinceps, diuinum philoſophum, hoc ſeparatum
principium, oſtendere eſſe primam formam, & poſtremum finem, atque ſui dicti cauſam affert;
ſeparatorum quippe genus, ſolum per motum ſempiternum nobis innoteſcit, atqui ſolus natu
ralis morionem conſiderat, quare ad ipſum ſolum ſpectabit, primum principium eſſe à materia
liberum demonſtrare. Quod etiam ſic confirmat, nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe, ſe
paratorum uero genus, diuinæ philoſophiæ ſubiectum eſt, ergo quod ſit in ea demonſtrari ne
quit. Recentiores etiam arguunt, hoc medium, quo primus philoſophus utitur, aut eſt mate
riam concernens, aut non, ſi ſecundum datur, ergo à materia, uel per indifferentiam abſtrahit,
aut per eſſentiam, & quodcumqne datur, patet, quod ſemper principij peti tio eſt, ſi uero pri- H
mũ admittatur, ſolus ergo naturalis ſeparatorum genus demonſtrabit. Verum Auer. opinio
recta non eſt, & primũ rationes aliorum, quibus refellitur, referemus, atque earundem pec-
catũ, demum noſtras rationes adducemus. Scotus, ita aduerſus Auer. argumentatur, illa ſcien
tia, cuius principia, in alia demonſtrantur, eſt illi ſubiecta, atqui ſeparatæ ſubſtantiæ, diuinæ
ſcientiæ principia ſunt, & declarantur eſſe, in naturali philoſophia, ergo diuina ſapientia natu-
rali ſcientiæ erit ſubiecta. maior eſt Ariſt. primo Poſter. quando de facultatum ſubalternatione
uerba facit, minor Auer. eſt, in principio paraph. Meth. Secundo arguit, illa facultas, quæ eui
dentiam dat, atque alterius ſcientiæ principia manifeſtat, ea ſimpliciter prior eſt, atqui natura-
lis, principiis diuinæ ſcientiæ euidentiam præbet, nempe ſeparatas ſubſtantias eſſe demonſtrat,
ergo naturalis eſt, Meth. ſimpliciter, prior. Sed huius hominis rationes uariæ ſunt, & prima ab
Aueroe primo Poſt. ſoluitur, ubi, Auic. arguens, inquit, ſcientias particulares ſua princi-
pia per ſignum, & non à priori demonſtrare poſſe. Quare licet, naturalis principia diuinæ
ſcientiæ oſtendat, non tamen à priori, ſed per ſignum, & idcirco diuinus, naturali non ſubijci
tur

A tur. ſecunda uero ratio cōtra Ariſt. eſt, qui in 8. de phyſ. aud. uti retro docuimus, per motionem
ſempiternam ſeparatorum genus oſtendit, quare ſecundum Ariſt. naturalis, euidentiam prin-
cipiis huius ſcientiæ præbet, & idcirco nos ſoluimus, quòd ſi naturalis philoſophia à priori hanc
euidentiam daret, hac ſcientia ſimpliciter prior foret, Verum quoniam à poſteriori tradit eui-
dentiam, idcirco ratio nulla eſt.

Propria opinio. Cap. 15.

NOs itaque aſſerimus naturalem, & diuinum philoſophum quaſdam à materia abiunctas
ſubſtantias eſſe, demonſtrare poſſe, ſunt enim huiuſmodi ſubſtantiæ utriuſque ſcientiæ
principia, & quamuis earum quæque eas contempletur, conſiderandi modus ſecretus eſt,
quippe naturalis eas conſiderat, ut entis naturalis principia ſunt, diuinus uero philoſophus, qua
tenus entis, pro ut ens, principia exiſtunt. quòd uero diuinus philoſophus, tale ſubſtantiarum
genus demonſtret ita oſtendimus, & primum Ariſt. teſtimonio utemur, qui 3. Metha. pollice- 5
tur, ſe uelle diſputare, an præter ſubſtantias ſenſibiles, ſit aliqua ſubſtantia ſeparata. & particu-
B la 9. inquit, quòd quærendum eſt, ſi præter ea, quæ in materia ſunt, ſit aliquid ſeparabile, er-
go in prima philoſophia quærendum eſſe proponit, num ſit aliqua ſeparabilis cauſa. & 28. par-
ticula, diſputandum eſſe aſſerit, utrum præter ſubſtantias ſenſibiles, aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ
ſint, ergo an ſint tales ſubſtantiæ, primæ philoſophiæ aſcribit. etiam 6. eiuſdem operis, inquit 4
quòd ſi aliquid immobile ſempiternum in ratione rerum eſt, hoc aſſerit, ſpectare non ad natu-
ralem, non ad Mathematicam, ſed ad eam philoſophiam, quæ prior utriſque eſt, & 7. huius 4
ſcientiæ, an ſubſtantia aliqua ſit ſeparata, & quod ſit, & cur ſit, ad primam philoſophiam per- 46
tinere, monet, & poſterius inquit, ſe uelle perſcrutari de ſubſtantia ſenſibili, ut mox de ſubſtan
tia ſeparata agere poſsit, & 11. huius ſcientiæ, aſſerit propoſitum ſuum eſſe, uelle quærere an 6
ſit aliqua ſubſtantia ſeparata. & particula 26. naturalis inquit, circa ea uerſatur, quę motionis
principium in ſe ipſis habent, Mathematica uero circa immobilia, ſed non ſeparabilia, ſed cir
ca ens ſeparabile, & immobile prima philoſophia, & ſubdit, ſe uelle quærere, ſi talis ſubſtantia
ſeparata, & immobilis, de qua in poſterum diſſerere pollicetur, & 12. eiuſdem operis, in- 5
quit, ſubſtantiæ tres ſunt, una ſenſibilis, cuius alia eſt perpetua, alia corruptibilis, quas omnes
eſſe fatentur, alia immobilis eſt, quam dicunt ſeparabilem eſſe, & mox concludit, quod de hac
C tertia ad primum philoſophum ſpectat, de cætera uero ad naturalem. & particula 30. quod ſæ-
pe pollicitus fuerat, in hunc modum demonſtrare aggreditur: primum principium eſt actus pu
rus, ergo ab omni prorſus materia liberum eſt. & quod de primo principio Ariſt. affirmat, idem
iudicium de cæteris cæleſtibus mentibus habendum eſt. Hoc idem ratione confirmari poteſt,
ad eam facultatem, ſubſtantias abiunctas eſſe probare, pertinet, ad quam ſpectat uidere ſint ne
ideæ. atqui munus hoc prima philoſophia explet, ergo ad ipſam pertinet, num ſubſtantiæ ſepa-
ratæ ſint: & prima propoſitio ita probatur, etenim in prima philoſophia quæritur, num ideæ
ſint, propterea quòd exiſtimabant, qui illas aſtruebant entium cauſas eſſe, quemadmodum pri 38. 39
mo & 7. huius conſtat, quæruntur enim in prima philoſophia cauſæ rerum, excluſis ideis, tam- 40
quam non ſint cauſæ: ergo quęrendum reſtat, an ſint aliæ cauſæ præter ideas. Deinde ſi natu-
ralis philoſophus demonſtrare poſſet ſubſtantias abiunctas eſſe, ut ſunt cauſæ entis, prout ens, nul
la Ariſt. ratio 6. huius foret, ubi aſſerit diuinam philoſophiam entis quatenus ens, cauſam quæ- 1
rere, quia nulla alia facultas hoc præſtare poteſt, hoc enim naturalis philoſophia præſtaret,
quod, cum fieri nequeat, ergo ad utramque philoſophiam, ſeparabile entis genus demonſtra-
re pertinebit. Verum naturalis, quatenus entis naturalis cauſæ ſunt, diuinæ uero ut entis, pro-
D ut ens, cauſæ ſunt. Quod uero ſic huiuſmodi ſcientiæ diſtinguantur, per Auer. probabimus,
qui primo huius inquit, hæc entia in diuina ſcientia conſiderari, prout entia ſunt, in naturali 15
uero ſecundum quòd principia corporis naturalis. & retro docuit, quòd talium ſpeculatio, eſt 8
in diuina ſcientia ſecundum quòd principia ſunt ſubſtantiæ, ut ſubſtantia, & 4. Metha. conſide
rantur inquit, cauſæ, ut entium cauſæ, & non ut entium tranſmutabilium, & 7. eiuſdem ope-
ris, differt ait, ſpeculatio de principijs in naturali philoſophia, quoniam ibi conſiderantur, pro
ut corporis naturalis principia, hic uero quatenus ſubſtantiæ ſolum principia ſunt, conſtat ita-
que per Auer. (quòd, ueluti docuimus) utraque ſpeculatio diſtinguitur.

Auerois rationes tolluntur. Cap. 16.

QVæ cum monſtrata ſint, ſupereſt modo, ut Auer. rationes diſſoluamus, & ad primam
negamus maiorem, non enim ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt ſubiectum, ſed ut principia ſubie
cti in diuina philoſophia conſiderātur. quod ne noua paradoxa dicere uideamur, ita mon

stramus, res eo modo quo sunt, ita à scientijs considerantur, sed substantiæ abstractæ causæ sunt, E
ergo ita cõsiderari debent, uti sunt, non sunt igitur neq; subiectũ, neq; species subiecti, minor ex
7. 13 Arist. ostenditur, qui primo Metha. asserit, quod omnes, eam scientiã, quæ sapientia nuncupatur,
circa primas causas, & principia, esse putant, & inquit, eam esse contemplatricem primorum
16 principiorum atque causarum & Deus omnibus causa, & principium, quemadmodum esse ui-
5 detur, & 6. Metha. cum monstrasset, primam philosophiam circa immobilia & separabilia uer-
sari, hæc subdit, omnes autem causas sempiternas esse, necesse est, maxime autem istas, sunt
enim causæ diuinorum his, quæ sunt manifesta, istæ enim sunt substantiæ abstractæ, & x1.
Primo. Metha. sapientiam ait, circa principia scientiam esse, & post talia autem quærimus æterna ip-
2.26. sa principia, quæ prima, & ait, quod si in ratione rerum est aliqua substantia separata, & est prin
cipium & causa, & 12. Metha. asserit, motorem cæli primum principium esse, & infert, ex tali
25 itaque principio cælum ipsum, & natura dependet, & Speusippum increpat, qui bonum in prin
28 cipio esse negauit, asserit has substantias esse principia. Si itaque principia, & causæ sunt, sub-
stantiæ separatæ non igitur subiectum. Quod enim causa est, subiectum esse nequit, consideran
Primo. tur autem causæ propter aliud, 4. Metha. quo loco fatetur, cum quærit principia summasque
causas ait, hæc quærere ob aliud. Vnde ex hoc quod quærendæ sunt causæ, quæ necessario sunt, F
infert, quærendas esse causas entis, pro ut ens, ergo necessario quæruntur causæ ab aliud, aliter
1.5. nulla esset ratio Arist. hoc idem 12. Metha. & 6. Metha. neque igitur species subiecti sunt, nam
quod est subiecti causa, non potest esse species subiecti. Idem enim est principium & principa-
tum respectu eiusdem, quod quidem fieri nequit. Quod enim est causa generis, aut illius, quod
est loco generis, causa est speciei, quod si huiusmodi, causæ sunt, causæ entis sunt, etiam cau-
sæ specierum entis, sed ipsi fatentur huiusmodi esse species entis, ergo sunt causæ & principium
entis, quare idem principium & principiatum. Ex his itaque patet, substantias separatas esse
principia & ut principia à primo philosopho considerari, ita quòd neque subiectum, aut species
subiecti. idem etiam Auer. ueritate coactus, fatetur in omnibus his locis, ubi ostendebat, quòd
5 inter considerationem naturalem, & diuinam interesset, & 12. Metha. id appertissime asserit,
has substantias considerari, ut principia substantiæ. idem in paraph. Metha. circa principium, ubi
ait, quod secũda pars Meth. cõsiderat de principijs substãtiæ quæ sunt res separatæ. Patet itaq; ex
Auer. quod substãtiæ separatæ, ut causæ entis à diuina sciẽtia cõsiderãtur, sed Aduersari his Arist.
26 uidetur, x1. Metha. quo loco ait, quod Metha. scientia præstantiam sortitur ex substantijs se-
Primo. paratis & 6. Metha. modo una scientia altera præstantior dicitur ut primo de anima patet, ex su- G
biecto, quare si scientia diuina à substantijs separatis suam præstantiam sortitur, ergo erunt su-
39 biectum. & 7. Metha. fatetur quod si de substantijs sensibilibus sermonem suscepit, est ob se-
paratas substantias. Si modo ea principia & causæ non alia ob ipsa, sed hæc ob aliud conside-
rantur. Sed hæc dissoluimus, & ad primam dicimus, quod prima philosophia suã præstantiam
sortitur ab ente, circa quod uersatur, quam perfectionem ens consequitur, ex suis causis, quæ
quoniam sub modo considerandi nobili considerãtur, quoniam modo separato, ideo ens à suis
causis sortitur perfectionem. Ad id autem quod ex 7. adducitur, ex Alexandro solutio liquet,
cum nomine substantiæ sensibilis, formas sensibiles intelligat, ut ex eodem philosopho, paucis
interpositis, liquet. quo uero ad secundum attinet, quamuis unico uerbo dissolui possit, quo-
niam nunquam reperitur apud Arist. abstractum per indifferentiam, neque ens, ut ens, ita ab-
stractum est, immo principia huius entis principia dici nequeunt, Nam ens idem sonat, quem-
admodum prima disputatione docuimus, quod substantia composita, itaque licet substantiæ se
paratæ huius entis principia sint, tale tamen ens appellari nequeunt, sed scientia dicuntur, alia
ratione, atque æquiuoce, quatenus entis nomine, id omne appellamus, quod extra nihil est, ens
tamen proprie concretum nomen est, quod compositum est, quo pacto abiunctæ substantię H
entis nomine nuncupari non possunt. quare, si eis concedamus ens per indifferentiam abstractum
dari, illud tamen substantijs separatis commune non est, sed his tantum conuenit, quæ entis no
mine gaudent, quemadmodum res naturales, quando, ut existunt considerantur, per indiffe-
rentiam abstractæ dicuntur, quoniam non in ordine ad materiam sensibilem spectant, hanc
enim materiam neque includunt, neque excludunt, Nam in hac ipsa consideratione nulla habi-
tudo ad materiam sensibilem habetur.

Abstractum per indifferentiam tollitur. *Cap.* 17.

ET quoniam locus, adquem per uentum est, nos admonere uidetur, ut hanc de dupliri separato distributionem funditus euertamur, atque dicta latinorum figmenta, atque somnia esse ostendamus, idcirco rem ipsa libenti animo aggrediemur. Et prima ratio ita cõmponitur, ea, quæ in eorum rationibus, atque naturis, materiam nullam includunt, per se, & per-

essentiam

A essentiam separata sunt, ens itaque unum, & consimilia, in eorum rationibus, nullam materiam claudunt, neque sensibilem, neque intelligibilem, quemadmodum ex cuiusque ratione patere potest, ergo hæc per essentiam & per se separata sunt. Deinde hos percunctemur, quid nomine separati per indifferentiā intelligant, numquid rem aliquam, uel uocem? res diuersas solum significantes, quarum, hæ quidem materiam excludunt, illæ uero includunt. Si uocem intelligant, ab eis quæramus, cum separatum per essentiam, quod est alterum sectionis membrum, res sit, quo pacto isti, uocem contra rem distinguunt, non enim recta est diuisio, ut alterum membrum res sit, alterum uero uox sit tenuis nunquam permanens. Amplius illud contingeret, nocea ipsas teoues Methaphysicum considerare: si uero rem intelligant, quærimus, quæ res hæc sit, ita separata, quæ neque excludat, neque includat materiam, quæ neque rei pars sit, neque subiectum. Quum nihil sit in genere, quod non sit in aliqua illius specie, & in aliquo speciei indiuiduo, quemadmodum 3. phys. Arist. docet: immo quicquid in uniuersali est, nisi figmentum sit, necessum est, ut in aliquo singulari assignetur, necessarium est inquit Arist. 2. Top. de quibus genus prædicatum, & specierum aliquam prædicari, quod etiam libro. 4. confirmat, im possibile est participare genus, quod nullam speciem participat, opus igitur est, ut aliquod assignetur singulare, quod ita separatum sit, quod minime reperiri potest, quod neque materiam includat, neque excludat. At fortasse assignant actum, potentiam, ens & consimilia, sed hæc antea docuimus per essentiam abstracta esse, quare nihil, quod ita abstractum est, reperitur. c. 2. 225. c. 7. loco 232.

B Demum omne, quod est, aut ex materia ortum trahit, aut nullam à materia originem sumit quæ uero ex materia oriuntur, necessario materiam includunt, si uero nullum à materia ortum habent, necessario materiam excludunt, quare nulla hæc entia sunt, ut latini fingunt. Sed ea se offert dubitatio reijcienda, illud enim contingeret absurdum, Mathematicas res, per essentiam separatas esse. Sed ambiguitas hæc tollitur. natura etsi res quę à Mathematico considerantur, sua natura quodammodo separatæ sint, non tamen omnem materiam simpliciter excludunt, sed solum sensibilem, intelligibilem uero includunt, quæ uero à diuina philosophia considerantur, utramque materiam, et sensibilem, & intelligibilem excludunt. Nihil tamen refert ut quæ secundum suam naturam separata sunt, sint secundum esse materiæ sensibili coniuncta, quemadmodum substantia, etsi in sui natura sensibilem materiam non includat, sed ipsam excludat, rebus tamen natura constantibus secundum esse coniuncta est, quo pacto à naturali, & non à diuino consideratur. quibus constat considerandi modum primo philosopho conuenientem, esse iun-

C cta modo separato considerare, inde fit, ut perbelle ab Arist. 3. de anima dictum sit, quòd uti res separatæ sunt, ita ipsas, mens separat, & cognoscit, quare, cum naturales res, non nisi à materia sensibili, & signata separari aptę sint, ita eas mens separat, & intelligit, Mathematicę uero res, ab omni materia sensibili abstrahi aptæ sunt, mens ipsas, ita separat. At ea quę à diuino considerantur, ab omni materia separari innata sunt, & sic mens ea appreheodit & separat. Arist. uerba hæc sunt, Omnino ergo, ut separabiles sunt res à materia, sic & quæ circa intellectum. Ex his itaque constare arbitror, eam, quam de duplici separato distributionem latini excogitarunt purum esse figmentum. 21 [illegible]

Ad quem philosophum pertineat cælestium mentium multitudinem demonstrare. Cap. 18

VTramque philosophiam mentium separatarum genus demōstrare posse docuimus, Nunc ad quam philosopiam earundem multitudinem probare attineat, inuestigandum est, Verum, quoniam philosophi inter se dissentiunt, primum uarias referemus opiniones, mox propriam adijciemus. Nonnulli, ad diuinum philosophum cælestium mentium multitudinem

D demonstrare pertinere testantur, & quamuis hoc ipsum non efficiat, causa est quoniam medio uacat, Nam ueluti 12. huius Arist. asserere uidetur, ab astronomo medium accipit, quo talium mentium multitudinem demonstrat, quare non per medium proprium, sed astronomum, proprium quæsitum, utpote intelligentiarum multitudinem diuinus philosophus ostendit, causa uero latentię medij, mentis humanę imbecillitas est. Sed hi aperta mendacia dicunt. Nempe primum Aristoteli aduersantur, qui primo Poster. docet, quæsitum, & medium per quod demonstratur, eiusdem generis scientiæ esse, alioquin demonstratio transiret, quare hæc simul stare non possunt, ut quæsitum diuinum sit, medium autem, per quod demonstratur, sit astrologicum. Deinde medium quo separatarum mentium multitudo conuincitur, est lationum orbicularium multitudo, Atqui rem considerare, ea ratione, qua multa est, uel una, est primi philosophi, ergo multitudinem, uel unitatem lationum orbicularium spectare ad primum philosophum pertinet, ergo & medium & quæsitum ad primum philosophum pertinent. Adhuc ab Arist. dissentiunt, qui 12. huius, non confitentur astrologi esse multitudinem separatorum monstrare, sed inquit, multitudinem lationum ab astrologo esse accipiendam, Non tamen creden- 44

dum est, lationum numerum, astronomum probare, quoniam sola obseruatione earum multi- E
tudinem conuincit.

Secunda opinio. *Cap.* 19.

QVidam nero alij huiusmodi problema diuino philosopho non ascribunt, sed astronomo,
hic enim est, qui cælestium mentium multitudinem ex numero lationum ostendit, hu-
ius opinionis uaria sunt fundamenta, & primum est, nulla scientia potest sui subiecti esse
27 demonstrare, quare neqne numerum, aut illius unitatem, quemadmodum 2. de anima Auer.
asserere uidetur, ubi Arist. ennmerans animæ potentias, sine demonstratione, inquit, idcirco
potentiarum snimæ numerum Arist. sccepisse, quoniam artifex debet ponere esse subiecti, & il
29 lud non demonstrare, & paulo post, inquit, Aristotelem nelle ponere numerum harum uirtu-
tum, secundum quòd Artifex ponit suæ artis subiecta. Quare cum cælestes mentes diuinæ sci-
ult. entiæ sint subiectum, ut Auer. primo de phys. aud. docet, ergo ad diuinum philosophum sepa-
ratorum multitudinem demonstrare, non pertinet. Cæterum eam adnersus ipsos tollunt am-
biguitatem, Arist. 12. huius, multitudinem huiusmodi mentium demonstrat, quare contem- F
platio hæc diuini philosophi erit, tollunt ambiguitatem, atque aiunt, problema ratione prędi-
camenti, & subiecti diuinum esse, ratione uero medij astrologicum est, ut horum solutio cla-
reat, sicendum problematis subiectum substantiam abiunctam esse cuius contemplationem pri-
mo philosopho sscribunt, prædicatum uero unitas, & multitndo est, de quibus primus philo-
sophus theoriam facit, medium uero, quoniam lationum cælestium multitudo est, quæ ab
astrologo declaratur, inre ratione medij problema astrologicum est. Sed si in apertissimo er-
rore sunt, & quot uerba, tot errores affirmant, & primum Aristoteli & Auer. aduersantur, qui
primo Poster. monent, terminos demonstrationem ingredientes, quoniam de omni per se, & se-
cundum quod ipsum sunt, eiusdem generis scientiæ esse, ergo fieri nequit, ut subiectum, & præ
dicatum sint unius scientiæ, medium uero alterius. Adhuc demonstrationis transitus non da-
tur, nisi in his facultatibus, quare altera, est subaltera. Quare cum astronomia, ut ipsi testan-
tur, diuinæ scientiæ subiecta non sit, ergo demonstratio illa, qua multitudo huiusmodi men-
tium conuincitur, transiret. Ad idem rem esse unam, uel plures, primi philosophi est ronside
rare, atqui lationes cęlestes, ut una uel plnres sunt, si spectentur, est rem esse unam uel plures
considerare, ergo lationum multitudo ad primum philosophum spectat. Penes id quoque hal- G
lucinsntur, quoniam ainnt, abiunctas mentes subiectum diuinæ esse, Nos enim prima dispnta-
tione monuimus, subiecti principia & non subiectum esse, immo aduersus eos ratio retorqueri
potest, Nam, ut ab Auer. rationem mutuemus, principia subiecti in scientia à posteriori demon
strari queunt, sunt uero separatæ mentes, in diuina scientia principia subiecti, ergo à posteriori,
quòd sint demonstrari à prima philosophia possunt, ergo & earum numerum. Deinde Arist.
non asserit, separatorum, numerum diuinum ab astrologo acripere, sed inquit, qnod lationum
numerum ab sstronomo suscipiendus est. Rursus Arist. primo de phys. aud. sub finem illius Vol.
inquit, quòd loqui de principio formali separato, utrum unum, uel plura sit, & quot, aut quæ
sunt secundum certitudinem, primæ philosophiæ est opus terminare, quare mentium cælestium
multitutidem primo philosopho attribuit.

Auerois opinio. *Cap.* 20.

AVeroes, quemadmodum apud ipsum, primo Poster. legere est, ita problema tollere ui-
60 sus est, atque sccipit, quòd, & diuina, & ad particulares scientiæ, multitudinem, & re H
rum unitatem considerant, non tamen eadem ratione. Nam si unum, & multa contra-
hantur, particularium scientiarum, eorum contemplatio erit, sed si non contractę accipiantur,
ita diuinus philosophus de eis disputat, quod per Arist. secundo de anima confirmat, ubi de fa
cultatum animæ multitudine loquutus est, quæ, qnoniam ad certum entis genus, utpote ad ani
mæ potestates contracta est, ita de multitudine, naturalis sermonem facit. ex his quæsitum dis-
soluitur, Nempe diuinum, & naturale est, Nam, quatenus unum, & multa ad substantias ab-
iunctas contrahuntur, quæ ut formæ, finis à diuino considerantur, ita huiusmodi consideratio
diuina erit, Verum, quoniam huiusmodi mentes, à naturali, ut causę mouentes sunt, conside
rantur, ita si de eis quæratur, num sint unnm, uel multa, ut agentes causæ sunt, contemplatio
erit naturalis, ita enim unum, & multa rebus, à naturali, consideratis coniuncta sunt. Sed ne
que hæc Auer. opinio rationi consentit, primo quoniam à semetipso dissentit, qui 8. de phys.
aud. inquit, quòd si quæratur, an motor ęternus sit unum, uel plures, quæstio hęc diuina est,
Atqui unum, & multa ad motorem æternum contrahuntur, quem naturalis contemplatur. Qua-
re

A re hæc consideratio esset naturalis, quam tamen diuinam esse fatetur, quare à se ipso dissentit.
Deinceps considerare rem esse ens, & hanc, ut esse unam, uel plures, eiusdem mentis est, quemadmodum 4. Metha. constat, atqui rem naturalem, quatenus ens considerare, primi philosophi est, quemadmodum ipsemet Auer. 2. phys. testatur; ergo rerum naturalium contemplatio ut
unum, uel multa primo philosopho ascribenda erit. Demum, cum res sub uniuersali, & tra- 4
scendenti ratione contemplatur, hæc ipsa consideratio Methaphysica est, uel ut ex prohæmio
primi uoluminis patet. Atqui considerare animæ potestates, motorem æternum, ut unum, uel
multa, est sub ratione transcendenti hæc considerare; talium igitur consideratio diuina erit.

Propria opinio. Cap. 21.

HVcusque aliorum sententias reiecimus, nunc propria afferenda est, quæ, ut aperta reddatur, duo à nobis explicanda erunt, quorum alterum est, num cælestium mentium multitudo, à diuino, uel potius ab astrologo demõstretur. secundum an demunstrare primum
mouens esse unum, ad primum, uel potius ad naturalem philosophum pertineat. sed quò ad pri-
B mum propositorum attinet, dicimus diuinum philosophum solum separatarum mentium mul-
titudinem ostendere, Verum, quoniam medium, per quod multitudo hæc conuincitur, est la
tionum orbicularium numerus, quemadmodum 12. huius Arist. monstrauit, quod uero huius-
modi lationes plures sint, duplici uia cognosci ualent; Nam, uel per causam, uel per sensum,
per effectum enim multitudo hæc comprehendi nequit, Nam quando alter effectus, per alterum
probatur, nulla demonstratio fit. Neque per causam, nam ueluti ex definitione motus constat,
causa est, id, quod mouetur, & mouens, quare per multitudinem eorum, quę in gyrum mo-
uentur, & mouent, demonstratione causæ, lationum multitudo probatur, Atqui orbium, &
intelligentiarum multitudo latet, ergo sola uia per sensum sumpta remanet. Quam primus phi
losophus præstare nequit, quoniam notio hæc obseruatione habetur, quæ non nisi longo tem
poris interuallo acquiri potest. Astrologus uero stellarum motus obseruat, & ita lationum mul
titudinem noscit, & hanc, diuinus ab astronomo accipit, Non ita quoniam ipsam demonstra-
uit astrologus, quoniam ens, unum, uel multa, esse, solus diuinus demonstrat, quare lationum
multitudinem ab astrologo per obseruationem notam, diuinus accipit, per quam cælestium
mentium, deinceps, multitudinem ostendit. Atque hæc est Arist. opinio, ueluti ex eius uer
C borum serie ostendi potest: qui 12. huius ab Eudoxo, & Calippo, sui temporis, astrologis, la- 44
tionum numerum accepit, mox mentium mouentium multitudinem aperuit. Neque tamen nõ 14
bis obstat; quod ab Auer. 3. de anima dicitur, si non esset, inquit, intellectus potestatis, neque
abstractorum multitudo esset, Nam ibi, non asserit, librum de anima separatorum multitudi-
nem demonstrare, sed quòd per intellectum potestatis, diuinum philosophum huismodi multi-
tudinem inuestigare posset; & quamuis hæc sit germana uerborum Auer. expositio, decipitur
tamen, quoniam hac uia separatorum multitudo conuinci nequit, & ut eius armis aduersus ip-
sum, utamur; ipse aduersus Auicennam, ita ratiocinatur: si substantiæ abiunctæ per aliam uiam
quàm per motum sempiternum inuestigari possent, essent huiusmodi uiæ, in prima philosophia
enumeratę, ita nos ratiocinamur, si esset alia uis, qua separatorum multitudo conuinci posset,
hac esset Arist. in prima philosophia usus, quare cum non nisi lationum multitudine fuerit usus
nulla alia præter hanc erit, quare ex his satis constat, separatorum multitudinẽ primũ solũ philo
sophum inuestigare. Mirabile enim est, si iuxta hos abiunctas mentes non contemplatur astro-
nomus, quo pacto earum multitudinem inuestigare potest, Nam idem artifex est, qui quęsitum
& subiectum, de quo quæsitum demonstratur, contemplatur. Alterum uero propositorum,
D ex dictis solutum est, Nempe solus primus philosophus Dei Optimi Maximi unitatem demon-
strare ualet, quod 12. huius, Arist. docuit, ibi enim Dei unitatem ostendit. Si uero interdum
in naturali philosophia, de rebus naturalibus unitatem, uel multitudinem Arist. demonstrat, sci
re oportet, hoc munus non, ut naturalis exercere, sed primi philosophi personam inducit, quo
modo motus, & entium multitudo, ab eodem, primo phys. demonstrata fuit, consimiliter, quan
do mundum unum, animæ potestates plures esse ostendit, semper in naturali philosophia primi
philosophi munus exercet. Sunt, & alia complura, quæ de cælestibus mentibus declaranda es-
sent. Verum, quoniam de his in disputationibus de mundo disseruimus, hæc dicta sint satis.

F I N I S.

IOANNIS IACOBI PAVESII A

QVINTA DISPVTATIO DE CAELESTIVM ET SEMPITERNORVM CAVSIS,

AD AMPLISSIMVM FRANCISCVM Cardinalem Gonzagam.

Præfatio.

F



AELESTIVM mentes qno pacto ſublunaribus rebus conferant, ad quam philoſophiam earum conſideratio pertineat, qua uia nobis cognitæ factæ ſint, & quo queat modo, earum multitudo inueſtigari, priori diſputatione docuimus. Nnnc uero, de ſempiternorum, & Cæleſtium corporum cauſis, diſceptationem aggrediemur, num hæc ex materia, formaq; conflata ſint, & an eadem, uel diuerſa cum his naturis, quæ rebus caducis conueniunt, exiſtant. Rurſus ſi eorum eſt effectrix cauſa, & quis finis. Demum ſi intelligentiæ quæ ſecundæ mentes nuncupantur, agentem cauſam aliquo modo habeant.
Enim uero talium conſideratio, cum nobilliſsima, arduaque, tum admirabilis atque ſumme appetibilis extat. Quippe quid Deo optimo maximo, cæterisq; mentibus, quæ Cæleſtibus præſunt, prẹſtantius, & corporum, orbiculari nobilius quis excogitare poſſet? Veruntamen nõ facilis, ſed occulta ſatis, atque latens notio hæc eſt. Procul enim à nobis ſunt, atque ſub ſenſus noſtros minime cadunt, qui omnis agnitionis noſtræ fontes, & origines extant, ſuauiſsima enim G
ſummeque expetibilis eſt. nam ſi appetibilis res, appetentem, non ſecus, ac magnes ferrum ad ſe trahit, quod magis, & ſua ipſius natura, appetibile eſt, magis ad ſe, ſuique conſequutionem attrahet eum, qui appetit, ſuapte natura appetibilis eſt, prima omnium cauſa, immo amabiliſſima, deſiderabiliſsima, quam, qui contemplari potuerit, nullo unquam faſtidio, nullaque ſacietate afficitur, aliorum enim appetibilium, quæ uel bona ſunt, uel uidentur eſſe, occurrit ſacietas. Huiuſmodi itaque, cum diuina omnia, & præcipue opifex noſtrum, ſint, eorum notio, ſumme à nobis expetitur. Et idcirco iucundiſsima, quoniam id circa quod uerſatur iucundiſſimum, pulcherrimum, atque optimum eſt. Hæc itaque ſunt, Cardinalis ampliſsime, quæ im preſentia pertractanda exiſtimauimus. in quorum quidem contemplatione, conſueta uia progrediemur. Nempe primum, aliorum ſententias referemus, mox propriam adijciemus.

Ioannis Grammatici opinio. Cap. I.

COmmunis omnium philoſophantium ſententia eſt, Cæleſtia, materia prorſus non uacare. Nempe naturalia corpora ſunt, quæ naturam claudunt, atque hæc de materia, for- H
maque affirmatur. Rurſus corpus eſt, quod ſe ipſum mouet, & hoc, id eſſe aſſeritur, quod in partem per ſe motam, quæ ſubiecti uicem gerit, atque in partem per ſe mouentem, quæ forma eſt, partitur. Cæleſtia igitur, ex materia, omnium philoſophorum conſenſu, quodammodo conſtant. Contrauerſia uero, & lis eſt, ſi eiuſdem naturæ cum materia ſublunarium ſit. Ioannes grammaticus, quemadmodum apud ipſum in libro contra Proclum legere eſt, cẹleſtem materiam, cum ea caducorum, eiuſdem rationis eſſe, fuit arbitratus, & idcirco cæleſtia, ſua natura interitus capacia eſſe credidit, ſi uero ſempiterna ſunt, ab opifice Deo, æternitatem conſequuta ſunt. Materia enim, in quibus includitur, principium eſt, quo res eſſe, & non eſſe ualẽt, eſt enim contradictionis potentia. Hanc ſuam ſententiam ex multis perſuadet. Et primum ita ſe habet, nullum corpus finitum, uirtutem infinitam habet, quemadmodum 8. de phyſico auditu Ariſtoteles monuit, orbiculare corpus, finitum eſt, ergo uirtutem finitam habet, quare finiri poteſt, & non eſſe. Principium itaque claudit, quo ualet non eſſe, quod materia ea eſt, quæ in ſublunaribus reperitur. Secundo, quęcunque indigent aliquo, ut ſint, per ſe non ſunt

A sufficientia, sed propria natura possunt non esse, nam si sua natura sufficientia essent, alio ut finit non indigerent, sed omnia, quæ materia constant, materia ut fint, egent; ergo omnia hæc sua natura sufficientia non sunt, atqui cælestia materia constant, ergo ipsa, ut fint, egent, per se itaque sufficientia non sunt, & possunt non esse, quare materiam uniuocam habent. Tertio, omne compositum potest dissolui, quemadmodum Plato in Timæo docet, cælestia composita sunt, ergo dissolui possunt, compositi uero dissolutio, eius est interitus, cælestia itaque corrumpi ualent, quare in materia cum rebus, quæ apud nos sunt, communicant. Quarto, omne corpus est in infinitum diuiduum, ueluti peripatetici monent, cælum corpus est, ergo in infinitū diuiduum, quare si quis ratione, ipsum diuidat, constat diuisionem, ad aliquam eius magnitudinem peruenire, in qua nulla formarum cælestium subsistet, ergo cum illa diuisione, formæ illæ cælestes interibunt. neque tamen obstat si dicatur, quòd & si in infinitum diuiduum sit, nunquam tamen actu diuiditur, cum etenim potentiam ad actum nostra imaginatione deducere poterimus, ueluti per intellectum, materiam informē consideremus, quamquam sine forma unquam existat, ergo quamuis cælum nunquam actum partiatur, propria tamen ratione, partibile est, quæ potentia, si ad actum ducatur, cælum peribit, quare materiam eiusdem rationis habet. Quinto, si cælestia eandem materiam cum sublunaribus non haberent, sua natura essent sempiterna, quod fieri non potest, nempe unaquæque cæli pars, est uirtutis finitæ, ergo & totum cælum antecedens ita probatur, cæli partes, aut sunt finitæ, aut infinitæ uirtutis, atqui uim infinitam non habent, quoniam quod est infinitæ uirtutis, est per se sufficiens, sed unaquæque pars cæli, non est per se sufficiens, cum alijs egeat, & toto, ut sit, nam partes ad aliquid sunt, totius enim partes sunt, & proprias uires ipsismet mutuo impertiuntur, ueluti luna maxime indicat, & ea quæ sub luna commiscentur, quæ non sunt per se sufficientia, & quorum tota, per se non sufficiunt, neque itidem partes. Idem alio pacto ostendit, si unaquæque pars uim infinitam haberet, aut totum habet æqualem uim, cum parte, aut maiorem, non est secundum dandum, nam aliquid infinito maius foret, neque æqualem uim totum, & pars habent, totum enim suis partibus pollentius semper est, quare cum cuiusque partis uirtus, finita sit, ergo & totius uis finita erit, Etenim quod ex partibus finitis constat, infinitæ uirtutis esse nequit, cælum itaque, & eius unaquæque pars, uirtutem finitam habet, quemadmodum sublunaria, quare materiam uniuocam habebit. Hæc sunt, quæ Grammaticus fingit.

B

Ioannis Grammatici opinio refellitur. Cap. 2.

C

SED hæc uana sunt. Verum quoniam duo opinio affirmat, quorum alterum est, Cælestē materiam eandem naturam cum illa sublunarium habere, & de hoc posterius disputabimus, alterum uero est, Cælum sua natura posse non esse, æternitatem uero, a Deo optimo maximo fuisse adeptū, de hoc secundo impræsentiarum sermo erit, & ut quæ dicenda sunt, aperta reddantur, primum hæc mutuo conuerti, ut puta genitum, & corruptibile. cōsimiliter, ingenitum, & incorruptibile explicandum erit. Et à genito, & corruptibili exordimur. De ingenito, & incorruptibili negatur non esse, ergo hęc mutuo conuertuntur. de quo, etenim, negatur prius, de eodē posterius negatur, At non esse genito & corruptibili prius est, quemadmodum ex utriusq; definitione cōstat, nempe genitum dicitur, prius non ens, & posterius ens, corruptibile uero, prius ens, & posterius non ens, quare non esse, prius est genito & corruptibili, sed non esse de sempiterno negatur, ergo de eodem genitum & corruptile negantur, quare omne genitum & corruptibile conuertuntur. Rursus à quo affirmatio remouetur, negatio asseritur, hæc enim est contradictionum natura, & lex, At semper ens, & semper non ens, negatur de genito, & corruptibili, ergo semper entis, & semper non entis negatio, uti quandoq; ens, & quandoq; non ens, de genito, & corruptibili affirmabitur, quare hæc, inter semper ens, & semper non ens, media erunt, ergo genitū & corruptibile conuertuntur. Nempe negationes, aut uni, aut diuersis insunt. At uero, secundum cōcedi nequit, contingeret enim aliquid esse semper quandoq; ens, quidquā uero, semper quandoq; non ens, quare uni, & eidem negationes insunt, genitū igitur erit corruptibile, & uice uersa. Deinde genitum, aut sequitur semper ens, aut semper non ens, aut corruptibile, quatuor enim hi termini, uerum & falsum in omni re diuidunt, Atqui duo priores termini, uti semper ens, & semper nō ens, genitum non sequuntur, ueluti ex eorum rationibus patet, nam semper ens, idem sonat, quod in omni tempore ens, semper non ens, quod in nullo tempore ens, genitum uero, quandoq; ens, & quandoq; non ens, quare semper ens, & semper non ens, genitum non consequuntur, ergo corruptibile ipsum insequitur, quare hæc mutuo se inferunt, genitum uidelicet, & corruptibile. Ad idem omne quod ex contrario in contrarium mutatur, est generabile, atq; omne corruptibile, ex contrario in contrarium mutatur, ergo omne corruptibile, genitum est, & uiceuersa, uti ex hac eadem ratione haberi potest. Constat itaq; genitum & corruptibile conuerti, hunc quod ingenitū,

D

& incorruptibile se mutuo consequantur,demostrandum erit,& ita primo ostendi potest , genitum,& corruptibile se mutuo inferunt,ergo ingenitum & incorruptibile,nam, ut secundo Priorum constat,quando sunt duo termini contradicentes,& quodlibet eos diuidentes,secundum uerum,& falsum;& sunt duo alij,qui ita quoq; se habent ; si alter primæ diuisionis conuertitur cum altero alterius diuisionis,alter quoq; primæ diuisionis,conuertetur cum secundo alterius diuisionis;sed genitum,& ingenitum,termini contradicentes sunt,& quodcumq; ens partientes , consimiliter corruptibile,& incorruptibile,& genitum conuertitur,cum corruptibili, ergo ingenitũ , cum incorruptibili reciprocatur . Iam uero , si ingenitum , cum incorruptibili non conuerteretur,ergo ingenitum,esset genitum, nempe si ingenitum non sequitur incorruptibile,ergo corruptibile:hæc enim est contradicentium lex,ut alterum semper de re negetur , alterum affirmetur , sed corruptibile cum genito conuertitur,ergo ingenitum,esset genitum;pari ratione ostenditur , incorruptibile esse ingenitum; nam si incorruptibile ingenitum non foret,ergo esset genitum,sed hoc conuertitur,cum corruptibili,ergo incorruptibile, esset corruptibile. Demum omne sempiternum est incorruptibile,omne ingenitum,est sempiternum,ergo omne ingenitum,est incorruptibile.& prima propositio ita ostenditur,si enim sempiternum,nõ esset incorruptibile,ergo corruptibile,quare idem secundum actum simul esset,& non esset,sempiternum enim, in omni tempore ens dicitur,corruptibile uero,quandoq; non ens,ergo si quod potest esse , in actu ponatur , F sequitur ut idem secundum actum,simul sit,& non sit . eadem ratione ingenitum,& sempiternum conuerti ostenditur.His itaq; explicatis demostrandum est,quod id quod sua natura corruptibile est,sempiternum fieri nequit,atq; ab horum terminorum notione exordiemur. Semper ens,significat,quod in omni tempore ens,quod sempiternum ens,nuncupatur . Semper non ens, quod in nullo tempore ens,indicat,atq; hæc contrariæ opponuntur , etenim uniuersalis affirmatiua, & uniuersalis negatiua , ex eisdem terminis constitutæ contrariæ opponuntur . At contradictoriæ semper enti,non semper ens opponitur,quod idem, quod quandoq; non ens sonat . Negatio.n. præposita(ut bene norunt logici)suo contradicenti equiualet,similiter semper non enti,non semper non ens,quod quandoque ens significat,contradictorie opponitur,ex his ita demostratio cõponi potest;Cælum sua natura est corruptibile,ergo sempiternum esse non potest,alioquin,idem simul esset,quandoq; non ens,& semper ens . Nam quod sempiternum ens est id est quod in omni tempore ens;corruptibile uero, quod quandoq; non ens;quare Cælum erit,quandoq; nõ ens , & in omni tempore ens . quæ ratio ita confirmari potest, si quod sua natura corrumpi ualet , ab aliqua causa agente,æternum fieret,ergo idem semper simul esset,& non esset. Nam si quod fieri potest,in actu ponatur , & si falsum sequi posit , falsum tamen impossibile , non sequitur , ergo G quod corruptile est,si momentum assignetur , in quo est corruptum , eo tunc non est,neq; toto tempore quod subsequitur,uerum quoniam sempiternum est,ergo eo tunc,& toto sequenti tempore erit,quare secundum actum idem semper simul erit,& non erit . Deinde , si quod sua natura corruptibile est,æternitatis actum est adeptum , ut ab aliqua causa agente hunc actum susceipist , opus est;ergo aut à casu,& fortuna,aut à natura. Non à casu,& fortuna,quoniam eorum,quæ uel semper,uel ut plurimum sunt,causæ non existunt,ergo à natura,quod fieri nequit , Etenim in quibus ortus,& interitus reperitur,ea materia est,quæ contradictionis potentia existit , quæ principium est,quo res esse,& non esse potest,sed corruptibile,quod incorruptibile , à natura factũ est , sua ipsius natura corruptionis capax est,ergo huiusmodi materiam claudit;quare iterum sequitur ut opposita simul sint.Rursus,si quod sua natura corrumpi potest,perpetuum ab alio fieri posset, deus,& natura aliquid frustra fecissent,nempe corruptibile est,quod potest corrumpi, sed potestas hæc,ad actum nunquam deducitur,ergo frustra esset . Ad hæc, ea substãtia dicitur corruptionis capax,quæ materiam,quæ potentia contradictionis est,claudit,& contrarium habet, quemadmodum ex physicis constat,& ex primo cõmentario de cælo,ergo si substantia aliqua æterna facta est,materia,& contrarietate carebit,quare nulla substantia una numero existens,corruptibilis , & H sempiterna erit,alioqui simul materiam,& contrarietatẽ haberet,& rursus non haberet.Amplius alterum oppositum,in alterum non mutatur,nisi corrumpatur,ergo si aliqua substantia sua natura est corruptibilis,fieret incorruptibilis,ergo esset opus,ut sit prius corrupta, quare nulla substãtia una numero existens,cum corruptibilis est,perpetua fieri potest. Confirmatur si aliqua substãtia simul æterna,& corruptibilis esset,ergo hæc à semetipsa genere, & plusquã genere distinguere-
24 tur,siquidem æternum,& corruptibile,genere,& plusquam genere differunt,ut x. huius constat, Demum illud contingeret,ut agens,quod substantiæ corruptibili æternitatem largitur, esset infiniti uigoris. id quod consequitur,ita ostenditur,corruptibile enim est , quod contrarium habet, quod tam diu manet , quamdiu eius forma , contrario resistit, ergo quod contrario per diem resistit,alicuius uirtutis,& perfectionis est,si uero per mensem,uel annum,maioris perfectionis, ergo quod tempore infinito contrario resistit,infinitæ præfectionis erit , ergo causa quæ corruptibili , æternitatem largitur , contrario illius, tempore infinito resistit , quare infinitæ perfectionis,

A nis,& uirtutis erit,quod philosophi,& præcipue peripatetici, absurdum esse iudicant, ueluti sequenti disputatione docebimus.

Quod sua natura corruptibile est,quandoque non esse. *Cap. 3.*

EORVM quæ sunt,alia per se existunt, quemadmodum substantiæ, alia uero alteri in existunt,ueluti accidentia.His,idem corrumpendi modus non conuenit,substantia enim, duplici de causa interire potest, quarum altera, interna est,& hæc est materia, quæ quoniam contradictionis potentia est, principium est, quo substantia non esse ualet, quando enim, sub aliqua stat forma,potestate opposita est,quam suscipere nequit,nisi antiqua deleatur. Est altera causa,quæ externa est,utpura contrarietas,materia enim,actum quem suscipere potest, non recipit, nisi contrarium corrumpens sit,quod priorem interimat,& nouum educat, quare substantia omnis,quæ potest non esse,idcirco deletur,quoniam materiam,& contrarium habet. Hæc ab Aristotele habētur,primo de cælo,quando orbiculare corpus,neq; ortum, neq; interitum pati docuit. 20
Ex his patet causa,cur id,quod potest non esse à principio interno, potest quoq; non esse à principio externo.

B Id enim,quod à principio interno corrumpi ualet, est, quod materiam habet, quæ opposita forma potestate est,& hæc ex se ad actum suscipiēdum, deduci nequit, quare agente externo indiget,cuius merito,oppositum suscipit actum.Illa enim,quæ in materia est,potestas, nisi otiosa,& uana sit,ad actum quandoque,ut reducatur,oportet. Sed hæc dubitatione non uacant, nam fieri potest,ut aliqua substantia,corrumpendi potestatem habeat,quæ tamen nūquam interimitur.Nam uti substantia se habet,ut gignatur,ita ut deleatur. at fieri potest, ut substantia aliqua produci possit, quæ tamen nunquam producta est, à pari substantia, quæ non esse potest, nunquam ut corrumpatur, fieri potest. Id enim produci posse dicitur, quod cum in certo tempore gigni possit, in eo, ut nunquam producatur possibile est. Nam possibile id esse asseritur, quod uti ad esse, potentiam habet, ita ad non esse. Deinde aliqua pars ignis in loco proprio permanens,corrumpi potest, nunquam tamen deletur, si enim quandoque corrumpitur, aut in loco ubi est,aut non,nō primum concedendum est, etenim ibi nullum est corrumpens, à cælo enim, non deletur, quoniam ignem, orbicularе corpus conseruat, neque alibi, descenderet enim ignis, quare ibi, agens igni, uim inferens,ut deorsum feratur,esset. Quod ridiculum est asserere. Substantia igitur aliqua, quæ corrumpi potest, possibile est, ut nunquam corrumpatur.

C Demum elementa secundum suas uniuersitates, quoniam materiam, & contrarium habent, corrumpi ualent, nunquam tamen delentur, non ergo uerum est,quod omnis substantia, quę non existendi potestatem habet, quandoque est corrupta. Sed hæc dissolui possunt, & quo, ad primum attinet, quod magni momenti est, ita ipsum euertimus. Verum erunt nonnulla prius accipienda, & primum, erit horum trium, necessarij, eius quod fieri potest, & eius quod fieri non potest, notio, necessarium. itaque, licet non simpliciter dicatur, ut sexto Methaphi. docuit Arist. illud tamen, quod simpliciter necessarium est, semper ens est, & in omni tempore ens, uti docuit Aristo. primo Cæli, circa finem, id autem fieri non posse dicitur, quod semper non ens, & in nullo tempore ens, ex quorum rationibus, quid sit, quod fieri potest,patet,quoniā medium est,inter semper ens,& semper non ens,& est quādoq; ens quandoq; non ens. Quare quod fieri potest, illud dicitur, quod cum non est, potest esse,& cum est, potest non esse. quibus eorum patet error, qui asserunt possibile esse, quod potest esse, & non esse,ita quod uti potētiam habet, ut sit cum non est, habet potentiam ut nunquam sit, quod fieri non potest, quoniam tunc id quod fieri potest, in naturam eius quod fieri non potest mutaretur,nam quod non est, aut quandoque est,non ens, aut semper est, non ens. si secundum,

D ergo esset id quod fieri non potest, hoc enim dicitur semper non ens, quare quod non est, & potest esse, necessario quandoque erit, ita enim Arist. primo cæli arguit, quando monstrat negationes semper entis, & semper non entis uni, & eidem in esse, ergo possibile dicitur, quod cum non est, potest esse, & cum est, potest non esse, & ideo quando non est, si in esse ponatur absurdum nullum sequitur: similiter cum est, quoniam potest non esse, si ponatur in actu, absurdum nullum sequitur. Verum id quod fieri potest, quod alio nomine contingens uocatur, trifariam dicitur, quoddam ut in pluribus, & ut frequenter fieri consueuit, quod, ut docuit Auer. 2. phys. dicitur, quod sua natura est aptum ita sæpius fieri. Rarum aliud contingens dicitur, quod sua natura, raro est aptum fieri; aliud contingens ex æquo uocatur, quod sua natura dicitur, quia æque non magis ipsum,quā oppositum inueniri potest,uti sedere, se habet,cui ex proprio nam,competit,ut non magis ipsum,quàm suum oppositum,sit aptum ex æquo esse ut tamen alterum eorum,ad esse prodeat,causa agens concurrit,quæ magis pro uno,quàm pro altero faciat,& proinde ipsum magis,quàm oppositum euenit,ut docuit Auer.2.& 8.de phylico auditu.sed contingentia hæc altera immaturæ actionibus inuenitur,altera in actionibus humanis,con- 49

 tingens,

tingens autem, quod in naturæ actionibus inuenitur, necessario ad actum deducitur. Sed hæc necesitas ex suppositione est. Hoc enim coutingens non est, nisi generabile, & corruptibile, Verum illud generabile dicitur, quod potentiam habet, ut ad esse prodeat, sed hæc potentia bipartita est, altera, quę actui & formæ opponitur, quæ actu adueniente deletur, quæ potētia pro pinqua uocari consueuit, altera est potētia quæ nou opponitur actui, sed ad actum refertur, ut ad suum complementum, quæ forma adueniente non tollitur, sed perficitur, & dicitur susceptiua potētia, quæ uatura materiæ est, quæ uno numero est, omnibus, uti, materia, merito huius potentiæ, res generabilis non dicitur, quoniam ob hanc potentiam neque generatio, neque corruptio rei competit. Quandoquidem potentia hæc uon magis hanc, quàm oppositam formam est apta recipere, non enim sub una magis, quàm sub alia forma esse potest. Et ideo Auer. primo cæli inquit, quod contingit aliquid præfuisse in materia tempore infinito, propterea quod materia ex se tempore antea infinito erat apta, formam, quam nunc habet, recipere. Altera potētia, quæ respectiua dicitur, ab agente, in materia producta est, agens enim materiam prius pręparat, præparamenta quædam, in ea producens, ea quibus in materia potentia resultat, qua hanc potius, quàm illam formam suscipere fit apta, interdum tamen accidit, quòd agens hanc potentiam in materia producere nō potest, & ideo omnino sibi cōsimile in specie non generat, sed defectus naturæ, aut agentis debilitate, aut materiæ uitio prouenit. quare quoniam agens potētiam hanc in materia non producit, consimile in specie non producitur. cum autē naturæ defectus fiunt, nou proinde fiunt, quoniam aliquod erat generabile, quod non generatur. Quoniam illud consimile agenti generabile non dicitur, cum eius in materia non sit potentia, sed monstri potentia, & ideo naturæ peccatum producitur. nulla igitur potentia frustratur, non materiæ, quoniam ea quæ eius natura est cuiusque formę capax est; neque propinqua, quoniam hæc formā monstri respicit, quæ ad actum deducitur; neque agentia, cum sua natura sit interdum aptum, monstrum producere. Quod igitur generabile est, necessario generatur, & ideo effectua casu dicitur fieri, quoniam fit effectua raro ab agente intentus. Quare ex his patet, quòd omne generabile, quantus generabile, necessario generatur. Quoniam generabile dicitur, merito secundæ potentiæ, quæ cum in materia est, fieri non potest, ut ad actum non prodeat, ratione enim alterius potentiæ rei neque generari neque corrumpi repugnat. Ob illam igitur potentiā gigni ens non dicitur, quæ res, ratione confirmari potest; contradictio, neque per se, neque ex accidenti de eodem simul uera esse potest, si ergo esset aliquid, qnod gigni posset, aut per se, aut ea accidenti, hoc esset, semper non ens, ergo idem secundum actum simul esset, & non esset, uam illud, quod fieri potest, cum habeat potētiam, ut fiat, si ergo ponatur in actu, licet falsum sequatur, absurdum, & quod fieri nequit, non accidit, quemadmodum primo cæli, & primo priorum docuit Arist. Cum ergo in actu ponitur, erit, & cum eo tempore ex accidenti sit, semper non ens, n on erit. Contradictio igitur de eodem simul uera. Adhuc natura unius oppositi, in alterius naturam non mutatur, quandoque ens, quod possibile est si semper non ens fieret, id igitur quod fieri potest, illud est, quod fieri non posset, quod sem per non ens est. Quibus Arist. auctoritas adiungitur, primo cæli, manifestum est autem, inquit, & aliter, qnod impossibile sit, quod corruptibile est nou corrumpi aliquando, semper enim erit simul & curruptibile, & incorruptibile, quare simul erit possibile, & semper esse & non semper, corrumpitur igitur aliquando corumptibile & si generabile est, factū est, possibile. u. est factū esse, & nō semper esse. Secūda dubō ita eucrti pôt. Ignis. n. qui in loco sursum manet, corruptibilis est & quādoq; corrūpitur ab aere, qui contiguus est, hęc enim elementa, quoniam se contangunt, atque contrarijs qualitatibus affecta sunt, agunt, & patiuntur mutuo, & alterum uertitur, quare continuo aliquæ ignis partes, in Aerem uertuntur, & iterum aliquæ aeris partes, in ignē mutantur, quæ sursum latę, alias deorsum pellunt, ueluti Alexander testatur. Posttemum Simplicius soluit, asserens elementa secundum totum corrumpi, sed non ita secundum totum, hoc est, secundum omues partes simul, ita enim deleri non sunt apta, alioquin alterum duorum contingeret, uel quod dabitur corporum penetratio, uel uacuum. Si enim totus ignis in aerē mutaretur, minorem, aer de nouo genitus, locum occuparet, cum igne minus rarus sit, quare minorem locum occupabit, recisiuum uero loci, quoniam aliud corpus non replet, uacuum igitur erit. Consimiliter, si totus aer in ignem mutabitur, igitur in suis dimensionibus augebitur, ratior enim fiet, quare ut maiorem locum replcat, opus est, qui cum ob alijs elementis occupetur, igitur corporum penetratio dabitur. Quare elementa ita secundum totum corrumpi nequeunt. Corrumpuntur uero elementa secuudum totum, hoc est, secundum omnes partes, non simul, sed secundum successionem, nulla enim elementi pars, quæ retro temporibus fuit, eadem numero est, sed continuo aliæ, & alia est, atque huius uicissitudinis causa, cælum est.

Nullum

A

Nullum accidens quod corrumpi potest, sempiternum fieri potest. *Cap.* 4.

MOdus uero, quo accidentia delentnr, ab eo substantiarum, longe diuersus est, quoniam
diuersum existendi modum habent. Sunt enim in subiecto entia; quare merito subie-
cti corruptibile, uel æternum accidens dicitur, si enim subiectum potest non esse, con-
similiter & accidens, si uero æternum est subiectum, accidens quoque erit perpetuum. Verum
accidentia alia contrarium habent, alia uero minime, hæc solum subiecti merito intereunt.
Quæ uero contrarietatem habent, duplici de causa deleri possunt, & merito contrarij, atque
hoc si eorum subiectum potentia sit, ad ipsorum non esse, atq; hæc ab Arist. in lib. de lógitudine,
breuitateque uitæ explicantur. Inquit, enim, formas deleri, uel propter subiectum, uel ob
contrarietatem. Cæterum accideutia, quæ contrarium habent, alia esse fixum, & permanens,
ueluti quæ simul secundum omnes suas partes existunt, posident; alia uero habent esse, dum
fiunt, quemadmodum motus, & hæc à subiecto, & ab agente dependent, nempe motus est, actus,
actiui, & passiui. Hæc itaque accidentia triplici de causa delentur, & ob subiectum, & contra
B rietatem, atque merito agentis. motio enim æterna est, si suum agens æternum est; si uero in-
teritus capax est, motus qnoque corruptibilis erit. Sed his quæ nunc à nobis explicata sunt,
Auerroes obstat, qui t 2. huius, inquit, Cælestem motionem, sua natura posse deficere, si uero 41
perpetua est, ab intelligentia semper mouente, æternitatem suam consequitur. Hanc suam
opinionem ita persuadet, cælum habet ad quietem potentiam, quæ est motui contraria, ergo,
cælestis motus in sui natura caducus est, & merito mouentis sempiternus euadit. Rursus nono
huius, Arist. inquit, non esse timendum cælum posse quiescere, atqui timor non nisi de eo quod t7
potest esse, & non esse, existit, ergo orbiculare corpus à sua motione deficere potest. Neque
obstat, siquis dicat, quòd Arist. docet id quod sua natura caducum est, non posse ab alio æter-
num fieri. Inquit enim, Auer. Arist. sententiam, de substantijs esse intelligendam, in quibus
uerum est, substantiam caducam, ab alio perpetuari non posse. Sed in accidentibus secus, hæc
enim ad interitum, potentiam habere possunt, quæ tamen ad actum minime deducitur. con-
firmat hoc Auer. Arist. enim, primo libro de cælo, Platonem arguit, qui mundum sua natura
caducum, & ab alio sempiternum fieri, credidit, mundus uero, substantia est. Quare de sub-
stantijs Arist. sermo intelligendus est. Et rei huius causam largitur, substantia enim est per se
C constans, & non alio existens, ueluti, accidens, & idcirco si substantia caduca, uel æterna est,
hæc sua natura habet, quoniam causam in se sui interitus habet, uti materiam, & contrarium, est 8
uero æterna, quoniam his caret. Accidentia uero, cum per se non existant, ultra eorum natu-
ram, in esse à subiecto dependent, & idcirco duas ob causas, perpetua, & caduca esse ualent, &
quia subiectum sempiternum, uel non sempiternum est, uel quoniam in sui natura causam cor-
ruptionis habent, ut contrarietatem, & ideo fieri potest, ut accidens sua natura corruptibile sit,
quia tamen in subiecto æterno reperitur, & ab agente perpetuo dependet, idcirco & si sua natu-
ra corrumpi ualet, perpetuum tamen est. Hanc Auer. sententiam, posteriores Philosophi ita
confirmant. Vna, & eadem est contrariorum materia, uti 5. phys. constat. Sed Cælum est ma- 14
teria motionis, ergo est quietis materia, motio enim, & quies contrarie opponuntur, quare ue-
luti Cælum moueri potest, ita potest quiescere. Deinde si cælestis motio, sua natura non pos-
set deficere, ergo corpori orbiculari intelligentia frustra esse coniuncta, nam ut moueat, & mo
tum conseruet, unitur. Demum Cælum respectu motus, est contradictionis potentia, ueluti
nono huius patet, ergo cælnm potest quiescere. Sed hæc Auer. opinio, à ratione, & ab Arist.
& demum ab ipsomet, dissentit, & primum Aristotelis demonstratione utemur, si cælestis mo
D tus, sua natura posset corrumpi, ergo habet sui interitus definitum tempus, siquidem cuiusq; 71
rei, siue accidens, siue substatia extiterit, est definitum tempus ortus, & interitus, quemadmo-
dum primo libro de cælo Arist. monuit, & ibi ipsemet Auer. ergo si tempus interitus accipia-
tur aliquo illius temporis momento, & toto sequenti tempore, non erit, At cum eo tempore
sit, nempe æternus ab intelligentia fit, ergo simul secundum actum erit, & non erit, consimilis
enim ratio est, de accidente, ueluti de substantia, & quod pro sua defensione Auer. dabit, hoc
idem Aristoteli dabitur. Nonnulli ex posterioribus, demonstrationem hanc tollere nituntur,
& inquiunt, absurdum de substantia sequi, non autem de accidente, & causa est, quoniam sub-
stantia in se, suæ perpetuitatis, & corruptionis causam habet, nam materiam claudit, ob quam
res, potest esse & non esse. Accidens uero, in se principium suæ æternitatis, uel interitus non
habet, nam caret materia, ex qua & solum materiam in qua habet, & idcirco principium quo est
æternum, uel corruptibile, externum est, & ita cælestis motio, suam æternitatem habet, ab
intelligentia semper mouente. Arist. uero ratio, contra Platonem ualida est, non autem con-
tra Auer. Plato enim, mundum æternum statuens, est opus etiã eundem quòd materia careat,

statuere

statuere; ex eo uero, quoniam sua natura corruptibilis ponitur, materiam claudit, & ita absur- E
dum sequitur. Sed multifariam decipiuntur, quoniam ratio ita de motione, ueluti de substan-
tia, & mundo concludit. Neque diuersitatis ratio recta est, nam, ut ipsemet Auer. inquit, mo
tus cæli corruptibilis est, quoniam materia eius, uti cælum, ad non esse eius, potentiam habet,
& quia contrarium habet. Aeternum uero, ab extrinseco, ita Plato sentit, nempe mundum sua
natura corruptibilẽ, & ab extrinseco, ut puto à Deo, æternitatem habere asserit, quare ratio
utrobique par est. Adbuc cælestis motus, siue ab interno, siue ab externo principio perpetuus
sit, ergo semper, & infinito tempore erit, si ergo corruptibilis est, si ponatur in actu non erit.
Quare uti de mundo, ita de motu ratio concludit; quare esse ęternum à principio interno, uel
externo, causa non est, ut ratio non ualeat. Deinde quod est possibile ab intrinseco, est etiam
124 ab extrinseco possibile, & uice sequitur uersa, ueluti ipsemet Auer. primo cæli docuit; ergo si
cæli motus, sua natura corruptibilis est, ergo ab interno principio, potest non esse, ergo ne-
cessario sibi respondet extrinsecum corrumpens, cuius merito quandoque non erit, neque recte
dicitur, quod ea propositio ualet in substantijs, & non in accidentibus, nam Auer. contrarium
sentit, quoniam eam probat, per definitionem possibilis, es primo priorum sumptam. quod
possibile est. quo posito in esse, non sequitur impossibile, ergo si aliqua substantia, sua natura est F
possibilis non esse, impossibilis es alio, tunc possibile fieret impossibile. Modo hoc absurdum
5 uti de substantia, & mundo, ita de motu concluditur. Adhuc Auer. tertio de anima asserit, fie
ri non posse, easdem intentiones quandoque æternas, quandoque corruptibiles esse, nisi natura
corruptibilis æterna fieret, atqui intentiones rerum materialium, secundum Aueroem accidentia
sunt, & negat has, ratione rerum materialium esse corruptibiles, ratione uero intellectus, æter-
nas. Sed motus accidens est, quare si sua natura corruptibilis est, æternus fieri nequit. Ergo
posteriorum solutio recta non est. Ad idem in libro de long. & breuitate uitæ Arist. inquit,
accidentia, & formas bifariam corrumpi, uel quia subiectum deletur, uel quia contrarium ha
bent. cælestis motio accidens est, ergo si sua natura corrumptibilis est, ergo uel merito sui
subiecti, uel quia contrarium habet, sed neutrum in cælesti motione reperitur, eius enim su-
biectum æternum est, neque contrarium habet, nisi quoquo modo secundum partes, ut primo
cæli Arist. monuit, quare nullo modo cæli motio corruptibilis est. Insuper Arist. 8. de phys.
auditu; & 12. huius, ita ratiocinatur, cælestis motio est æterna, ergo cælum, & mouens
æterna sunt, si itaque sua natura perpetua motio non esset, ex hoc medio quod simpliciter cæ-
lum, & mouens æterna sint, non haberet, sed tantum secundum quid, quæ ratio ita confirma- G
8 tur. Auer primo cæli inquit, quod ratio hæc ualet, motus orbicularis est simplex, ergo cæ-
lum est simplex, & causa est; quoniam in gyrum motio, est proprium cæli opus, & proprium
opus, rei naturam arguit; ergo uti ualet, motio orbicularis simplex est, ergo cælum simplex est,
eadem ratione ualebit, motus cæli sua natura non est æternus, sed ab alio, ergo cælum neque sua
natura æternum est; sed ab alio. Vtrobique enim arguitur, ex natura proprij operis, ad natu-
ram proprij subiecti. Ad idem, natura, & quod quid est accidentis, quemadmodum secunda
disputatione docuimus, est alteri inesse, ergo si substantia, cui inest accidens, est æterna, er-
41 go accidens sua natura æternum erit, motus cæli accidens est, & substantię sempiternæ inest,
ueluti cælo, quare sua natura æternus est. Demum, ut ratione Auer. qua contra Auicennam
utitur, arguamus, si in cælo est materia eiusdem rationis, ergo Deus & natura aliquid fru-
stra fecissent, quoniam, eam potentiam egissent, quæ nunquam ad actum reducitur, ita si cęli
motio sua natura corrumpi posset, ergo & potentia esset frustra, cum ad actum nunquam re-
ducatur, ratio enim eadem est. Quare dicendum erit, cælestem motionem sua natura æter-
nam esse, nempe subiectum eius ad suum non esse, non est in potentia, quemadmodum Arist.
17 5. huius docet, qui inquit, cælum esse in potentia ab ubi, & quale, & non dicit ad motum. & 8. H
12.10. & 12. eiusdem operis, inquit, cælum solum habere potentiam ad ubi, & non ad motum, po-
tentia enim ad motum, diuersa est, ab ea, quę est ad ubi, nam stat aliquid actu moueri, & esse
in potentia ad ubi; ergo cum cælum potentia ad motum careat, erit eius motus sua natura per-
petuus. Rursus cæli motor semper mouet, ergo motus sua natura ęternus. Mouens enim
ad motionis naturam pertinet. Demum contrario uacat, uti Aristoteles docuit. Ergo
omnibus modis æternus. Sed ea se offert dubitatio diluenda, si omnis motio contrariam
quietem habet; ergo orbiculari lationi quies contraria erit. Nonnulli cęlestem mo-
tionem bifariam considerari posse asseruere, & quatenus motus est, & ut orbicularis,
& cælestis est, si priori modo spectetur, ita contrarium, ipsam quietem habet, ut ue-
ro orbicularis est, contrario uacat, ueluti cælum, uti corpus quiescere potest, quamuis nõ ut cæ
lum, hoc probant; naturale enim corpus in se motus, & quietis principium habet, cælum natura-
le corpus est, ergo quiescere potest, quare ipsius motus quatenus motus, contrariam quietem ha-
bet, Sed hi in apertissimo errore sunt. Nam nihil potest alicui rei, sub ratione generis cõuenire,
quod

186

A quod repugnet illi, quod eidē sub propria ratione competit, nam quæ rei conueniunt, sub ratione generis, per se conueniunt. quæq; ei conueniunt sub ratione propria, per se cōueniunt, ergo semper, quare si hæc opposita essent, rei, simul semper opposita inessent. ergo si cælestis motio, qua teuus motio est, contrariū habet, propria ratione, non habere contrarium, ei competere nequit. Deinceps si cælum quatenus naturale corpus est potest quiescere, possibili posito in actu, licet falsum sequi possit non tamen id quod fieri nequit, ergo si ponatur in actu, cælum quiescit, quare motus non erit, & cum sit semper ens, ergo erit, quare simul secundum actum, idem erit, & non erit. Neq; obstat si dicatur hoc possibili non posse in actu poni, quoniam tunc id qood possibile est, esset impossibile, quemadmodum ex possibilis definitione constat, nam dicitur, quòd si ponatur in actu, impossibile non sequitur, quamuis falsum sequi possit & idcirco asserimus nos, orbiculari corpori, quatenus corpus est neq; conuenire, neq; sibi repugnare quietem. etenim naturale corpus, indifferens est, ad motionem, & quietem, quatenus uero, est naturale corpus, ortui, & interitui subiectum, & moueri, & quiescere potest, ut uero sempiternum est, à forma sempiterna, habet, ut solum circumferatur, & non conquiescat. Et proinde recte ab Auer. dictum est, naturæ definitionem ambiguam esse, siquidem singulis naturis, eadem ratione non competit. Ex his prima
B Auer. ratio diluitur, cælestis enim motio, quiete opposita caret, neque cælo priuatio opposita inest, cuius ratione motus deleatur. Etenim eo modo corrumpitur, quo pacto deleri est aptus, At secūdum ubi mutatur, & ita priuationem habet. Etenim orbiculare corpus, cum est sub uno ubi, potestate est, ad aliud, quod cum receperit, deleta est priuatio, & potestas. Et ideo nonnulli asseruere, cælestem motionem, ratione partium, quietem oppositam habere. Neque Auer. ratio, ex Arist. sumpta, obstat. Etenim Arist. 9. huius, inquit, non esse timendum, ut astra stent, sicut timēt 17
alij philosophi, ergo, ut eius ratione utamur, si ubi timor est, ibi possibilitas, ergo ubi non est timor, ibi non est possibilitas, sed apud Arist. non est timor de quiete cæli, quamuis apud antiquos, ergo nulla est possibilitas. causa uero, cur illis timor accidebat, est, quoniam cælū, & astra grauia esse credidere, & idcirco eorum nonnulli, gigantem Atlantem ut cælum substineat, posuere. Alij uero, animam cogentem, quemadmodum ex secundo commentario de cælo constat. Iure igitur, illis timor accidebat. Arist. uero secus, qui neutræ naturæ cælum instituit, quare apud ipsum, nullus est timor. Quæ posteriores obijciunt, de facili diluuntur, & quo ad primum attinet, dicimus orbiculationem, neque secundum totum, neque secundum partem, ucte contrarietatem habere, quemadmodum Arist. primo de cælo docuit. Est uero in partibus ipsius
C aliquo modo contrarietas, ut merito terminorum, quemadmodum eodem libro Arist. monuit, 87
& causa est, quoniam ea, que singulis speciebus motus, ratione motus conueniunt, non eadem ratione congruunt, quoniam neque motus, neque eius ratio, eadem singulis conuenit. Contrarietas enim, speciebus motus competit, merito motus, quare eadem ratione omnibus non conuenit. Et uti se habent, ad ortum, & interitum, ita se habent ad contrarietatem. Sublunares motiones secundum totum oriuntur, & intereunt, ita etiam, se habent ad contrarietatem. cælestis uero motio, secundum partem, aliquam nouitatem habet, ita quoque contrarietatem obtinet. Diluitur etiam secundum, nempe intelligentia cælo unitur ut ipsum moueat, ita enim rebus suam bonitatem communicat. Est enim, quæque intelligentia per se bona, at boni ratio est, ut communicetur. Non potest autem rebus bonitas communicari, nisi per motum, quare cum sempiterna sit intelligentia, & ab omni materia prorsus abiuncta, sempiterno tempore mouet. Postrema ratio, etsi ex dictis soluta sit, paucis tamen, nunc tolletur, Arist. nempe, non asserit, cælum admotum esse in potentia, sed ad ubi. At potentia ad motionem, longe diuersa est, ab ea, quæ est ad ubi.

D *Grammatici fundamenta tolluntur.* Cap. 5.

AT nunc Grammatici rationes tollendæ sunt, uerum primum, Simplicij solutiones referendæ sunt. Soluit itaque primam, asserens, aliud esse habere potentiam infinitam totam simul, & aliud esse, finitam potentiam in infinitum habere. Inquit itaque, cælum potentiam infinitam totam simul, quam latini uigore infinitam nuncupant, non habere, sed uim finitam duraturam sub motione, (quam, duratione Infinitam uirtutem latini appellant.) Quare ut ratio soluatur, inquit, potentia cæli duratiua est finita in infinitum. Non tamen corruptibilis est, quoniam ex materia interitus prouenit, cælum itaque materia uacat, ergo & corruptio accidere nequit. Quare cæli uirtus, quamuis finita sit, tempore tamen infinito durare potest, Virtus uero infinita tota simul, non corpori orbiculari, quod circumfertur, competit, sed mouenti, ipsum enim, est, quod uim infinitam totam simul habet. Quibus uerbis constat, secundum Simplicium, primum omnium mouens, uigoris infiniti esse, quod etsi in tempore mouet, id prouenit, quoniam cælum corpus est, quod totum motum simul suscipere nequit, & idcirco

ex natura mobilis accidit, ut in tempore moueat, ex mouentis enim natura nullum tempus ne- E
cessarium est, alioquin, ut Arist. demonstrat, uirtus finita in illo moueret, si uero in tempore
mouet, id quod mouetur in causa est, quod rotum motum simul suscipere nequit. Idem Alex.
restimonio confirmat, qui asserit, corpus quod mouetur, uirtutem infinitam, ob quam moue-
tur, non habere, nisi æquiuoce. Quare non est uis infinita in corpore finito, sed uis finita, uir
tus enim, quæ est infinitum, finita est, non tamen opus est, ur id quod mouetur, conquiescat,
mouens enim semper mouet, quare longe Grammaticus deceptus est, nullum discrimen faciens
inter id, quod est simul infinitum, & id quod est, in infinitum. Sed eius solutio multifariam
peccat, primo enim, quoniam inquit, quod etsi huiusmodi mouens, etsi totum motum simul
habeat, momento tamen non mouet, quoniam cælum huiusmodi motum, rotum simul suscipe
re nequit & idcirco in tempore mouet. Euertit enim, cum hæc fatetur, multa Arist. proloquia,
uti illud, cuius retro meminimus, quod ratione agentis fieri potest, etiam merito patientis fie-
ri potest, & uice uersa, ergo si mouens totum motum simul momento producere potest, ergo
sibi respondet mobile, quòd totum motum simul suscipere, momento ualet. Adhuc in æternis
32 non differt esse à posse, ueluti 3. physic. constat, ergo si huiusmodi mouens subito totum mo-
tum simul producere posset, iam simul ipsum produceret. Mox si in caducis rebus, nihil est fru F
c. 5. stra, multo minus in rebus æternis, quemadmodum Arist. primo de animalium partibus docet.
Ergo si huiusmodi mouens, potens esset, totum motum simul momento producere, cum hæc
potentia nunquam ad actum exeat, frustra itaque esset. Hallucinantur demum, quando inquit,
primum omnium mouens esse uigoris infiniti (sequenti enim disputatione ostendemus iuxta peri
pateticos non dari uirtutem uigore infinitam, sed solum duratione infinitam.) Sub finem uero
primi commentarij de cælo, alio pacto soluit, nempe asserit, cælum uirtutem finitam habere, ac
sua natura finiri posse, nunquam tamen finitur, quoniam ab alio suam suscipit infinitatem. Sed
in hac quoque solutione, & ab Aristotele, & à ratione dissentit. retro enim docuimus, quòd
79 sua natura corrumpi potest, æternitatem ab alio suscipere non posse. Auer. uero, 8. de physic.
auditu, alio pacto soluit, & accipit in cælesti corpore, duplicem esse potentiam, quarum altera
passiua est, ut quæ motus est receptiua, altera actiua, ut quæ motus est productiua, & est ipsa intel-
ligentia. Verum declarat prius, quo pacto se habear, potentia passiua cæli, & ait, quod hæc uno
modo est finita, altero modo est infinita, nam quòd aliqua potentia sir finita, uel infinita, bifa-
riam intelligi potest, uel quòd sit uigore & in qualitate actionis finita, uel ita infinita. Dicitur
uero potentia sic finita, quæ certo & definito tempore, actionem, est apta suscipere; si passiua G
extiterit; si uero actiua, quæ definito tempore, est actionem apta producere. Infinita uero di-
citur, quæ definitum tempus non habet, sed in non tempore, si actiua fuerit, agere, si uero pas-
siua, pati, potest. Potentia itaque cæli passiua uigore finita est, propterea est finito tempore,
motionem apta suscipere, ita quòd neque longiori, neque breuiori tempore. Est enim certa
& definita proportio, inter cælum, & suum mouens, quæ uariari nequit, & idcirco Arist. secun
71 do cæli inquit, si cælo addatur astrum, aut non moueretur, aut tardius moueretur. Quoniam
proportio tolleretur. quod uero cælestis uirtus, quæ passiua est, uigore sit finita, ita ab Auer.
ostenditur. Nulla uirtus corporea, uigore infinita esse potest, Atque cæli passiua uirtus, cor-
porea est, ergo uigore infinita esse nequit. prima propositio aperta sic fieri potest, huiusmodi enim
uirtutes diuiduæ sunt, corporis diuisione, & in his potentia rotius, maior est potentia partis, Po-
tentia passiua corporis, diuidua est quoniam corpus diuiduum est, ergo sic infinita esse nequit;
Adhuc si passiua corporis uis, ita infinita esset illud contingeret, alterum infinitum, altero ma-
ius esse. Nam quanto corpus naturale, maius fuerit, tanto magis suo motori resistit: maius .n.
corpus, mouenti magis resistit, minus uero, minus resistit, quoniam in maiori magnitudine, est
maior uirtus, & in minori, minor, ergo in maiori corpore, maior erit resistentia, & in minori H
minor, ergo si aliquod corpus posset motionem in infinitum uelocem, ob suam infinitam uir-
tutem suscipere, ergo corpus maius ab hac uirtute in infinitum ueliciter mouebitur, corpus ue
ro minus, magis in infitum ueliciter mouebitur, quare unum infinitum erit altero maius,
quod fieri non potest, ergo corporis uirtus, motionis susceptiua, in qualitate actionis finita
erit. Et quamuis cæli uirtus susceptiua ita finita sit, altero modo infinita est, utpote duratione;
est enim cælum corpus sempiternum, cum materia, & contrario uacet. In hunc modum quo
que cælestis motionis effectrix uis infinita dicitur, materia enim caret, & contrarietate, est
uero finita uigore, si enim aliqua uis motrix sic infinita foret, motus in non tempore fieret. Nam
si in tempore, uirtus finita, per uirtutis accretionem, in eodem tempore mouere posset, etenim
quanto motrix uirtus, est maior, ipsius motio uelocior est. ex his Grammatici rarionis solutio
constat, nempe omne corpus finirum habet uirtutem finitam, uidelicet uigore, & sic omnis cæli
uirtus finita est, non tamen deletur, sed illud corpus corrumpitur, cuius uirtus est, duratione
finita, cælestis uero corporis uirtus, utraque, duratione finita non est, sed infinita, & idcirco

sempiternum

A ſempiternum eſt. Secundum fundamentum, Simplicius diluit, aſſerens uerum non eſſe, quod
omne id, quod aliquo indiget, ut ſit, per ſe ſufficiens non eſt, ſi enim id, quo indiget, ad eius
naturam, & ſubſtantiam non attineret, uerum eſt quòd per ſe ſufficiens non foret, ſed ſi, ad eius
naturam ſpectaret, illud per ſe tale erit, primo Poſteriorum Ariſt. monuit, quòd id quod eſt ta 32
le, per aliquod, qui ad ſuam naturam pertinet, eſt per ſe tale; cælum uero materia indiget, ut
ſit, quæ ad ſuam naturam pertinet, quare per ſe eſt. Sed quis ambigere poſſet, quæ materiam ha
bent, poſſunt non eſſe; quare cælum per ſe poſſet non eſſe. Soluit Simplicius, ſi cæleſtia indige-
rent materia, quæ contradictionis potentia eſt, poſſent non eſſe, ſed ea non indigent, idcirco
ſua natura ſempiterna ſunt. Et hæc eſt recta ſolutio, ſed altera, quam præbet, omnino falſa
eſt, nempe aſſerit, cæleſtia, quoniam potentiam finitam habent, poſſe non eſſe, nunquam ta-
men pereunt, ſed ſemper ſunt merito motoris, qui uigore infinirus eſt. Tertium argumentum
euertit Simplicius, bifariam, primo quòd licet, cælum ſua natura poſſit diſſolui, Dei tamen
nutu, nunquam diſſoluitur, ſunt enim cæleſtia coniuncta, & colligata, maiori uinculo, quàm
ſi ſua natura æterna eſſent. Sed hæc eius ſolutio, quòd recta non ſit, ex retro oſtenſis, conſtare
poteſt. Altera eius ſolurio recta eſt, inquit enim, omne compoſitum non poſſe diſſolui, ſed il-
B lud duntaxat, quod ex materia conſtat, quæ contradictionis potentia eſt, & contrarium habet.
Hæc enim ſunt, corruptionis cauſa, cæleſtia ita, compoſita non ſunt, & idcirco diſſolui neque-
unt. Quartum fundamentum tollit Simplicius, & primo concedit, Cæleſtia ſua natura poſſe
non eſſe, nunquam tamen diſſoluuntur, quoniam à Deo opifice, æterna facta ſunt. Sed hoc
uerum non eſt, quemadmodum toties teſtati ſumus. Vnum tamen, conſideratione dignum,
in Grammaticum notat, quòd ipſe non percepit, quo pacto corpus in infinitum diuiduum di-
catur, credidit enim, in infinitum ita diuidi, quod interdum actu in infinitum diuiſum ſit, quod
minime uerum eſt, daretur enim actu infinitum. Sed inquit, diuidum dici, quoniam quacun-
que parte accepta, quamuis non ſit ab alia ſeiuncta, ſed tantum diſtantia ſeparata ſit, poteſt in
infinitum diuidi. Nam ut in 3. phyſic. dicitur, potentia hæc, eſt actui permixta, ſemper enim, 57
reſtat aliquid diuidendum, & ita cælum diuiſibile eſt, uerum non quatenus cælum, quoniam ita
diuiſio in infinitum non tendit, ueluti omne corpus narurale, in infinirum diuiduum non eſt,
nam huiuſmodi corpus, forma naturali conſtat, quæ certam, definitamque magnitudinem ſibi
limitat, ergo ad minimam magnitudinem perueniendum eſt, quæ amplius diuidi nequit, cælum
itaque in infinitum diuidi dicitur, quatenus corpus eſt, quo pacto omne corpus diuiduum dici
C tur. Et huius opinionis Auer. eſt. Sed hæc ueritatem non ſapiunr, fieri enim nequit, cælum
quatenus corpus eſt, in infinitum diuidi, ut uero cælum nequaquam. Nam non poteſt alicui
rei, ſub ratione generis, prædicatum conuenire, quod, cum eo pugnet, quod ſibi ſub ratione
propria competit, quare cæleſti corpori, ea ratione qua corpus, non poteſt competere prædi-
catum, quod illi repugnet ſub propria ratione, ergo ſi ratione, qua cælum in infinitum diuidi
nequit, quare, neque ratione qua corpus eſt, in infinitum diuidi poteſt. Sed locus, ad quem
peruentum eſt, nos admonet, ut exponamus, quo modo cæleſtia, & reliqua corpora diuidua
ſint, quod breuiter perſtringemus. Corpora enim, quæ ortui, & interritui ſubiecta ſunt, ex ma
teria & forma conſtituta, quæ oppoſitarum proprietatum cauſæ, in corpore naturali ſunt, ergo
cum forma in re naturali finitatis cauſa exiſtat, ergo oppoſitæ proprietatis, materia cauſa erit, uti
infinitatis, quemadmodum 3. phyſic. conſtat, ex quibus claret naturale corpus, quod ortui ſu-
biectum eſt, in infinitum diuiduum, & in infinitum non diuiduum eſſe, etenim merito mate-
riæ, in infinitum diuiſibile eſt, materia etenim rei naturalis interna pars, una ſola forma cun
tenta non eſt, ſed infinitas ſuſcipere eſt acta, quæ uarios, & indefinitos magnitudinis terminos ſi
bi determinant, ſub quibus omnibus materia ſtare ualet, quare infinitæ diuiſionis ob magnitudi
D nem quam in ſe habet in rebus naturalibus cauſa eſt, forma uero definitam diuiſionem efficit, Ve
runtamen diuiſio hæc bifariam eſſe ualet, Altero modo ut res naturales in portiones diuidantur,
actu ad inuicem inter ſe, & à toto ſeiunctas, ueluti cum lignum in plures partes partitur, atque ita
in infinitum diuiduæ non ſunt, naturales res, quoniam, cum materia formam ſuſcipit, hæc
certam, & definitam magnitudinem ſibi determinat, quam ſi diuidamu s forma peribit, Altero
modo, ſecundum deſignationem partiuntur, propterea quòd naturales res actu partes inter ſe ſe
paratas, & ſuo loco conſtitutas, obtinent, quando uero toti adhęrent, coniunctæ tamen ſunt:
quæ itaque res, diuiduæ ſunt, corruptionem pati non eſt opus. Sed quæ primo modo partiun
tur, ex his illud conſtat, corpus quod in infinitum partibile dicitur, quodcumque corpus non
eſſe, ſed illud quod ex materia, magnitudine affecta, conſtat, ueiuti eſt corpus generabile, ęter
num uero corpus, cum ex illa non conſter materia, in infinitum partibile non eſt, ſed certam &
definitam magnitudinem cum ſibi definiat, hæc diuidua non eſt, in partes à roto, & inter ſe,
actu ſecretas, ſed deſignatione tantum diuiduum eſt, & quoniam actu inter ſe partes habet, &
ſuo loco conſtitutas & inter ſe ſeparatas, toti tamen adhærentes ſunt, ob quam diuiſionem cæle-

ſtia corrumpi non eſt opus, in quibus minimam magnituninem à toto, ſeiunctam, quæ ſi diui- E
datur, forma interit, accipere licet. Et idcirco non de omni corpore, uera eſt ea propſitio, eſſe
34 in infinitum diuiduum, nam quemadmodum Auer. 7. physic. docet, regulæ in phyſicis traditæ
de rebus caducis, ut plurimum affirmantur. Verum de re hac, ſatis abunde 6. phyſ. diſſeruimus
Quare ut redeat ſermo, unde receſsit. Simplicius, ſecundam adducit ſolutionem aſſerens cæ-
leſtia non eſſe diuidua, eo modo quo corpora; quæ apud nos ſunt, ſed ſolum ſecundm deſigna
tionem, non tamen in infinitum, & quamuis minima magnitudo accipiatur, ea tamen ulterius
diuidi nequit. Neque tamen ſi grammatico hoc concedatur, forma interijt, nam cęleſtes for
mæ, non ſunt ſubiecti diuiſione, diuiduæ, cum non ſint à materia in eſſe conſtitutæ, ueluti ma
teriatæ formæ. Poſtremum Grammatici fundamentum, Simplicius ſoluit, & primo inquit, ne
que cæleſtia, neque eorum partes potentiam infinitam totam ſimul habere, hęc enim uis mouen
ti ſolum conuenit, Cæleſtia etenim, uim finitam, quæ eſt in infinitum habent, quoniam in in-
finitum durant, quæ uis duratione infinita nuncupatur, atque hæc, cæli partibus competit, ſi-
quidem neque totum, abſque partibus, neque partes, ſine toto exiſtere poſſunt, ueluti in anima-
libus caducis uidere licet, hęc enim, cum per aliquod tempus, permaneant, neceſſe eſt, ut tam
diu, partes durent, quandiu totum conſiſtit. Sed dubia ſolutio uidetur, oſſa enim animalibus, F
quorum ſunt partes, diuturniora ſunt. Hoc euertit Simp. aſſerens animalium partes, tandiu per
manere, quamdiu animalia: Pars enim animalis ſeparata, æquiuoce pars dicitur, quemadmodum
Ariſt. 7. huius, primo de animalium partibus, & 3. de anima docuit. Sed quis adhuc ambigere
poſſet, permanentia enim totius, ex partium permanentia reſultat. Vniuerſitatis enim elemen
torum partes, ſucceſsione durant, quare ſi huiuſmodi partes ſimul collectæ fuerint, permanen-
tiæ tempus multiplicatum erit: ita cùm cæli partes ſimul collectæ ſint, cauſa ſunt, quare diu
cælum permaneat, Tollit hoc Simp. inquiens, totum illud ex ſuis partibus permanentiam ha-
bere, quod eiſdem non utitur partibus, ſed alijs, & alijs, nempe aliæ fiunt, aliæ uero occidunt,
idcirco, ob continuam partium ſucceſsionem, magis totum permanet. Eſt & aliud totum quod
eiſdem partibus ſemper utitur, & hoc æqualis permanentiæ eſt, cum ſuis partibus. Nam ſi par-
tes, & totum ad aliquid ſunt, quemadmodum ipſemet Grammaticus teſtatur, ergo quanto tem
pore partes permanent, eodem etiam tempore totum permanebit, & uice uerſa. Ita ſe habet,
cælum, etenim ex eiſdem partibus ſemper conſtat. Quare æqualem permanentiam cum ſuis par
tibus habebit. Quæ de cæleſtium, & eorum partium permanentia Simp. affirmat, recte ſe ha
bent, quemadmodum enim orbiculare corpus, duratione infinitum eſt, ita ſingulæ eius partes. G
& cauſa eſt, quoniam interitus cauſæ duæ ſunt, materia, & contrarietas; quibus cum cælum, &
ſingulæ eius partes, careant, idcirco æqualem permanentiam habent. Quod in rebus caducis
aſcribi nequit, quoniam materiam & contrarietatem habent, & idcirco totum magis quàm ſuę
partes durat, nam uirtus unita, ſeipſa diſperſa, pollentior eſt, quare magis contrario, totum re-
ſiſtit, quàm partes, quando à toto abiunctæ ſunt.

Auicennæ & Aegidij opinio. 6.

AEgidius, inter latinos, non ſpernendus interpres, cæleſtem materiam eandem naturam,
cum materia ſublunarium habere, credidit. Veruntamen, aſſerit cæleſtem materiam bifa
riam ſpectari poſſe, & in ſe, & ita eiuſdem rationis exiſtit. Si uero, ut cæleſti formæ con
iuncta eſt, conſideretur, ita alterius rationis efficitur, etenim cęleſtis corporis forma, à ſublu-
narium formis, diuerſa eſt, caret enim contrarietate, & infinitæ eſt actionis, & idcirco totum
materię appetitum replet, atque omnem, ab ea, potentiam, & ad aliam formam, appetitum tollit.
Quare in eius ſubſtantia, nulla eſt permixta priuatio. forma uero generabilis, quoniam contra- H
rietatem habet, ideo totum ſuæ materiæ appetitum non ſatiat, & proinde priuationem oppoſi-
tæ formæ ſemper habet. Et idcirco inferre non licet, cælum corruptibile eſſe quoniam mate-
riam uniuocam habet, ſed ſi materiam priuationi permixtam, & formam contrarium habentem
obtineret, utique caducum eſſet, at modo cæleſtia his principijs uacant. Hanc ſuam opinionē
ex multis perſuadet, & prima ratio. Quæ adinuicem ſecundum magnitudinem comparantur
37 in materia communicant, ueluti ſecundo de ortu Ariſt. docuit, cæleſtia uero & ſublunaria,
ſecundum magnitudinem comparantur, nempe ſol maior eſt terra, luna uero minor, quemad-
modum Aſtronomi teſtantur, ergo in materia communicant. Deinde cæleſtia magnitudine
affecta ſunt, ergo in eis ſunt dimenſiones terminatæ, ergo interminatæ, etenim in eadem mate
ria utraque ſuſcipitur, quoniam re inter ſe non ſunt diſtinctæ. At dimenſio interminata, ma-
teriam uniuocam inſequitur, in cælo ergo erit materia uniuoca. Deinceps, cæleſtia ſunt rara, &
6. 27 denſa, ergo cum ſublunaribus in materia communicant, ſecundo enim de ortu Ariſtoteles te-
ſtatur, ea quæ partes differentes penes rarum, & denſum habent, in materia communicare,
ueluti

A ueluti ex definitione rari, & densi constat, nempe densum dicitur illud, quod multum habet de materia, sub parua quantitatis extensione, rarum uero, quòd minus de materia habet, & plus de forma. Ad hæc omne multiplicatum, materiam habet uti duodecimo huius patet. Cælestia multiplicata sunt, ergo materiam habent. Rursus forma cælestis 49
de se, indiuidua, & singularis non est, ergo ob materiam, propter eam enim, res efficitur singularis. ergo in cælo est materia. præterea utraque materia, est in potentia essentiali ad formam, ergo unaquæque est eiusdem rationis. Antecedens probatur, si non esset materia cælestis, in potentia essentiali ad formam, ergo ex cælesti forma, & materia, unum per se non fieret. Arist. enim octauo huius, causam largiens, cur ex materia & forma unum per se efficitur, inquit, quoniam alterum eorum, est actus, alterum uero potentia. Id quod consequitur, ita ostendit, Auer. primo de substantia orbis, potentiam, inquit, esse substantialem materiæ differentiam, ergo quæ conueniunt in differentia substantiali, eiusdem naturæ, & rationis sunt, cæli uero materia, & sublunarium, in potentia, quæ materiæ, est substantialis differentia, communicant, ergo eiusdē naturæ sunt; Postremo in uno quoque genere causæ, ad unam primam causam deuenire oportet. uti secūdo metaphy. constat, ergo in genere causæ materialis, ad unam primam materiam deue-
B niendum est, Sed id, quod in aliquo genere unum est, eiusdem rationis est, omnibus, his quæ sub uno genere sunt, alioquin unum non esset, ergo prima materia, in cælestibus, & sublunaribus erit eiusdem rationis. Quæ ratio sic confirmari potest, si cælestium, & caducorum materiæ, eandem naturam non essent sortitæ, inquiritur, quo pacto distinguuntur, non enim per habitudinem ad diuersas formas, quoniam habitudo hæc, ad materiæ naturam non pertinet, quoniam eadem sunt existendi, & distinctionis principia. Adhuc posterius, prioris, causa distinctionis non est, habitudo hæc, cum respectus sit, substantia materiæ, quæ absolutum ens est, non est ergo distinctionis materiæ, causa esse nequit. Demum actus est, qui distinguit, & separat ueluti septimo huius patet. 49
Ergo formis reclusis, materiæ eiusdem rationis erunt, cum non habeant, per quod differant, ut uero suis formis coniunctæ sunt, ita diuersa efficiuntur. Auicenna etiam, huius sententiæ est, nempe primo libro suæ sufficientiæ, ita rem ostendit, Aristotelis, propositum, in physi. est, de principijs communibus, cunctis rebus naturalibus, siue caducæ, siue sempiternæ sint, differere, ergo de materia communi, utrique corpori, & caduco, & sempiterno. At hæc materia, ab Aristotele in physicis inuenta, est materia prima, quare, hęc, eiusdem rationis erit, in æterno, & mortali corpore. Hæc itaque sunt, quibus cælestem materiam, eandem naturam, cum ea, quæ sublunarium est, persuadent. cap. 4.
C

Auicennæ, & Aegidij opinio refellitur. Cap. 7.

SEd uana est horum sententia, & ab Aristotelis principijs prorsus aliena, omne enim corpus, quod materiam, quæ est contradictionis potentia, includit, interitui obnoxium est, atqui, uita hos, cælum huiusmodi materiam claudit, ergo corruptioni subiectum erit; Auxilium uero, quod sibi ipsis præbent, nullum est, quod tale est, hæc materia si in se spectetur, contradictionis potentia est, ut uero sub cælesti forma manet, ad oppositam formam nullam potestatem habet, quoniam ab huiusmodi forma, ipsius appetitus satiatur. Hoc enim, non obstat, nempe accipio eam materiæ portionem, quæ sub forma tali stat, quam, iuxta suam naturam considero, hæc, potestate est, ad omnes formas suscipiendas (ut ipsemet testantur) ergo si quod fieri potest, in actu ponatur, quamuis falsum sequi possit, id quod fieri nequit, unquam sequitur, quare si in actu potestas illa ponatur, sub alijs formis, portio illa materiæ erit, quæ cum semper cælesti formæ coniuncta sit igitur opposita simul uera essent, nempe sequitur, ut cælum sit, & non sit, nam quatenus
D semper sub forma cæli materia stat, ut uero potestas illa ad actum deducta est, quoniam sub alia forma est, cælum non erit. Atque hæc est Arist. ratio primo libro de cælo, ueluti retro docuimus; Deinde ut penitus auxilium hoc tollatur, materia cælestis in sui natura considerata, potest recipere omnes formas, quare formam elementi, sed possibili posito in actu, non sequitur impossibile, ergo si in actu ponatur, erit sub forma elementi, quare cælum non erit, & cum sempiternū sit, ergo erit, quare contradictio simul una; Adhuc quod sua natura est tale, cuicunque confertur semper ita se habebit, atqui cælestis materia, sui natura est potens, omnes suscipere formas, ergo si cælesti formæ comparatur, eandem semper obtinebit naturam, quare, ut stat, sub cælesti forma cōtradictionis est potentia. Rursus Arist. primo cæli, cælum neque ortum neque interitū pati ostendens, asseruit, quoniam neque subiectum, neque contrarium, habet, duas ergo corruptionis causas largitur, quare si cælestis materia, eiusdem naturæ esset, ergo cælum principium corruptionis clauderet. Nam materia, secūdum suam ipsius naturam, interitus causa est, nam si merito priuationis, non duæ corruptionis causæ, utpote materia, & contrarium, sed unica tantum existeret, utpote priuatio, & contrarium. Ad idē Arist. xij. diuinorum ostendens, plura prima mouentia non 49

 esse,

A manens, nullum oppositorum est, non enim priuatio, quoniam ipsa non permanet, neque for-
ma, quoniam ipsa adhuc non est, & cum est, tollitur ortus, nempe habitibus in materia pre
sentibus, esset omnis motio. Quare id quod permanet, tertium est, & à contrarijs districtum.
Tertia uia diuisio quoque est, etenim omnia, quæ oriuntur, uel accidentia sunt, uel substantiæ:
atqui accidentia cum fiunt, ex subiecto fiunt, siquidem eorum esse, est ut sint in subiecto, ergo
sine insubiecto fieri nequeunt. Substantiæ etiam cum fiunt subiecto indigent, ueluti animalia, &
plantę, ex semine fiunt. Postrema uia inductio est. Nam si per singulos modos, eorum quæ
fiunt percurramus, semper in singulis mutationibus subiectum apparebit. Verum consideratio-
ne dignum est, Num per has uias, cælestem materiam, Arist. est uenatus, hoc enim magni mo-
menti est, nempe singulæ suæ caducorum materiæ necessitatem probare uidentur, quod mini-
me concedendum esse uidetur, propterea quod Arist. in principio de physic. auditu, omnium
rerum, quæ natura constant, principia inuestigare pollicitus est. Inter græcos Simp. dubitatio
nem diluens, in altera solutione, negat illis uijs quæ primo physic. habentur, cælestem materiam
fuisse inuentam, sed solum eam, quæ sublunarium est, inuestigatam fuisse testatur, siquidem, si
ad primam uiam aduertamus, per eam minime cælestem materiam uenari ualemus, quoniam ex
B contrarietate ortum trahit, quæ in cælesti mutatione non reperitur. Neque itidem secunda uia
ad huius materiæ inuentionem ducit, quoniam hæc ipsa, ex ortus diuisione, ortum trahit, atqui
cælestia ortu uacant, ergo uia hæc ad cælestis materiæ notionem non ducit. Neque etiam ter-
tia quoniam per diuisionem eorum, quæ fiunt, fluit. Et idcirco secundo libro cælestem mate-
riam inuentam fuisse testatur, Arist. etenim, naturam definiens, inquit esse principium motio-
tionis primo, & per se, non per accidens in re naturali, hanc deinceps in materiam, & formam,
est partitus, asseritque materiam, esse motionis principium receptiuum, quare cum in cælo,
motio sit, ergo principium in eo est, quod cælestem motionem suscipit, quod cum materiæ lo-
cum habeat, ergo quod motum in animali cælesti suscipit, materia est. quare secundo libro cæ
lestis materia uenata fuit. Verum hæc Simp. sententia, uana est, nempe si secundo libro cæle-
stis materia inuenta fuisset, ordinem igitur, quem sibi Arist. prefixit, prosequutus non esset, in
aditu enim libri physic. se prius de principijs communibus rerum omnium, quæ natura constant,
pertractare fuit pollicitus, mox uero de proprijs. si itaque primo libro, de principijs solum ca-
ducorum, secundo uero libro, de principijs, cum corruptibilium, cum æternorum, disceptatio
facta fuisset, ergo secūdus esset de cōmunioribus primus uero de minus cōmunibus. Deinceps, illa
C natura ab Arist. 2. phys. Definitur, quā 1. lib. inuenit, quēadmodū, in calce primi lib. Arist. monet
quādo pollicetur, se de eisdem principijs, alia tamen ratione, in 2. lib. differere. Quare si solum
de caducorum principijs, primo libro sermo factus foret, ergo de eisdem solum, in secunda par
te omnino fiet, itaque eius sententia recta non est. solutio itaque uera, cuius ipsemet Simp. aliàs
meminit, est, utriusque corporis, & mortalis, & sempiternis materiam Aristotelem, per
illas uias inuestigasse, per primam uiam, nam etsi cælestis motio, uere, & secundum totum &
secundum partē, contrarietate careat, tamen secundū partem aliquo pacto contrarietatē habet
ueluti retro ex Arist. docuimus. sol enim, quando ab oriente ad occidens circumfertur, ex con
trario ad contrarium fertur, quare ibi subiectum erit, quod modo sub uno ubi, modo sub alio,
subijcitur. Per secundā etiam uiam, diuina materia inuestigatur, nam etsi cælum secundū sub-
stantiam, nullum patiatur ortum, secundum ubi, & quale tamen, mutatur, uti 9. huius Arist. 17
docuit, ergo cum in omni mutatione sit aliquod permanens, quod subiectum est, in cælesti quo
que motione erit permaneus, & subiectum. Non minus, & tertia uia, ad hanc materiam ducit
nempe secundū ubi, & quale, cælum fit, quare subiecto indiget. Postrema uia, apertissime cæ
lestis materiæ necessitatē ostendit, nēpe mutatur cælū, uti sæpius dictū est. Ex his itaque con-
D stat primo libro physic. utriusque corporis materiā fuisse inuentā. Et quāuis Aristotelis exēpla
de materia corruptibiliū sumpta sint, ea tamen, de his accipit, quoniā magis aperta, & nobis
magis in prōptu sunt. Sed dubiū est, num ex his uijs cælū ex materia & forma conflatū esse ha-
beatur. Sed hoc euertit Auer. primo de substantia orbis, asserens, hoc ex primo libro non habe
ri, sed ex 8. ubi Arist. docuit, cælū per se moueri, omne uero quod per se mouetur, in se par-
tē motā, & mouentē, quæ in idē simul nunquàm concurrunt, habet. Cæleste igitur corpus,
ex parte mota constabit, atqui pars mota, materiæ, pars uero mouens formæ locū gerit, cælum
itaque ex materia, & forma, conflatum esse dignoscitur.

Ex ostensis itaque constat, quod cū Arist. tertiū principiū inuestigare non solū corruptibi-
liū, sed etiā sempiternorū corporū subiectū inuenit, huiusmodi uero subiectū, hoc uel illud non
est, sed omniū cōmune, etenim inquit, omnis mutatio est, ex contrario in contrariū, ergo ne-
cesse est, ut sit tertiū. rursus in omni mutatione, inquit, oportet ut sit aliquod sub utroque ter-
mino permanens, quare cōmuniter de cōmuni subiecto loquitur, & hæc est sua intentio, ut ui-
delicet, de principijs rerum omnium naturalium cōmunibus loquatur, atqui cōmune subiectum

primum subiectum est, quod cum omni naturali enti conueniat, ergo in corpore cælesti, erit E
prima materia, quæ cum eadem ratione, ueluti est in rebus caducis, in cælestibus non reperia-
tur, quo igitur pacto illis in existat, explicandum est. Quod quidem manifestum fiet, in utri-
usque materiæ conditiones, in quibus conueniant, & separantur, docebimus. Oportet ita-
que sublunarium subiectum, nullam definitam formam habere, sed potestate ad omnes formas:
etenim si aliquam formam sibi definiret, omnis mutatio in accidentibus esset, quemadmodum
63 primo physicorum, & primo de substantia orbis Auer. monuit. Quare ut uarias, diuersasque
formas successiue recipiat, opus est. Erit igitur eius natura, potentia. Rursus neque substan-
tia simpliciter actu existens, quoniam tunc esset impassibilis, & non reciperet; quod enim est in
actu quatenus est in actu, non recipit, sed secundum quòd est in potentia. Et ideo settimo hu
8 ius dicitur, quòd materia est, neque quid, neque quale neque aliud aliorum prædicamentorum,
neque alicuius istorum priuatio, sed substantia, quæ est potentia omnia hæc. quam quidem ma
teriam, si commode manifestare uolumus, per negationem omnium habituum fiet, ueluti Auer.
14 12. huius docet, Est, inquit, una numero per priuationem omnium formarum, cælestis uero ma
teria nullam ad substantiam claudit potentiam, sed ab æterno unicam formam sibi definiuit, à
17 quã spoliari nequit: est uero potentia tantum ad ubi, quemadmodum 9. diui. Arist. docet, sol F
enim, modo currens per arietem, potentia est, ut taurum pertranseat. Ex his quo pacto prima
materia cælestibus insit, constat, quoniam secundum analogiã, & proportionem natura ueluti
materia prima quæ est in sublunaribus, potentia est, ut uarias diuersasque substantiæ formas suc
cessiue suscipiat, ita cælestis materia, potentia est, ubi diuersa successiue recipiat. Aliud rur-
sus discrimen est, subiectum enim, rei generabilis substantiæ, formam substentat; quæ ex eius
sinu producta est, forma uero subiectum substentat, secundum quod est ipsius complementum,
cælestis uero forma, etsi suum subiectum in esse constituat, ab eo tamen neque in esse constitui-
tur, neque etiam ex eius gremio educitur. Quare similes sunt, quoniam utræque, complemen
tum, à proprijs suscipiunt formis. Quemadmodum enim materia sublunaris, de se corpus non
est, sed per formã corpus efficitur: ita cælestis materia, etsi aliquam ex se existentiã habeat, cor
pus tamen de se non est, sed suæ formæ merito corpus euasit. Veruntamen prior materia hic
potentia est, ut corpus fiat, quoniam potentia est, ut formam suscipiat. At cælica materia, cor
pus potentia non est, sed semper est actu corpus. Est enim inquit Auer. materia semper formę
fixa, quare nullã claudit potentiam. Sed quis ambigere posset, cælestis enim materia, prius est
talis materia, mox corpus euasit, ergo in eo priori, cum non sit actu corpus, potentia est cor- G
pus. Quare respectu substantiæ, in sempiternis esset aliqua potentia. Deinceps materia hæc
de se corpus non est, potens tamen est, ut corpus euadat, ergo respectu substantiæ, potentiam
claudit. sed hæc diluuntur, quamuis paulò post eorum solutio apertior fiet, & quoad primũ at-
tinet, in æternis, quemadmodum Aueroes non semel docuit, non est, nisi prius secundum na-
turã quod non eadẽ ratione in rebus sempiternis, & caducis reperitur. Nempe, ut inquit Auer.
104 secundo cæli prius secundũ naturam in rebus corruptibilibus semper temporis priori coniunctũ
est, & idcirco uerũ est asserere, quòd hoc sit posteriori secundum naturã non existente; & idcir-
co non imperite latini, hoc secundum naturã, prius, appellarunt prius in quo. At prius secun-
dũ naturã, quod in rebus æternis reperitur, tẽporis priori coniunctum non est, & idcirco ap-
pellatur, prius à quo, & ideo etsi cælestis materia, de se corpus non sit, nullũ tamen prius dandũ
in quo uerũ dicere sit, materiam existere, & non esse corpus. semper tamen, corpus est, uerũ
non à se, sed à sua forma corpus est. Itaque materia hæc de se corpus non est, & idcirco ratio,
eam secundum se considerare potest, & non ut corpus facta est, recta uero ratio, nunquã affir-
mabit materiã prius in se existere, & deinde fieri corpus. esset enim ratio mendax, cum cæleste
corpus sempiternũ sit. Deluitur secundũ, potentia enim quæ in cælesti materia est, ea non est H
quæ actum, & formã abijcit, & expellit, sed quæ stat cum actu, & forma. Quare cælestis ma-
teria, cum actu est corpus, potentia est ut sit corpus. quoniam si est, ergo potest esse corpus,
32 quod Aristoteles docuit secundo de ortu, & terrio de phys. auditu, quando asseruit in æternis
posse non differre ab esse, uerum hæc posterius clariora fient. Quare ut unde digressa est
redeat oratió, huiusmodi itaq; materiæ consentiunt, nam ueluti sublunaris materia, si corpus fie-
ri debeat, ita cælestis materia, si per intellectum suam formam secludamus, corpus non est, sed suę
forma indiget, ut corpus euadat. Deinde quemadmodum materia, quæ apud nos est potentia con
tradictionis est, ita & cælestis materia: discrimen tamen est, quoniam illa respectu substantiæ, &
12 formæ contradictionis, potentia est: hæc uero non nisi respectu ubi, & qualis, & idcirco 8. huius
17 Arist. monuit cælestia solum materiam secundum locum mobilem, quod etiam 9. eiusdem
operis confirmauit, & idcirco Auer. rectius subiectum, quàm materiã nuncupari asseruit. Adhuc
cælestis materia nunquam priuationi formæ substantiali subijcitur, sed materia hæc priuationi
semper subiecta, consentiunt tamen, quoniam utraq; forma indiget, ut complementum recipiat.

A Rursus alio pacto eædem secundum proportionem dicuntur, nã si sublunaria trasmutari debeant, subiecto indigent, quod transmutationem deferat, pariter diuinum corpus, cum circumfertur, subiecto indiget. Et quemadmodum in sublunaribus, si compositum constituendum est, subiecto est opus, ex quo, & forma, tertia substantia constituitur, sic cæleste corpus, ut sit, subiecto indiget. Ex his itaq; planum fit, quòd materia in utrisq; corporibus, eadem secundum analogiam, & proportionem existit. Est etiam secundum similitudinem eadem. Etenim plures conditiones, & proprietates sunt, quæ materiæ caducorum ascribuntur. quoniam harum nonnullæ cælesti materiæ conueniunt, inde fit ut utraq; materia secundum similitudinem eadem dicatur. Caducorum enim materia de se non est corpus, sed ob formam corpus efficitur. Rursus mutationem defert, est contradictionis potentia: ita cælestis materia de se corpus non est sed ob formam atq; mutationem, ueluti motum orbicularem defert, necnon potentia contractæ dictionis est, respectu ubi, & qualis. Constat itaq; ex his, quo pacto corruptibilis, & sempiterni corporis materia, eadem, & diuersa dicatur. Verum hæc dubitatione non uacant, etenim si definiendi modo, considerandi modus respondet, igitur fieri nequit, ut prima materia ab Arist. primo physi. definita, in cælestibus reperiatur: nempe definitur, quod sit subiectum primum, ex quo fit aliquid, cum insit si ergo hæc
B est primæ materiæ natura, ergo uti definitur, ita consideratur. At materia hæc corruptibilibus solum conueniens est, & non sempiternis corporibus. Non ergo recte retro dictum est, utriusque corporis materiam, primo de physi. auditu Arist. inuestigasse, definisse, atq; considerasse. Nonnulli, quod ratio concludit, consitentur, nempe solum rerum, quæ oriuntur, & intereunt, principia Arist. considerasse, putant: Sed horum sententia, rationi non consentit: etenim illud contingeret absurdum, in physicis solum de rerum, quæ oriuntur principijs disseruisse, quare non recte ab Arist. dictum foret, statim in aditu de physi. auditu, se de principijs naturæ tentare uerba facere, deinde, quando de speciebus alicuius generis analogi disputatio proposita est, primum de communi analogo disputandum est, quemadmodũ Auer. in 3. de physi. auditu, inductione per Arist. 3
probat, atqui in naturali philosophia, cum de corporibus caducis, tum de sempiternis, disceptatio proposita sit; Primum igitur de corpore naturali in communi, quod analogice, & ut uox unius, ad unum, uel ab uno, de perpetuo, & caduco corpore affirmatur. Sed quæso quidnam est, de rebus naturalibus in uniuersum disputare, quàm prædicata communia edocere, uidelicet cõmunia principia, & communia accidentia? quæ quidem contemplatio in physicis habita est, etenim uniuersalis consideratio, inquit Auer. tota in physicis absoluta fuit, quare in physicis, de principijs cõ
C munibus rerum, cum sublunarium, tum æternarum consideratio facta est; Ad idem cum in uno quoq; genere causæ, ad unam primam causam deueniendum sit ueluti secundo huius constat; ergo in genere materiæ, ut ad primam deueniamus oportet; Hæc uero, uel diuina, uel sublunariũ, aut utrisq; communis erit, Nõ cælestis materia erit quemadmodum ipsi aiunt, quoniam sublunarium materia non esset prima, nam cælestis materia esset prima, & ob eandem causam, neq; corruptibilium, materia est, quare materia simpliciter prima, & in physicis inuēta, ea est, quæ utriq; corpori, & caduco, & sempiterno communis est. Demum, ut eorum ratione utamur, ea materia est in physicis considerata, quæ ibidem fuit definita, atque utriq; corpori materia communis, definita est, ergo hæc quoq; consideratur. Secunda propositio ita ostẽditur, definitiones analogæ, à sciẽtia non excluduntur, quemadmodum quarto huius, primo posteriorum, & in epito. logicis, eo 2. 60.
capite quo quales demostrationes, & definitiones esse debeãt Auer. docet. mutatio rursus duplex est, substantiæ altera, & accidentium altera. Quare & si prima mutatione cælum careat, secunda tamen non uacat, generatur enim secundum ubi, & quale, & ueluti ex corruptibiliũ materia aliquid fit, consimiliter ex cælesti materia, quamuis eadem mutationis species non sit, quare primæ materiæ ratio in physicis tradita, utranq; materiam claudit. Hęc cum explicata sint, ut cælestis materię
D natura magis aperta reddatur, nonnulla de sublunarium materia, primum docenda erunt.

De sublunaris materiæ natura. *Cap. 9.*

De qua primum, quo pacto esse participet, inquirendum erit qua in re consentientes Peripatetici non sunt, eorum complures, quendam existendi actum materiam habere, affirmarunt, ita quod forma seclusa, materia existat, atque extra suam causam est, quæ deinceps à forma, actũ formalẽ, & non existentiã suscipit. Quorum opinio ita confirmatur, quod est principium entis realis, in re aliquid est. Atqui materia rerũ, quæ oriuntur, & intereunt, quæ entia in re sunt, principiũ est, ergo ipsa aliquid in re erit: deinde quod idem numero permanet, sub terminis oppositis, ex se aliquid est, sed materia una numero existens, sub terminis oppositis permanet, ergo sua natura aliquid in re erit. Demum si materia sua natura non existeret, de ea prædicata, hæc affirmari non possent, quòd uidelicet, sit per se principium rerum quæ oriuntur, & quòd omnium formarum receptaculum sit: si enim hæc uere de materia affir-

mantur, neceſſum eſt, ut aliquem exiſtendi actum habeat, à formis, quas recipit ſe- E
iunctum.

ATQVI nonnulli uarijs argumentis horum ſententiam arguunt, & primum eſt, in uniuer-
ſo rerum ordine, qua ratione eſt alterum extremum, purum reperiri, eadem ratione & reli-
quum, hic enim eſt uniuerſi ordo & eiuſdem neceſsitas, quare cum in rerum ordine puriſsi-
mus, & ſimpliciſsimus actus cui nulla eſt admixta potentia, reperiatur, quemadmodum duode
cimo huius Ariſt. oſtendit, ergo & alterum extremorum dandum eſt, ut puta id, quod pura po
tentia eſt, & cui nullus ſit admixtus actus. Huiuſmodi enim extremum, materia prima eſt. Qua
re pura potentia erit, nullum claudens actum. Ad idem propter, quod unumquodque tale, &
2 illud magis eſt, atque ſublunaria ob materiã, potentiam claudunt, nam (ut inquit Auer. 9 hu-
ius) in definitione cuiuſcunque potentiæ paſsiuæ, cadit potentia materiæ primæ paſsiua, Mate
ria itaque prima, maxime erit potentia, ſed quod eſt maxime tale, ſua natura tale eſt, ergo ſua na
tura materia prima potentia erit, nullũ in ſe claudens actum. Adhuc datur quòd ſimul actum &
potentiam habet, ueluti uniuerſa naturalia corpora. Datur etiam actus purus, & ſimpliciſsimus
qui potentiæ aliquo pacto non eſt permixtus, ergo dandum erit, quod ſolum potentia eſt, &
nullo pacto actum participat, hoc autem ſecundum peripateticos materia eſt, quare erit ſolum F
37 potentiæ. Arguendi modus Ariſt. eſt, qui duodecimo diuinorum, & 8. de phyſ. auditu, oſten
dens quod datur mouens, quòd omnis motionis expers eſt, ita ratiocinatur, Reperitur mouens,
& motum, conſimiliter motum non mouens, ergo rationabile eſt, ut detur mouens nullo mo-
7 do motum. Hanc eĩ ſententiã Ariſt. teſtimonio euertunt, ſecundo enim de anima, cauſam largi-
ens, cur materiam & compoſitum ſint, ac unũ ſint, inquit, quoniam forma, & actus proprie
eſt ens, & unum, & ideo cauſa quare cætera ſint talia. ſi itaque aliqua exiſtentia in materia eſſet
cuius forma non eſſet cauſa, non uere forma eſſet ens, & unum, quoniã illius exiſtentiæ cauſa
non exiſteret, eſt igitur materia pura potentia, & non niſi ob formas exiſtit. Deinceps cau
ſa maxime quærenda foret, cur ex materia & forma unum per ſe fiat, nam cum materia ſua natu-
ra exiſtat, quoniam actum exiſtentiæ includit, forma etiã actus eſt, iure quis ambigeret, ex
materia & forma per ſe unum non fieri, nã ex duobus in actu, unum per ſe non fit, ſed ſolum
37 ex accidenti. Rurſus eodem ſecundo uolumine, oſtendens animã corporis uiuentis formam
exiſtere, inquit, quoniam forma omnibus quæ ſunt ipſius eſſe cauſa, eſt, ergo ſi materia exi-
ſtit, ipſius exiſtentiæ forma cauſa erit, alioquin non omnibus, quæ ſunt, ipſius eſſe, forma cau
15 ſa foret. Septimo etiã diuinorum Auer. inquit, quod eſſe prouenit à forma, quare omne quod G
eſt, propter formam exiſtit, ergo quod forma uacat, non exiſtit, materia itaque, ſecluſa for-
ma, non exiſtit. Hoc idem, quæ in poſtremis uerbis in octauo huius habentur, oſtendunt,
ibi enim quæritur, cur ex materia, & forma unũ per ſe fiat, monet Ariſt. nullã aliã cauſam quę-
rendam eſſe, niſi, quoniã eorum alterũ, ut materia potentia eſt, alterũ uero uti forma, actus
eſt. ſi itaque exiſtentiæ actum materia haberet, ex ea & forma per ſe unũ fieri non poſſet. Ariſt.
8.2. etiã ſeptimo huius & 12. de anima, Materiam definiens, non niſi per potentiã definit, quare ip-
ſa ſolum potentia erit, demum materiæ natura ab Ariſt. non niſi ex tranſmutatione cognita fuit
ueluti primo phyſ. & octauo, & duodecimo huius conſtat. Tranſmutatio uero materiã, poten
tiam eſſe, & nullũ in ſe actum claudere cognoſcere facit, quare hic exiſtendi actus, materiæ
aſcribendus non eſt. Et idcirco ſecunda ſuccedit opinio, quæ Aueroi aſcripta eſt, quæ hæc eſt,
materia nullũ exiſtendi actũ habet præter eũ, quẽ à forma obtinet, etenim omne eſſe à forma ſor
titur, & ob id, quoniã ſuũ eſſe à forma eſt, proprie intellectione non eſt intelligibilis, ſed ſecũ-
dũ analogiã ad formã. Spuria, inquit Plat. intellectione eſt intelligibilis, quod Ariſtot. uerbis
69 conſonat, qui 3. phyſ. inquit, materia eſt analogia intelligibilis, nam ut res ſe habent, ut ſint,
ita ad quod quid, & ad definitionem. Quare cũ materia à forma eſſe habeat, ſine forma intel- H
ligi nequit. ſed hoc dubitatione non uacat, ſi omne eſſe à forma materia ſortitur inquiritur, quo
modo à forma eſſe habet. Sed hoc ex Auer. planũ faciunt, qui primo de ſubſtantia orbis, & pri
70 mo phyſicorũ, ſubiectũ ſubſtentat formã, quæ ex ipſius gremio educta eſt, forma uero ſubiectũ
ſubſtentat, ſecundũ quod eſt complementum eius, & ſecundũ quod ſubiectũ à forma denudari
inquit, ergo ueluti talis forma naturalis, cũ abſque ſubiecto intelligitur in quo eſſe habet, & de
quo eſt producta, non niſi in anima eſſe habet intelligibile, ſic materia ipſa, ſi ſine forma acci-
piatur, nullũ aliud habebit eſſe niſi cognitũ, immo tale eſſe abſque forma haberi nequit quod
enim cognoſcitur, uel per actũ, uel per habitudinẽ ad actũ cognoſcitur. Materia uero ſi ab
actu, & ab ipſius habitudine ſeparetur, nihil erit. Sunt enim materia, & forma ſecundũ eſſe ſi-
bi inuicem cauſæ: uti enim materia, actu & forma indiget, à qua eſſe recipit, ita, & forma ſu-
biecto eget, à quo recipiatur. Et ut forma compoſitũ abſque materia efficere nequit, ita nec
materia ſine forma. ex quo ſecundũ Auer. inferunt, materiã iuxta aliã, & aliã formã, aliam, &
aliã poſitiuam unitatem obtinere, à quo enim eſſe, & unitatem ſuſcipit, qui enim in materia
unitatem

A unitatem, aut pluritatem sine forma quærit, apud Auer. id quod fieri nequit, quærit. Et idcirco nullum inconueniens est, materiam pluribus communẽ, & unam numero, esse, est enim una numero quia differentijs indiuidualibus caret, quibus pluralitas inuenitur, & quia caret forma propria, qua aliquid dicitur una numero, pluribus rebus communis dicitur, & ita una numero priuatiue per omnium formarum priuationem nuncupatur, quare iuxta hos constat materiam, forma seclusa, nullum esse extra animam habere, quemadmodum enim in rerum ordine purissimus & simplicissimus actus datur, cui nulla potentia permixta est, ita alterum extremum ut detur oportet, quod solum potentia sit, & nullo pacto, actu participet, & ueluti actus ille infinitus dicitur, quia à se ipso, & à nullo alio terminatur, ita materia prima infinita nuncupatur, quia de se imperfectissima est, & nullum in se habens actum, neque terminum, sed ab alio terminatur, & definitur, uti 3. phys. Arist. docet, & idcirco uere ab Arist. per potentiam definitur, quoniam hæc est eius natura, ueluti septimo & octauo atque duodecimo huius patet. quod etiam secundo de anima cõfirmauit, esse namque materiæ est ut ab alio perficiatur, & ob id Auer. inquit, materia est id, cuius esse, & quidditas, est, omnes posse suscipere formas, sua igitur natura potentia, & imperfectio est, esse uero, & perfectionẽ à forma sortitur. Quæ uero opponuntur, ita diluunt, & quo ad primũ pertinet, aiunt, materia aliquid in re esse, quemadmodũ ratio ostendit, illud tamen esse de se non habet, sed à forma, materia enim, semper formæ coniuncta est, quare, semper actu existit, & res ex ea fiunt, non quatenus actu existit, sed ut opposita forma potentia est. Materia etenim suum esse sub una forma habens, potentia opposita forma existit. Eadem solutione secundũ euertunt, nam fatentur aliquid in re materiam esse, principium tamen est, non ut actu, sed ut potentia, est solum postremum, & aiunt, omnia illa prædicata de materia, quæ actu est materia, affirmari, non tamen ut actu existit, sed ut potentia est, atque formarum susceptiua. Sed isti cum aliorum sententiam euertere conantur reprehensione digni sunt, nempe fieri nequit, totum suum esse materiam, à forma suscipere. Si enim materia, seclusa forma, existentiam de se aliquam non obtineret, principium per se eorum quæ fiunt, non foret, etenim Arist. primo physic. priuationẽ ex accidenti principium, materiam uero per se ostendens, ita ratiocinatur, uti principia se habent ut sint, ita ut sint principia. Sed priuatio per se esse non habet, ergo neque principium per se, materia uero cum per se principium sit, igitur esse proprium, seclusa forma, habet, si enim totum esse à forma haberet, ueluti priuatio, per accidens principium foret, & eodem libro inter priuationem, & materiam, discrimen largiens, inquit materiã esse, per se ens, per accidens non ens, priuatio uero per se, non ens, per accidens, ens, ergo materia esse proprium habet. Materia prima quocunque accidente nobilior est, est enim substantia; ergo aliquem existendi actum habet, quod enim in quocunque reperitur, perfectionem indicat, si uiliori conuenit, & nobiliori, at accidentia, materia uiliora sunt, & hæc existendi actum habent, qui perfectionem significat, ergo multo magis materiã de se existentiam aliquã habebit. Deinde si totum suum esse à forma materia suscipit ergo forma abolita, illud esse interiret, quare nulla actu substantia, una numero in generatione permaneret, nam priori tota corrupta est & alia per nouæ formæ ortum, producta. Quę ratio ita confirmari potest: id quod est in potentia bifariam dicitur, uti primo phys. constat, uel ut partes, potentia in toto esse dicuntur, uel ut Socrates qui generandus est, qui actu non est, potest, tamen fieri. Atqui secundum de materia affirmari nequit, non enim esset substantia sempiterna, quare potentia dicitur ueluti partes in toto, quare uti partes aliquid sunt ita & materia de se aliquid actu erit. Ad hæc, id quod successiue diuersarum formarum receptaculum est aliquid de se in re est, & ab illis, quas recipit semotum, ita enim locum aliquid in re esse, & quid à corporibus, quæ recipit secretum 4. phys. Arist. ostendit. materia uero, diuersarum formarum, secundum prius & posterius receptaculum est, ergo de se in re aliquid est, & quid à formis, quas recepit distinctum. Rursus eodem uolumine, locum in re existere & à rebus locatis distinctum ex corporum transmutatione ita Arist. ostendit, ubi enim prius aqua, nunc aer est, ergo id quod quandoque sub aqua, quandoque sub aere est, in re quidquam, & ab illis distinctum. Ita & nos ratiocinamur, Ex ipsa mutatione, nempe ex aere fit aqua, ergo quod successiue aquæ formam, post aeris formam suscipit est in re aliquid, & ab utriusque forma distinctum, atqui hoc, materia est, ergo seclusa forma, aliquid materia in re est. Deinde in omni generatione, quemadmodum ex physicis constat, opus est, ut aliquid sit. quod subijciatur, hoc aut actu aliquid est, aut solam potentiã uti Socrat. generandus, uel partim actu, partim potentia, si primum, uel tertium detur, id quod quærimus habemus, quoniam cum in actu sit, materia potestate est, ut complementum à forma suscipiat, si uero potestate est, ueluti Socrat. gignendus, ergo tunc actu existit. cum generatio finem, & terminum sortitur ergo secundum substantiam, æterna materia non est, ueluti Aristo. monuit. Demum omnis qualitas, omnisq; passio, quæ est in actu, & tandem omne quod aduenit requirit subiectum in actu, ut primo de

de generatione ab Arist. docetur, alioquin passiones essent à subiecto separabiles, siquidem ipsa E
essent in actu & subiectum non haberent in actu, sed generatio, materiæ primæ passio est, ut
Aristoteles definiuit, & materia est generationis subiectum proximum, ergo ipsa erit in
actu, alioquin non fieret generatio in actu, si subiectum eius, esset pura, & absoluta
potentia.

Propria opinio. *Cap.* 10.

QVare à prioribus non dissentientes, materiam suum existendi actum, forma seclusa ha-
bere asserimus, nam cum à priuatione longe differat, cumque non sit aliquid à mente
fictum, sitque, æterna, causa prior forma, & in omni mutatione præexistens, quare
actu materia, & subiectum erit, non enim ad suum esse in potentia est, quandoquidem si esset
materia in potentia, ad hoc, ut sit materia, materia non esset materia, quoniam id quod est in
potentia, non est illud, uti cum dicimus Socratem esse in potentia, non est tunc Socrates actu.
Rursus si materia ad suum esse, esset in potentia, aliam materiam præsupponeret, ueluti primo
physic. Aristoteles determinauit. Denique materia non esset, quam tamen asserimus substan F
tiam simplicem esse, nam quod fit quodque est in potentia, ut fiat, non est, ut 5. physic. demon
stratum est. Est ergo semper in actum materia, atque existi, sed cum sit seminarium, & Chaos
unde cuncta, agentium naturalium ope, in lucem prodeunt, fitque potentia omnia, ordine ca
ret, quem postea acquirit, particularium causarum mouentium impulsu, quæ eam ad hanc for
mā potius suscipiendā, quàm illam dirigunt. Et quãuis existat materia, & in actu sit, in poten
tia tamen est, uerum, ut ad diuersa comparatur, nam ut nunquam gignitur, nunquam est in
potentia, ut sit materia, sed quia in eius gremio semper facultas, diuersas formas recipiendi,
reperitur, propter materiæ indeterminationem, ut ait 4. de generatione animalium Arist. non
est actum. Atque hoc est, quod græci interpretes significatunt, cum dixerunt materiam actu
existere, & quod sit ingenita, & esse suum actuale, quod sua natura obtinet, illi à forma non cō-
municatur, quoniā ut sit ingenita, & substantia, & subiectum formæ, necesse est, ipsam existere,
ac actu esse, ueruntamen, quoniā hoc esse, quod à forma non mutuatur, imperfectum est, quod
Arist. ostendit, materiā definiens, quando inquit, quod potentia sit, quod idem sonat, ut Simp.
7. de anima monuit, quòd sit substantia imperfecta quæ à formis perfici apta est, cōplementum
enim & extremā perfectionē, à forma, materiæ cōmunicatur. Et idcirco semper cum forma exi G
stit à qua nunquā neque secundum suā essentiā, neque secundum rationem, ut materia, separa-
tur, nulla nanque ratio perfecta, uerā materiæ naturā explicat nisi una cum actu intelligatur.
Nā cognoscere materiā, ut substantia est, cognitio hæc imperfecta, confusaque est, & quæ sub
nomine amplissimo cōprehenditur, quare, quoniā suum esse imperfectum est, absque formis,
neque esse neque intelligi perfecte ualet, à quibus denique cōplementū recipit, à formis enim cor
pus efficitur, etenim materia, & si de se incorporea sit, potestate tamen est, ut corpus euadat,
quēadmodū primo physic. Arist. definiuit: quēadmodū enim in rebus artificiosis, ita in rebus
69 naturalibus materia se habet. Atqui in arte factis, æs, de se statua non est, potestate tamen est, ut
statua euadat fitque statua, cū statuæ formā recipit: ita in his quæ natura cōstant, materia res natu
ralis de se non est, potentia tamen est, ut cū naturales formas receperit, ut res naturalis euadat.
Cæterum multa sunt, quæ aduersus hæc obijci possunt, quorum primum est, si peculiarem actum
materia habet, ergo non omnem actum à forma suscipit. Deinde infinitæ imperfectionis mate-
ria est, igitur aliquam perfectionem habere nequit; insuper, in Deo optimo maximo est omnis
perfectio, quare materia cum rerum sit fæx, erit omnis imperfectio, ergo nullus actus de ea affir-
mari potest. Iam uero in composito, & concreto duo essent actus, primæ materiæ scilicet, & for- H
mæ. Demum contingeret, quòd id quod gignitur esset, nempe materia est, quæ gignitur, quam
non esse 5. physi. philosophus testatur, habet enim propriam existentiam. Sed hæc ita dissolui pos
sunt, nam cum dicitur materiam actum omnem à forma habere, id uerum quidē est, hoc sensu,
quod mutuetur, omnem definitam perfectionem à forma, sed quod semper actu sit materia, id
non habet à forma, licet sit cum forma, nec illud esse, est perfectio certa, & propria, sed quendā
existendi modum denotat in omnibus substantijs, quas mens non est commenta, quæve nō sunt
in potentia, ut sint, quomodo dicimus Platonem, antequam fiat, esse in potentia ut fiat. hunc actū,
nonnulli non imperite, actum entis uel præsentiæ nuncuparunt. Omne enim ens, quod præsens
est, & non præteritum, uel futurum, hoc habet, ut de illo fieri possit enunciatio, ut dicunt, de secū
do adiacente, & binaria. & licet hoc esse materiæ, semper cum forma cōiungatur, ab ea tamē illud
non suscepit; Neq; quod secundo obijcitur obstat, materiam esse infinitæ imperfectionis, id enim
ita intelligi oportet, quòd inter ea quæ existunt, nihil illa sit imperfectius, idq; habet ob suam in-
determinationē, quòd scilicet nulla forma propria circumscribatur, & ob id ad aliud refertur, at-
tamen

A tamen,ut eſt ſubſtantia,& ſi imperfecta,nõ ſignificat habitudinem. Quod uero à Latinis dicitur,
formam omnem imperfectionem à materia ſortiri, atq; omnem patiendi rationẽ ab eadem mu-
tuari,ita materiam omnẽ perfectionem à forma accipere. Id uerißimum eſſe dicimus, quòd ma
teria formæ omnem imperfectionem largiatur,& contra omnem perfectionem à forma materia
accipiat,ſed actu exiſtere,non eſt aliqua perfectio peculiaris,ac determinata,uerum omnibus quę
à mente non ſunt confecta,quæq; præſentia ſunt,conueuit,de quibus enunciare poſſumus,ea eſ-
ſe,ut materiam eſſe,eæ autẽ enunciationes,de præteritis,aut futuris,quæ non ſunt ferri nequeũt;
Quòd tertio obijcitur,dilui poteſt, Nam etſi materia, ob ſuam indeterminationem nullum actũ
hoc eſt nullam perfectionem obtineat, non eſt tamen illi ſubſtantiæ præſentis actus negandus,
alioquin,eſſet omnino eadem cum priuatione,quod ab Ariſt.lib.1.phyſi.exploditur. Ad id quod
deinceps obijcitur,reſpondendum eſt,quemadmodũ tertia huius operis diſputatione docuimus,
quòd cum ſint duæ in compoſito partes, duæ quoq; imperfectę ſubſtantiæ, in eo reperiuntur,
quæ una ſubſtantiam integram abſoluunt,& concreta ſubſtantia à forma ſpeciem ac unitatem ac
cipit,à materia uero habet,quod dimenſionibus conſtet,& diuidi poſsit,quæ utraq; corpus ſenſi-
bile faciunt,nam niſi forma materiam informaret,& materia formæ ſubſterneretur, nullus ſenſus
B de paſsionibus,ac affectionibus,quæ in compoſito percipiuntur,iudicium ferre poſſet.Sunt igi-
tur in compoſito duæ ſubſtantiæ,& duo actus imperfecti,quæ ut partes dicuntur eſſe in potentia,
totum uero eſt illud,quod uere dicitur eſſe actu. Sed ut forma, & materia inter ſe conferuntur,
forma dicitur actus,& materia in potentia,concretum uero eſt in actu. Quapropter philoſophi
aliquando dixerunt,materiam in compoſito eſſe in potentia,& formam in actu, nam ratio prima
eſſendi eſt à forma,& ſubſiſtendi à materia,& id uoluit Auer.ſecundo phyſi.cum inquit, materiã
eſſe inſeparabilem à forma,nam ſi à forma,ait,ſepararetur,id quod ſua natura non eſt in actu,eſſet
in actu perfecto.Atq; eodẽ pacto Ariſt.ſententia lib.5.phyſi.intelligi debet,ubi habet quod genera-
tur non eſt,& quod mouetur eſt; perinde, ac ſi diceret,quod mouetur eſt in actu cõpleto, ipſum
ſcilicet compoſitum, cuius eſſentia ex materia & forma coaceruatur.quod autẽ generatur non eſt
in actu perfecto,ſed ſubiectum,quod quidem eſt in potentia ad perfectionem, fit per generatio-
nem ſubſtantia perfecta.

Quæ obijciuntur diluuntur. Cap. II.

C His ſic explicatis,ni fallor,difficile non eſt, nodos omnes diſſoluere, qui obijciuntur; &
quo ad primum attinet,affirmandum eſt,quemadmodum ratio concludit, dari id,quod ſo-
lum potentia eſt,nulloq; modo actus, hoc uero, materia non eſt,ſed res gignenda, quæ in
ſuis cauſis poteſtate continetur. diluitur ſecundus nodus, nẽpe materia prima per ſe in potentia
eſt,& cauſa quare cætera in potentia ſint, nil tamen obſtat quòd actu ſubſtantia ſit, quæ quĩ im-
perfecta ſubſtantia eſt,eam potentia concomitatur,cuius merito nõ ad ſe ipſam potentia eſt, ſed
ad peculiares,& definit perfectiones,uti retro monuimus. Eadem facilitate tertius abſoluitur no-
dus,nam rationabile eſt,ut aliquid ſit,quod ſolum potentia ſit,& nullo modo actus, ſed hoc ma-
teria non eſt,ſed res producenda, uti meminimus retro. Quamuis alio modo diſſolui poteſt,ea
namq; ratio,qua Ariſt.utitur,ad primum mouens immobile concludendum,logica eſt; (quemad
modum græci interpretes aſſeruerunt)ueluti ipſemet philoſophus,eadem particula docet. Sed
nunc Ariſt. teſtimonia exponenda ſunt, & quo ad primũ ... lo. Grammatico reſpondendũ eſt
qui Ariſt. uerba interpretatur, aſſerens, ea particula Ariſt. uelle manifeſtare, quæ cauſa magis
ſit, quare tertia ſubſtantia ſit & una ſit, nũ materia, uel forma & ſoluens inquit, quod cauſę
propriæ ob quã eſſe, & unitas rebus ſubſiſtentibus cõpetit eſt actus & entelechia. etenim ſecundo
D phyſicorũ monuit, ad rerũ naturaliũ conſtitutionẽ magis formã, quã materiã pertinere, nã per
materiã res naturales actu non ſunt ſed poteſtatẽ, ob formã uero actu ſunt, ergo magis forma
cauſa eſt, quare res naturales ſint, & unũ ſint,quã materia, & uerba ita interpretanda ſunt: unũ
enim, & eſſe quoniã multis modis dicitur etenim unũ genere, ſpecie, numero, analogia, uincu-
lo uel conglutinatione, quot modis etiã ens dicitur, quoniã unũ & ens,ſe mutuo conſequuntur.
Quod ſcilicet cauſa eſt, quòd rebus unũ & eſſe ineſt, propriæ endelechia, & actus eſt, propria
enim uniuſcuiuſque formæ cauſa magis eſt, quòd res actu ſit atq; una per ſe ſit, Non igitur quę
rendũ eſt, quid eſt quod animã corpori uniat, præter naturã formæ & materiæ, licet actus, &
forma magis quã materia cauſa ſit. Neque quod obijcitur obſtat ex materia uidelicet, & forma
unũ per ſe non fieri, nã etſi materia actu ſubſtantia ſit,imperfecta tamen eſt, & poteſtate corpus
& tertia ſubſtantia, iure ex ea, & forma unum per ſe fit. Quod inſuper Auer. 7. huius, docet
ita intelligendum eſt, omne eſſe uidelicet cõpletum à forma proficiſci,& hoc Ariſt. etiã ſecundo
de anima intelligebat, aſſerens omnibus rebus eſſe à forma proficiſci, etenim cõpletum eſſe
non niſi à forma rebus communicatur,forma enim materia aduenienſ, ut corpus ſit atque per

ſe

se ſtet, facit. Cætera uero quæ obijciuntur, ex retro dictis iam ſoluta ſunt. E

De potentia materia. *Cap.* 12.

CAeterum, quoniam per potentiam materia definitur, iure inquirendum erit, num ad ma
teriç eſſentiam potentia pertineat. qua in re Auer. uerba difficultatem pariunt, nempe pri
70 mo de ſubſtantia orbis, inquit potentiam materiæ ſubſtantiā eſſe, ſed primo phyſic. op-
poſitum teſtatur, nam aſſerit eſſe accidens materiæ, quæ formç aduentu deletur. In propoſitæ
quæſtionis ſolutione, qui Auer. doctrinam magnifaciunt, non conſentiunt, nempe poſteriores
materiam duplici modo ſpectari poſſe inquiunt, primo modo in eſſe uniuerſali, ut puta quo ad
prædicata, quæ materiæ, in ſuo eſſe quidditatiuo conueniunt. quem conſiderandi modum, ex
latinis ſubtiles nuncupati, primum naturæ ſignum appellant, quo pacto materia eſt ens abſolu-
tum, cum ſubſtantia ſit, & ita potentiam aliquam non claudit, neque propinquā, neque remo-
tam. Altero modo materiam conſiderant ut ad formam confertur, quæ conſideratio ſecundum
naturæ ſignum ab eiſdem appellatur, & ita potentiam claudit, quæ eſt relatio, atque ita à na-
turali philoſopho conſideratur, nam prior conſideratio, ad diuinum ſpectat philoſophum, F
4 Quod per Auer. confirmant, qui 7. phyſic. inquit, ſi quicquam ut ſubſtantia, uel accidens cō-
21 ſideratur, hanc ſpeculationem primo philoſopho aſcribendam eſſe teſtatur, quod eodem libro
paulo poſt confirmat, nempe ait, materiam, ut eſt unum entium, à diuino conſiderari. Verum
quoniam potentia, quam materia in ſecundo ſigno includit, bipartita eſt, altera, quę ad for-
mam indiuidualem eſt, quæ corruptibilis eſt, altera uero, formam in communi reſpicit & hæc
æterna eſt, quæ formæ aduentu non deletur, deque hac primo de ſubſtantia orbis Auer. loqui-
tur, de priori uero potentia primo phyſic. ſermo factus eſt, & ita Auer. uerba, quæ pugnare
uidentur conciliant. Sed hi plurimum hallucinantur, nam & à ſemetipſis diſſentiunt, neque
etiam uera fatentur, & ut à primis eorum uerbis exordiamur, inquiunt, materiam in primo
ſigno naturæ abſolutum ens eſſe, & nullam potentiam claudere, & hanc conſiderationem diuino
phyloſopho aſcribunt, ut uero potentiam includit ipſius conſideratio naturalis eſt. Aduerſus
hęc ita inſtamus, ſi materia ut ens eſt, à diuino philoſopho conſideratur, ergo in reſpectu ad for
mam, per quam exiſtit, nam idem ſonat materiam ut ens conſiderari, ac ſi ut exiſtat, ſpectetur,
ergo in materia, in primo ſigno, ut à primo philoſopho conſideratur, potentia includitur, om-
ne enim eſſe ſecundum eos à forma prouenit, ergo materia ita conſiderata, in reſpectu à for- G
ma, ſpectatur. Quæ ratio ita confirmari poteſt, eiuſdem ſcientiæ eſt, conſiderare cauſam,
& id cuius eſt cauſa, atqui primus philoſophus conſiderat materiam quatenus exiſtit, ergo con
ſiderabit principium per quod materia exiſtit, hoc uero principium forma eſt, ergo materiam
in reſpectu ad formam diuinus philoſophus conſiderabit. Deinde aſſerunt, diuinum philoſo-
phum materiam ſpectare quo ad prædicata abſoluta, atqui eam ut potentia eſt, conſiderat, ergo
potentia eſt ens abſolutum, quod ipſi non confitentur. 7. enim metaph. materiam definiens Ariſ.
inquit, quòd potentia eſt. Quare ſi ita materiam definit, ita conſiderat, nempe conſiderandi
modus definiendi modo reſpondit. Non minus decipiuntur, quando aiunt, materiam qua-
tenus potentia eſt à diuino philoſopho conſiderari non poſſe, plane enim ab Ariſt. diſſentiunt,
qui 4. Meta. inquit, primū philoſophū ens quatenus ens eſt, & quæcunq; ei per ſe inſunt, conſide-
rare inter quæ potentia, & actus conſiderantur, quare materia ut potentia eſt à primo philoſopho
conſideratur. Hallucinantur demum, quando aiunt potentiam eſſe relationem, atque ſolum
in prędicamento ad aliquid collocari. Si enim omnis potentia relatio eſſet, ergo actus & poten
tia omne genus non circuerent ut Auer. & Ariſt. teſtatur. Ad idem, ſi materia ut à naturali con
ſideratur, quatenus potentia eſt, quæ eſt accidens, ſpectatur, ergo non quidditatione materiam H
naturalis conſideraret, quoniam illius naturam diuinus contemplatur, quare prims philoſophus
quidditates particulares conſideraret, quod ipſi non concedunt. Sunt & aliæ opiniones, quæ quo
niam uanæ ſunt idcirco ſilentio mandantur.

Propria opinio. *Cap.* 13.

HActenus recentiorum opinionem reiecimus, nunc propria afferenda eſt, quæ ut aperta
reddatur, erunt primum nonnulla ſuſcipienda, quorum primum eſt, ab utroque philoſo-
pho tam diuino, quàm naturali, primam materiam contemplari, diſtinto tamen modo,
etenim ſcientiæ diuerſæ in re conuenire poſſunt, at in conſiderandi modo nequaquam, quemad
179 modum Ariſt. primo poſteriorum docet, & Auer. in epito. logi. capite de qualitate conficien-
18 di demonſtrationes, & definitiones, quod philoſophus etiam confirmat, ſecundo phyſicorum
quando inter geometram, & naturalem diſcrimen præbuit, uterque enim magnitudinem con-
templatur

A templatur, distinto tamen modo. Considerandi uero motus, (ueluti prima disputatione docuimus, idem est, omnibus in scientia consideratis. Inde fit, quod cum considerandi modus, diuino philosopho conueniēs, ab illo, qui naturali competit, diuersus sit, quòd uterque, diuersa tamen ratione, materiam primam contemplari potest, est uero considerandi modus, primo philosopho conueniēs cuncta ut entia sunt considerare, uti prima docuimus disputatione. Quare sub hac ratione, primam materiam diuinus considerabit, & idcirco eius absoluta consideratio diuino philosopho propria est, (ueluti priori disputatione definiuimus.) intelligendi uero modus, qui naturali proprius est, cuncta uidelicet, ut naturalia sunt, considerare, quemadmodum x I. huius Arist. monuit, quare prima materia quatenus entis naturalis principium est, à naturali considerabitur, & idcirco potentia, quæ materiæ natura & substantia est, ab utroque philosopho, diuersa ratione considerabitur, Alterum accipiendum est, duplicem esse materiæ potestatem, quarum altera, est eius substantia, altera uero accidens. Hanc de duplici materiæ potentia distintionem, primo per Auer. confirmari potest, qui primo physic. inquit, accidit substantiæ materiæ, ut sit potentia omnis forma, non quòd potentia eius sit substantia, quoniam interiret materia formæ aduentu, primo de substantia orbis, potentiam materiæ substantiam 70
B esse testatur. & quinto Meta. inquit, potentiam esse ex accidenti qualitatem, ut puta ratione dispositionum, quibus intermedijs cum facilitate, uel difficultate agit, uel patitur, per se uero substantiam esse testatur. Quod Alex. testimonio 7. phys. confirmat, inquit enim, idcirco philosophum, ad potentiam non esse motum non demonstrasse, quoniam 5. phys. ostensum est, ad substantiam non esse motum. Datur itaque in materia duplex potestas, quarum altera est substantia, altera uero accidens. Cæterum opus est, ut quid unaquæque sit explicemus, demum quo pacto inter se distinguantur. Verum ut primum clareat, potentiæ diuisionem afferre necesse est, quam 5. primæ philosophiæ Arist. tradit. potentia itaque bipartita est, in actiuam & passiuam: est uero actiua potentia, principium transmutandi alterum quatenus alterum. Passiua uero principium est transmutandi ab altero, quatenus alterum. Hinc eorum liquet error, qui omnem potentiam relationem esse asseuerant, relatio enim, neque agendi, neque patiendi principium est, potentia igitur actiua, uel passiua relatio non erit. Potentia itaque passiua substantia materiæ est, & nō est nisi substantia illa imperfecta, quæ ab omni forma perfici ualet & nulli est adicta, & propterea 3. phys. Arist. eandem infiniti rationem habere dixit, & 2. Meta. materiam infinitam quoddam uocat. quinimmo uolens hanc materiæ imperfectionem, 7. huius innuere, 19 20
C inquit materiam nec esse quid, nec esse quale, neque quantum, sed potentia omnes actus, hoc est substantia imperfecta, quæ per omnes actus perfici ualet, & idcirco eius natura & substantia negatione comprehenditur: hæc nanque indeterminatio, nunquam ad finem perducitur, nunquam deficit, nec adueniente forma definit. & idcirco primo physic. Arist. materiam secundum potentiam esse ingenerabilem, & incorruptibilem asserunt, hoc est, sua natura, suaque indeterminatione nunquam defecturam, ob id uidelicet, quod formæ, quas recipit certo numero non continentur, sed infinitæ sunt. Hanc materiæ substantiam, & naturam, quæ nulli actui est, addicta, sed ad omnem indeterminata est, concomitatur potentia, quæ accidens est, nam si nulli actui materia est addicta, & perficienda est, ergo eos omnes actus suscipere ualet. Verum quoniam ad definitum actum potestas hæc non refertur, idcirco indeterminata, & uniuersalis nuncupatur; ueluti enim materia ab unico actu suum non suscipit complementum, neque per hanc potestatem, unius actus, compos efficitur: Materiæ enim natura nulli actui adicta est, quare neque ad unicum actum, potestate est, sed omnes potest suscipere. Hanc potestatem Simplicius secundo de anima docet, quando inquit materiam esse substantiam imperfectam, quæ ab omnibus formis perfici est apta, & Auer. inquit, materię quidditatem esse, omnes posse suscipere
D re formas. Veruntamen hæc sola potestas in materia pro formis suscipiendis sufficiens non est sed altera necessaria est, cuius merito, materia certum definitumque actum suscipere potest, atque huius formæ, & non alterius capax efficitur. Sed ut res aperta reddatur, illud ignorare non oportet, quòd priuatio nil aliud est, nisi formæ absentia cum potentia determinata ad eam suscipiendam. Sed priuari forma non simpliciter dicitur, nam primo intelligere possumus, materiam sub indeterminatione illa priuari forma, quam priuationem nonnulli potentiam remotam appellarunt, quæ ab æterno est in materia. Dicitur rursus materiam priuari forma quam habet, quòd eam, scilicet suscipere nequeat, quoniam non datur regressus, sed hæc impropria est locutio. Dicitur postremo priuatio, carentiæ formæ definitæ, cum potentia ad eam recipiendam. Hæc priuatio formam contrariam concomitatur, qua materia perficitur, estque causa, ut altera contraria priuetur. De hac priuatione multa Arist. pronunciauit, nempe non esse ens per se, nam priuationis ratio est, absentia determinatæ formæ. Accidere materiæ, materiæ enim accidit, propter aduentum definitæ formæ contrariæ, ob quam materia perficitur, cum dispositione ad suam oppositam. Esse terminum à quo incipit generatio, & ad quam terminatur

corruptio: Esse principium per accidens, atque eius causa materiam esse generabilem, & corruptibilem. Quare potentia hæc postrema priuationem concomitatur, quæ materiæ accidit ob contrariæ formæ aduentum, puta quòd actu calidum est, potentia est frigidum, quando enim calidum est, frigidi absentia est, cum potentia ad illud suscipiendum; etenim priuatio duo significat, nempe formę definitæ absentiam, & potentiam ad determinatam formam. Hæc potestas materiæ accidit, quamprimum res actu existit, quoniam formam, ob quam materia perficitur, coucomitatur. Merito uero agentis ad actum deducitur, generaus enim, priusquam formam consimilem educat, materiam afficit, & disponit, & præparamentis intermedijs ad actū deducitur, atq; huius indiuiduæ formæ, ita capax efficitur, quod nō alterius, neq; eiusdē, neq; alterius speciei. quæ formæ aduētu deletur. Hæc uero potētia uaria, & multiplex est, nō secus quā actus. Et de hac 3. phys. Arist. loquēs, inquit, si eadē esset potētia sanitatis, & ęgritudinis, idē esset sanitas, & ægritudo, & per hāc potestatē materiæ primæ naturā nequaquā describimus, sed bene peculiaris materiæ rationem afferimus, quæ ad unam tantum formam distinatur: atque hæc materia, & potentia, deficiente forma deficit, per nouam enim formam, quæ materiæ aduenit, priuatio desinit, illaque potentia, quæ per priuationem habebatur. Cum uero ea forma, quæ iam adest materiæ aboletur, materia quoque quę compositi portio erat, interit, desinitque esse côncausa, cum ea forma. Verum adueniente alia fit compositi pars, & respectu formæ est concausa, nam quamquam materia semper est concausa cum forma, parsque compositi, non tamen unius, ac eiusdem compositi est pars. Similiter nec eiusdem formæ est concausa. Et hæc est Alexandri opinio, primo de anima. Tria itaque in materia consideranda sunt, primum, actu substantia imperfecta, hancque imperfectionem, potentiam quandoque Arist. nuncupauit, & ab eodem per negationem describitur, quæque perennis est, numquam defectura. Secundum consideranda est, habitudo, quam ob suam imperfectionem, ad formas habet. Et demum priuatio, certæ formæ, quam habet ad formas, ob quam, materiæ essentia, non interijt, neque sua ad formas habitudo, licet potentia, quæ priuationem concomitatur deficiat. Verum ut magis res aperta reddatur. Vtriusque potentiæ differentiæ exponendæ sunt. Differunt itaque, quoniam prima una numero est, & fundamentum alterius potestatis, quæ est respectus t secunda uero secundum actuum numerum, quæ in materia suscipiuntur, multiplicata est. Rursus prior nunquam deletur, sed semper manet. Secunda uero, formæ aduentu deficit, & quamuis hęc potestas deficiat, est tamen quasi materiæ operatio, & per ipsam materiam conseruatur, est enim materia formarum susceptiua, per hanc potestatem, successiue, uarias de- G
20 finitasque formas recipit, & idcirco Aueroes primo cæli inquit, in materia non esse potentiam nisi ad separationem eius ab actu. si igitur substantia materiæ est in potentia & fuerit aliqua materia, cuius potētia nunquā sit reducta ad actū, Hæc potētia est, otiosa & superflua, & si nō esset generatio, & corruptio, nō staret operatio huius uirtutis, scilicet potētiæ. Operatio .n. istius potentiæ quæ ex ea est, quæ est abscisio ex acumine gladij, & generatio, & corruptio, Si ergo hæc potētia est sine generatione, & corruptione, contingeret ut aliquid esset sine operatione, propter quā fuit ens, quod est impossibile. Demum prior potentia non est relatio, sed qualitas, nam est materiæ aptitudo ad formas omnes suscipiendas, & idcirco actu adueniente non deletur, quoniam formam, ut terminum oppositum non respicit, immo eius merito, materia perficitur, secunda uero potestas respectus est, quæ etiam priuationem connotat, quoniam prior formæ negationem, & non priuationem connotat; Quare quo pacto destinguantur ex his patet. Sed quis obijcere posset, si materiæ natura est substantia imperfecta, quæ à formis est apta perfici, ergo ad aliquid materia erit, atq; accidens satis diminutum, sed diluitur dubitatio hæc, non enim sequitur ut relatiua sit materia, aliud enim est esse alicuius, & ad aliquid esse, materia enim est alicuius, quia est in comparatione ad formam, non tamen debet dici ad aliquid, nisi denominatiue, ut multi dicunt. atque H
26 hoc pacto secundo physi. Arist. materiam ad aliquid esse dixit, quia est determinata ad formam, tāquam ad suā perfectionem. Atq; hoc pacto Arist. 8. eiusdem operis inquit, imperfectum destinatur, & terminatur ad perfectum. Sed quis adhuc quærere posset, cur priuationis loco potentiā Arist. non posuit, cum potentia priuationem connotet. Ad hanc dubitationem dicendum puto; quòd iusta de causa priuationis loco, potentia posita non est, nam priuatio alium terminandi, & principij mutationis modum significat, nempe formæ contrarium, At potentia minime, & omnis mutatio ex contrario in contrarium est. Rursus nec semper deponit actum potentia, uerum cohæret cum actu, uti prior potentia, at priuatio cum actum, cui opponitur semper adijcit: secunda uero potentia actum reijcit, aduersaturq; ei, ratione priuationis, quam in se complectitur. Itaq; ob id, potentia non connumeratur inter principia, sed priuatio, quoniam priuatio alium principij modum, à materia formaq; diuersum notat, quem potentia non explicat. Et hæc de materiæ potestate, atq; natura.

De trina

A

De trina dimensione prima opinio. *Cap.* 14.

CAeterum, ut quæ de supercælestium materia in posterum dicenda sunt, aperta reddantur, de trina dimensione differendum esse duximus, si in materia prima dimensio reperiatur, antequam formas suscipiat. Est enim trina dimensio longitudo, latitudo, & profunditas: quare difficultas est, num materia longa, lata, & profunda priusquam formas suscipiat, existat, & num materiæ coæterna atq; una numero genito, & corrupto sit. In solutione difficultatis propositæ non consentiunt philosophi. nonnulli opinati fuere, ita dimensionem respectu materiæ se habere, uelu ti formæ naturales, quæ secundum speciem & rationem, & non secundum numerum, perpetuæ sunt, ita dimensiones specie & ratione sempiternæ sunt, non autem numero, quare quantitas, quæ in Socrate qui nuper genitus est, reperitur, est de nono orta, quæ Socratis interitu deficit, quare nulla magnitudo una numero materiæ coæterna est. Insuper aliud affirmant, dimensiones, formas in materia non anteire, sed eas concomitari, primum enim materia formas recipit, deinceps forma affecta, quanta efficitur, & idcirco in materia dimensiones actu non sunt, sed potestate. quéB admodum enim contrariorum, quæ sunt in qualitate, eadem est numero subiecta materia, ut puta calidi & frigidi, albi & nigri, uel dulcis & amari. demostratum enim est, unam & eandem numero materiam esse contrariorum, puta calidi & frigidi, sicci & humidi, & aliarum repugnantiarũ, quæ mutatur ab altero in alterum. Propterea quòd actu quidem, semper fit alterum contrariorũ, potestate uero alterum, & subiecta quidem materia nunquam est separata ab uno ex contrarijs, propria autem eius consideratione, & ratione est alia ab eis, & numero manens eadem, suscipit utrumq; contrarium, ita eorum, quæ in quantitate sunt, ut magni, & parui, eadem numero est capax materia. Si enim aliquam quãtuncunq; magnitudinem per se habuisset materia, non suscepisset contrarium, ei quod habet secundum naturam, quemadmodum nec si secundum naturam fuisset alba, nigrum suscepisset. Quoniam autem sicut alijs formis, ita etiam priuata est corpore, & magnitudine, & eas quæ sunt in magnitudine repugnantias, eadem numero manens suscipit. Hanc eorum sententiam ex multis persuadent, & primum omne accidens in substantia in actu fundatur uelnti in cathe. Arist. docet, quando inquit, omne aliud à prima substantia, aut dicitur de prima substantia, uti secunda substantia, aut est in prima substantia, ueluti sunt accidentia omnia, atque trina dimensio accidens est, ergo in prima substantia, & non in simplici materiæ natura suscipitur.

C Quod secundo de anima Auer. confirmat, asserens penes hoc substantiæ formas, & accidentia distingui, nam substantiæ formæ in prima materia recipiuntur, accidentia uero in substantia composita, & hoc Arist. docet, tertio primæ philosophiæ, quando ait, substantiam esse accidentibus 4 priorem, natura, tempore, & definitione, quare cum naturales formæ substantiæ sint, quodcunq; 4 accidens, quod in materia suscipiendum, præcedunt, deinde ens per se, prius est, eo quod est, per accidens, sed quod ex materia, & substantiæ forma conflatum est per se est. Quod uero ex materia & dimensione constat per accidens est, ergo materia primum substantiæ formas, deinceps dimensiones recipit. Ad hæc in genito quandoque quantitas est maior, quàm in corrupto, ueluti quando ex aere fit ignis, ergo si eadem dimensio manet, in genito, quæ præfuit in corrupto, uel eadem præcise cum priori est, aut alia & diuersa, non eadem præcise, nam idem esset maius, & minus, respectu eiusdem, ergo alia est, quare in eo quod genitum est aliqua noua portio est, quæ prius, in corrupto non præfuit, ergo si hæc pars de nouo genita est, ergo, & tota, nam quæcunque eiusdem rationis sunt, quod uni, & alijs per se etiam conueniet, quéadmodum primo & secundo de cælo, constat. Atqui omnes magnitudines partes eiusdem rationis sunt, er 10.78. go si earum aliqua genita est, ergo & omnes genitæ erunt. Confirmatur ratio, si aliqua magnitudinis portio, genita foret, reliquæ uero sempiternæ essent, ergo specie, genere plusquam ge 49

D nere differrent, nam caducum, & sempiternum 10. huius ita distingui Arist. definiuit. Deinceps materia prima est pura potentia passiua respectu omnium formarum, igitur potentia con 25 tradictionis, ergo non magis dimensionem, quàm eius priuationem sibi definit. Demum omnis forma à materia dependens est generabilis & corruptibilis, trina uero dimensio à materia dependet, ergo generabilis, & corruptibilis. His itaque coniectutis, trinam dimensionem substantiæ formas in materia non anteire, neque eidem, æternam esse, ostendunt.

Auer. opinio. *Cap.* 15.

SEd horum sententia, à ratione, & ab Arist. prorsus dissentit. uerum. priusquam enarratæ opinionis deceptionem ostendamus, Auer. opinio referenda est. Opinatur itaque materiam antequam aliquam denouo suscipiat formam, magnitudine affectã esse, at eidem coæternam esse, ita quòd per recentis formæ ortum nulla magnitudo in materia gignitur, sed illa præcise,

quæ in corrupto præfuit, in genito reperitur, quæ ob nouæ formæ aduentu terminom ſuſcipir, E
quæ una numero priuatiuæ eſt, per terminorum priuationem, uti materia, ob formarum ca-
rétiam una numero dicitur, quare duo, ab Auer. affirmantur, alterum trinam dimenſionem
ſubſtantiæ formas in materia præuenire, alterum eidem coæternam eſſe, atquæ eadem numero in
geniro & corrupto permanere. Primum ita oſtenditur, ſi materia ante formarum aduentum,
magnitudo non præeſſet, formæ materiatæ per ſe, & ex accidenti indiuiduæ eſſent. id quod con
ſequitur duobus acceptis probatur, quorum primum eſt, quando aliquod in aliquo mediaote
quodam alio recipitur, illud quod recipitur, ſecuodum oaturam illius ſuſcipitur, quo mediante
recipitur, qoemadmodum albedo de ſe eſt indiuidua, & quia intercedente ſuperficie, quæ diui
dua eſt in corpore recipitur, ideo & ipſa diuidua efficitur. & idcirco io lib. prædic. Ariſt. inquit,
quanta eſt ſuperficies tanta erit albedo, quate omne impartibile in aliquo ſuſceptũ aliquo diuiſibi
80 li intercedente, diuiſibiliter recipitur, quod Ariſt. 8. phyſic. docet, quando inquir, in maiori
magnitudioe eſſe maiorem uirtutem, & in minori minorem. & hoc fundamento Auer. in libello
de ſubſt. orbis, iotelligentias indiuiduas omnino eſſe oſtendit, quoniam per magnitudinem in-
termediam in materia noo ſunt. Alterum ſundamentum eſt, formæ diuiſionem accidere, ob ma
gnitudinem, quemadmodum Ariſt. 5. primæ philoſophiæ monet, aſſerens, omne quod diui- F
ditor, & partem extra partem habet, hoc merito quantitatis & magnitudinis habere. Quibus
ſumptis, ita id quod conſequitur probatur. ſi aote formæ aduentum, materia magnitudine af-
fecta non eſſet, ergo cum materia ſua natura indiuidua ſit, ergo formam indiuiſibiliter reciperet,
quare forma in materia ſuſcepta, & ſua natora, & merito materiæ indiuidua forer, neque, ob
couſequentem magnitudioem diuidi ualer, quoniam cum magnitudo per formam intermediam
recipiatur, quæ eſt indiuidua, impartibiliter magnitudo ſuſcipietur, & ita cauſa diuiſionis for-
mæ non erit, quare formæ prorſus impartibiles eſſent. Secundum abſurdum, quod ſequitur, ſi
ante formarum receptionem magnitudine affecta materia non foret, eſt, quod tolleretur mo-
tus, quod ex retro ſomptis fundamentis ſequitur, materia enim, & forma cum indiuiduæ ſint,
magnitudo receepta, erit iodiuidua, quare totum compoſitum impartibile erit, & ita corpus
non erit, nam corporis ratio eſt ut ſir omniquaque diuiſibile, ur primo cæli conſtat. Rurſus
2 immobile eſſet, omoe enim mobile diuiſibile eſt, ut 6. phyſi. patet, quare tolleretur motus. Ter
tium quod ſequitur abſurdum, eſt, materiam uoicam tantum habere formam, & nullam aliam
ſuſcipere poſſe, neque ſimol, neque ſucceſsiue, & ideo generatio, & corruptio tollerentur, atq;
entium multitudo. Etenim materia potentia eſt, ut ſimul plures poſsir recipere formas, ergo G
ne iſta potentia fruſtetur, ut ad actum reducatur oprtet, ergo cum uarias diuerſaſque formas ſi
mul materia ſuſcipit, cum huiuſmodi formæ ſe ſimul compati nequeanr, opos eſt, ur in diuer-
ſis materiæ partibus recipiantur, quare partes extra partes materia habebit: atqui diuiſio rei non
accidit, niſi merito quaotitatis, & magnitudinis, ueluti 5. Met. Ariſt. definiuit, ergo ante for-
marunn aduentum magnitudinem materia habet. Conſimiliter neque ſucceſsiue, uarias formas
ſuſcipere poſſet, ſi magnitudine prius affecta noo eſſet, nempe ſi aliarum formarum ſuſceptiua
eſt, oportet ut illæ, quas habet deleantur, ergo corrumpente indigent, quod in materia cum re
corrumpenda communicat, quare opus eſt, ut partes habeat, quarum ratione ſit, ſub re cor-
rumpenda, & corrumpente, quas habere nequit, cum magnitudine careat, & ita ſucceſsiue plu
res formas ſuſcipere non poſſet. Nooulli hæc abſurda aufugere conantur aſſerentes materiã,
& formas, ob conſeqoentem magnitudioem partiri, imagioatur enim, materiam actu indiui-
duam eſſe, poteſtate uero diuidua, fit uero actu diuidua, atque actu partes habet, ob magnitu-
dinem, quæ conſequitur, & ita duo priora abſurda euitant, nam ea propoſitio ita intelligenda
eſt, oẽ qđ recipitur per modũ illius ſuſcipitur, in quo recipitur, ſed materia potentia diuidua eſt,
ideo forma ĩ ea recepta potẽtia diuidua eſt, fit uero actu diuidua, p magnitudinẽ, quæ cõſequitur. H
Sed horũ ſolutio uana eſt, nã nullom poſterius, oeq; prioris, neq; eius diſtioctionis cã eſt, atq; ma
gnitudo, qm̃ formam cooſequitur, ut ipſi aiunt, materia, & forma poſterior eſt, ergo materiæ
& formæ diſtinctionis, magnitudo cauſa eſſe nequit. Deinde matetia ptius formas diuerſas ſu-
ſcipit, quàm magnitudinem, ut ipſi aiuot, ergo cum in eo priori formæ illæ diuerſæ ſimul ſtare
nequeaur, opus itaque eſt ut in diuerſis materiæ partibus ſuſcipiantur, quas materia abſque ma
gnitudine habere nequit. Demum ſi magnitudo quæ conſequitur ſufficiens eſſet, ad diſtinguen-
dum materiæ partes, fieret, ut ex omni materiæ portioni quodcunque generari poſſet, etenim
portio materiæ ſecloſa omoi forma, & magnitudine, poteſtate eſt, quòd magnitudinẽ omnem
& terminum atque formam recipiat ut ipſimet teſtantur. quod fieri nequit. nam ſi ex uno terræ
pugillo mille ignis generantur, ex dimidio uero pugillo, mille gigni nequeunt, defectus uero
non ex materiæ parte ſimpliciter, eſt, ſed quoniam materiæ portio ſub exigua magnitudine eſt.
Vana igitur ſunt quæ ab his dicuntur. A magnitudine oero, nunquam materia ſpoliatur, ſed ei
coæterna eſt, eſt enim eius propria affectio, quę ab eo cuius eſt, ſeparari nequit. Quæ res ita
primo

A primo de ſubſt. orbis, ab Auer. oſtenditur, ſi interminata dimenſio à materia ſepararetur, tunc
corpus fieret ex uon corpore, & dimenſio ex non dimenſione, & ita formæ corporales eſſent
contrariæ, & ſuccedentes in materia. Verum quo pacto conſequutio ualeat, uarijs derelictis
ſententijs, ita eam nos deducimus. & primum accipimus, quod Ariſt. primo phyſ. monuit, om
ne quod fit ex oppoſito fieri, ergo ſi corpus, quod trina dimenſio dicitur, fieret, ergo ex oppoſito
fieret, ergo ex non corpore, & ita dimenſio ex non dimenſione. quod quidem dici nequit, quia
omne quod fit, ex materia affecta magnitudinem fieri retro oſtendimus, quare ſi, dimenſio fie-
ret, ex materia non affecta magnitudine fieret. Deinceps dubium ſoluit, quis enim aſſerere poſ-
ſet dimenſiones ex dimenſionibus fieri? hoc euertit Auer. nam illud contingeret abſurdum, quòd
dimenſiones ſibi inuicem contrariæ eſſent, & ſuccedentes in eadem materia, quoniam quod fit,
ex oppoſito fit, non ergo dimenſiones pereunt, ſed materiæ coæternæ ſunt. At nunc cauſa ex-
plicanda eſt, cur trina hæc dimenſio inſtituta ſit. ſed hæc multiplex eſt, quarum prima, quemad
modum inquit, Auer. eſt quia materia eſt potentia, ut uarias, diuerſasque non ſolum ſimul, ſed
etiam ſucceſsiue recipiat formas, quas recipere nequit, niſi magnitudinem habeat, nempe ut
partes habeat oportet, quas ſine magnitudine habere nequit. Cauſa ſecunda eſt, ut formę ma-
B teriales diuiſiones ſuſcipiant, ſi enim dimenſiones non præeſſent, formæ impartibiles per ſe & ex
accidenti eſſent, & ita omnis motus tolleretur. patet itaque cauſa. Sed ſupereſt, ut Auer. opi-
nionem modo explicemus, & eam Ariſt. teſtimonio confirmemus. opinatur itaque Auer. quòd
quemadmodum materia, eſt actu materia, & ad ſe ipſam potentia non eſt, ſed ad formas,
quæ ex eius ſinu educuntur, ita dimenſio eſt actu dimenſio, & poteſtate, ut terminum ſuſcipiat
quem ob formam recipit, & quemadmodum una numero, ob formarum negationem materia di
citur, ita dimenſio, ob terminorum priuationem, una numero eſt. Quòd uero hæc ſit Ariſt.
ſententia, ipſius teſtimonio confirmari poteſt, qui ſecundo de ortu, & interitu, eaſdem nume- 29
ro, genito, & corupto ſimbolas qualitates permanere aſſerit ad hoc ut facilior tranſitus fiat, qua
re ſi ſimbolæ qualitates, quatenus interminatæ remanent, ergo & trina dimenſio interminata,
non enim maior ratio eſt, de huiuſmodi qualitatibus, & trina dimenſione. ob hanc itaque, in ma
teria præexiſtentem magnitudinem, formæ omnes partiuntur, quæ per materiam exiſtunt, quem
admodum Ariſt. uarijs in locis teſtatur, 8. enim de phyſ. auditu, cum cæleſtium diuinorumq; 79
corporum animas in materia non conſiſtere oſtendit, ſed ab illa eſſe omnino liberas, ita quemad
modum omnibus latinis uidetur, ratiocinatur. Nulla uirtus in materia conſiſtens, per tempus
C mouet infinitum, At cæleſtium animæ, per tempus infinitum mouent, ergo per materiam non
conſiſtunt. Et priorē propoſitionem, ira demonſtrat, ſi enim uirtus in magitudine, per tem-
pus infinitum moueret, aut hæc ipſa uirtus, in magnitudine infinita, aut finita exiſtit, atqui in
magnitudine infinita perſiſtere nequit, quoniam nulla eſt magnitudo infinita, ut ex phyſicis con
ſtat, quare in magnitudine finita exiſtit. At nulla talis, per infinitum tempus mouet, quoniam
hac uirtute diuiſa in plures partes, earum quæque per minus tempus quàm totum mouet. Hæc
Ariſt. demonſtratio uniuerſam formam in magnitudine exiſtentem, illius partitione eſſe diui-
duam, accipit. Si enim indiuidua, aliqua forma, quæ in materiā exiſtit, foret, non ne ſtatim
Ariſt. demonſtratio rueret? Nam quis diceret, quòd etſi uirtus in materia ſit, diuidi tamen
nequit, quare formæ partem accipere non licet; & paulo poſt dicit, in maiori magnitudinem, 80
maiorem, in minori uero, minorem eſſe uirtutem. Et 6. phyſic. monuit formam, quæ iuxta 49
propriam naturam indiuidua eſt, ob ſubiectum, in quo recipitur, partiri. Tria nanque ſunt in “
quit quæ eſſe dicuntur in mutatione, & quod mutatur, & in quo, & ſecundum quod mutatur, ut “
homo, & tempus, & album, homo igitur & tempus diuiſibilia ſunt, de albo autem alia ratio “
eſt. Verum ſecundum accidens quidem omnia diuiſibilia ſunt, cui enim accidit quale, aut al- “
D bum illud diuiſibile eſt. & primo de cælo, quando probat infinitum, à finito pati non poſſe, utitur
hac argumentatione, Quod forma in materia illius diuiſione partitur. Et in tertio eiuſdem 6
operis dicit, paſsiones autem omnes diuiſibiles dupliciter ſunt, aut enim ſecundum ſpeciem, aut “
ſecundum accidens, ſecundum ſpeciem quidem, uelnti coloris, album, & nigrum, ſecundum “
accidens uero, ſi id, cui in eſt diuiſibile ſit. Secundo etiam de anima in ſtirpibus, & anuloſis ani 19.20.
malibus aſſerit, animam actu unam eſſe, potentia uero plures, fit uero actu plures, per diuiſio-
nem, Quare ſi forma omnis ob ſubiectum in quo recipitur, diuidua eſt, ante igitur eius aduen-
tum, in materia, magnitudinem præexiſtere oportet. Hæc uero, quæ ante formas magnitu-
do eſt, interminata eſt, nempe certo, definitoque termino caret, Terminatur deinceps ob for-
mam, quæ in materia recipitur. uerum explicare oportet, num magnitudo interminata à termi-
nata magnitudine diſtinguatur, & qui ſint magnitudinis termini. In quorum ſolutione à ſe-
cundo exordiemur. Dicimus itaque magnitudinis terminos, eius eſſe differentias, quæ exi-
guū & amplū, ſeu magnū & paruū ſunt, nā magnitudinis termini ſunt, penes quos magnitudinis
attendit̄ uariatio, ſed penes magnitudinis differētias tota magnitudinis attēdit̄ diuerſitas, differē

tiæ igitur magnitudinis ſunt illius termini, At exiguũ & amplũ formales magnitudinis differentiæ E
84 ſunt, ut Simp. 4. phyſ. docet. Termini igitur magnitudinis ſecundũ quos uariatur, amplũ, & exiguũ
ſunt, uerũ de re hac ſatis abunde in diſputatione ſecunda de accrectione diſſeruimus, ex quibus qđ
quæritur diluitur, nempe quamuis dimenſio una numero ſit, ut tamen ſpectatur, ut terminata,
& interminata ſpecie à ſe ipſa diſert, quoniam (uti docuimus) amplum, & exiguum magnitudi
nis differentiæ formales ſunt: ueluti enim mat eria, ut uarijs afficitur formis, à ſe ipſa diſtingui-
tur, ita dimenſio, ut uarios ſortitur terminos, à ſe ipſa alte ra eſt, Quatenus enim ſpectatur, non
ut alicui certæ definitæque formæ coniuncta eſt, interminata nuncupatur, nam erit longitudo,
latitudo & profunditas, ſine termino, qm̃ non magis, ſub exiguo, quàm ſub amplo ſtare poteſt:
quatenus uero certis definitisque formis, ut coniuncta eſt, conſideratur, ita terminata efficitur,
quoniam uel exigua, uel ampla eſt, huiuſmodi uero à nonnullis extenſionis gradus appellantur,
Res enim naturales, ad maximum, & ad minimum definitæ ſunt, terminum uero ſuſcipiunt à
forma, quare forma non dimenſionis terminos, ſed cauſa quare magnitudo terminum ſuſcipai,
dimenſionis enim terminus amplum & exiguum eſt, ut puta tanta magnitudo, tanta latitudo,
atque profunditas, ut decem palmorum, quod uero ſit decem palmorum dimenſio, à forma, cui
eſt coniuncta, habet: uerum quoniam forma gignitur, & deletur, ergo dimenſio ratione ter- F
mini, ſemper diuerſa eſt. Sed quis ambigere poſſet, terminus dimenſionis, ut puta longitudi
nis, eſt puntus, latitudinis uero, eſt longitudo, & profunditatis, latitudo, non ergo amplum,
& exiguum dimenſionis termini ſunt. Sed ſoluitur hoc magnitudinis quidem internus termi-
nus, & ipſam conſtituens, hic eſt, qui expoſitus eſt, de quo nullus nunc eſt ſermo. Amplum
uero, & exiguum differentiæ ſunt, magnitudinem diuidentes, atque eam ut terminata eſt,
conſtituentes. Quare abſolute de magnitudinis termiuo ſermo non eſt, ſed quatenus ter-
minata conſideratur. quæ cum de dimenſione explicata ſint, difficile non erit, dubia diluere.

Dubia diluuntur. Cap. 16.

ET ut primi dubij ſolutio pateat, intelligendum eſt, accidentia duplicia eſſe, alia etenim ter
minata dicuntur, quæ rebus habentibus formas inſunt, alia uero interminata nuncupantur.
priora accidentia, non ſuſcipiuntur niſi in ſubſtantia compoſita, quoniam hæc formam
conſequuntur, cuius merito terminantur, cauſa enim finitatis, & termini, forma eſt, ueluti ex
3. phyſic. conſtat. Secunda uero accidentia in materia ante formæ aduentum ſuſcipiuntur, nam G
oppoſitorum, oppoſitæ ſunt cauſæ. Cum itaque res à forma terminum ſuſcipiat, igitur infi-
nitatem atque indeterminationem à materia corpora ſortiuntur, quemadmodum Ariſt. 3. phyſ.
docet. iure igitur, indeterminata accidentia in materia ſuſcipiuntur, terminata uero in materia
forma ſubſtantiæ affecta. ſed dubium ſolutio habet, nam illud contingeret, quod nullum eſſet
inter formas ſubſtantiæ, & accidentiæ diſcrimen, quoniam utrunque in materia ſuſcipitur. Sed
ſoluitur, nam omnes aiunt, multifariam adinuicem ſubſtantiæ formas, & interminata accidentia
diſtingui, etenim primo ſeparantur quoniam ſubſtantiæ formæ, ſubſtantiæ partes ſunt, rurſus,
eſſe completum materiæ tribuunt, interminata uero accidentia, neque ſubſtantiæ partes, neque
materiæ abſolutum eſſe tribuunt. Ariſt. teſtimonium nobis non obſtat, nempe in cathegorijs
de his loquitur accidentibus, quæ in prædicamento ſunt, quæ ortui & interitui obnoxia ſunt, quo
niam in prædicamento, non niſi caduca collocantur, ut non ſemel Auer. monuit: dimenſio ue-
ro interminata ſempiterna eſt, uti retro docimus, quare in genere collocanda non eſt, atque de
ea nullum Ariſt. in cathegorijs ſermonem habet. Quod uero ad ſecundi dubij ſolutionem per-
tinet, dicimus per ſe ens, per accidens ens abſolute, & per ſe non conſequi, ex accidenti uero,
atque reſpectu eiuſdem, fieri poteſt ut conſequatur, quod enim per accidens eſt, ut diſpoſitio H
præcedere poteſt, dimenſio itaque materiæ diſpoſitio eſt, formæ enim ſubſtantiæ ſuſcipi neque-
unt niſi in ſubiecto magnitudine affecto, & actus agentium recipi nequit, niſi in ſubiecto beno
diſpoſito, quemadmodum ſecundo de anima Ariſt. definiuit. Diluitur tertium atque aſſerimus
24.26. eandem numero magnitudinem in genito & corrupto reperiri, eſt tamen altera, atque mutatur
ſecundum terminos, & idcirco abſurdum non ſequitur, ut idem ſecundum idem, ſit maius, & mi
nus. diluitur poſtremum, & Peripatetici nomine formæ materialis, non ſolum eam intelligunt
quę à ſubiecto dependet, ſed quæ de potentia ad actum ab agente ex eius gremio educta eſt, &
hæc ortum, & interitum patitur, quo pacto dimenſio non ſe habet, nam etſi à ſubiecto depen-
deat ex eius ſinu ab agente educta non eſt, quemadmodum cæleſtia accidentia, à ſubiecto cor-
pore dependent, ueluti dimenſio, non tamen ortum, & interitum patiuntur. His ſic explica
tis de cæleſtis materiæ natura diſſerendum eſt.

A

De cælestium corporum materia. *Cap.* 17.

QVæ quoniam ad duo conferri poteſt, & ad ſuam formam,& motionem, qua circunfertur
de ea utroq; modo dicemus. Materia itaque hæc, ut ad formã cõfertur,ſubſtãtia actu im-
perfecta eſt,quẽadmodum ſublunarium materia,hoc tamen ab ea diſtinguitur, quoniam
hæc à uarijs diuerſiſq; formis perfici ualet & uni actui nõ eſt addicta,cæleſtis uero materia,ab uni
ca tantum forma perficitur,à qua ſpoliari nequit, ob quam definitum, determinatumq; corpus
euadit,ut puta cæleſte, quare ueluti ſublunarium materia, de ſe ſubſtantia actu imperfecta eſt, &
propter ſuam formam caput euadit, ita diuinorum corporum materia de ſe actu imperfecta ſub-
ſtantia eſt,& merito ſuæ formæ,ab æterno corpus euaſit. Veruntamen imperfectionis ratio utro
biq; altera,& diuerſa eſt,quæ enim in ſublunari materia,imperfectio eſt,cauſa exiſtit, ut materia
ab una non ſatietur forma,ſed ut uarias,& infinitas,quæ ſub certo numero non continentur, ex-
petat,& idcirco huiuſmodi materiam,potentia,quæ contradictionia nuncupatur,concomitatur;
nempe oppoſitas,& omnes,eſt potens ſuſcipere formas,& quando ſub altera ſtat, oppoſita pote-
B ſtate eſt; cæleſtis uero materia,quamuis imperfectionem retineat,hæc ipſa imperfectio cauſa nõ
eſt,ut infinitas ſuſcipiat formas,ſed ut unica forma ſit contenta, à qua ab æterno ſuum recepit cõ
plementum,& aliud ab alio actu ſuſcipere nequit,quare ex ſe materia cæleſtis ad unicam formam
eſt deſtinata, determinataq; cui ſemper fuit, & erit coniuncta, & idcirco rectius ſubiecti, quam
materiæ nomen ſortitur,etenim inquit Themiſt. duo nomina de materia affirmati,quorum alte
rum eſt,ut materia appelletur.hoc nomen ſemper potentiam indicat, quod uere de ea,quæ in cæ
leſtibus eſt,ut ad ſuam formam confertur,affirmari nequit, nam reſpectu formæ nullam omnino
dicit potentiam. Se habet enim,ueluti quæ corruptibilium eſt materia,hæc enim,cum ad formã,
quam habet,confertur,nullam retinet potentiam, & ideo ſubiectum nuncupatur, uerum quoniã
hæc eadem,oppoſita poteſtate eſt,materiæ nomen ſortitur. Cæleſtis uero materia, quoniam alia
forma poteſtate non eſt,ſed uni actui ſemper eſt addicta,ſubiecti nomẽ ſolum meretur, & idcirco
materia in actu appellatur,& ut inquit Auer.materia ſemper formæ fixa, quemadmodum, primo
uolumine de cælo docuit, Vbi definiuit,cæleſtium materiam,eſſe materiam in actu, ſublunariũ
uero in potentia.Etenim huiuſmodi materiæ,ut ſtant ſub ſuis formis conferuntur, uerum, quia
cæleſtis materia,alia poteſtate non eſt,ſolum ſubiectum,& materia in actu nuncupatur,corrupti-
C bilium uero materia,& ſubiectum,& materia appellari poteſt, ut enim ad formam quam habet cõ
fertur,ſubiectum dicitur,quatenus uero hæc eadem,oppoſita forma poteſtate eſt,atq; potens eſt
uarios ſuſcipere actus,materiæ nomen conſequitur. Hinc illud planum efficitur, diuinorum cor
porum materiam,potentiam nullam claudere,etenim eam non retinet,quæ materiæ naturam cõ-
comitatur,nempe hæc innaſcitur, quoniam materia unica non eſt contenta forma, ſed ob ſuam
imperfectionem,infinitas expetit,cæleſtis uero materia quia ab æterno, ad eam quam habet for-
mam,eſt deſtinata,cui ſemper adhæret,igitur eius naturam contradictionis nuncupata potentia,
non concomitatur, neq; alteram claudit poteſtatem: etenim hæc à formæ ſubſtantiæ priuatio-
ne ortum trahit,quæ quidem priuatio,in cæleſtibus non reperitur,ergo nullam claudit potentiã,
ſed ab omni prorſus remota eſt, Niſi nomine potentiæ,poſsibile intelligamus,ueluti Ariſt. mo-
nuit,ſub finem libri perih.& græci docuere, quando eam animæ definitionis partem, (potentia
uitam habentis)interpretantur, etenim cæleſtis materia,ſuum complementum ſemper ſuſcipiẽs,
illud eſt,ſemper potens ſuſcipere; poteſtatem uero,quæ actum abijcit, reſpectu ſubſtantiæ nullã
habet,quod Ariſt.9.diuinorum definiuit, inquiens, nihil ſempiternorum potentia eſt, etenim ſi 17
ad eſſe,etiã ad non eſſe potentiam haberent,quia omnis potentia contradictionis eſt. Ex his itaq;
D ſatis liquet,cæleſte ſubiectum ſuam poſtremam perfectionem, abſq; aliqua potentia,à ſua forma
ſuſcipere. Hinc eorum liquet error,qui potentiam ſecundum dimidium contingẽtis, cæleſtibus
aſcribunt. Etenim omnis potentia, quæ in materia eſt, priuationem, uel negationem claudit,
atqui cæleſtis materia, nunquam ab actu, quem habet, fuit uel erit priuata, ergo nullam habet
potentiam, quare neq; eam, quam ſecundum contingentis dimidium nuncupant;Deinde Auer.
ſecundo de ſubſtantia orbis cæleſtia corpora oſtendens,ex materia,& forma, ueluti caduca non
eſſe conflata,hæc profert uerba, Nulla enim potentia eſt, in eo omnino, omne enim,in quo eſt
potentia,non eſt niſi potentia ad duo contradictoria,ſcilicet potentia,quæ eſt in ſubſtantia, qua-
re confitetur,omne quod ad ſubſtantiam potentiam habet, ad duo contradictoria potentiam ha-
bere,atqui cæleſtia,ſecundum eos,ad ſubſtantiam potentiam habent;nempe aſſerunt cæleſtem ma
teriam adeſſe potentiam retinere, quare materia hæc contradictionis eſſet potentia. iuxta Auer.
itaq;, potentia hæc figmentum eſt, Ad idem Ariſt.9.diuinorum, inquit.nihil uero potentiæ ſem ,,
piternum eſt,ratio aut hæc,omnis enim potentia ſimul contradictionis eſt, quare cum contradi- ,,
ctionis potentiam ſempiternam non claudant, ergo nullam habent, ergo neq; eam,quæ ſecun- ,,

dum dimidium contingentis est. Deinceps,ut Arist.demõstratione horum euertatur opinio, ita E
cum Arist.ratiocinemur,si sempiterna ad esse potentiam haberent,ergo ad non esse, atqui pote-
state ad non esse uacant,ergo ea quæ est,ad esse caret:ratiocinatur enim philosophus, ab euersio-
ne consequentis,ad antecedentis interemptionem,quare omnem respectu substantiæ potentiam
« remouet.& paucis interpositis,uniuersam potentiam contradictionis esse,ita ostendit. Possibile
« autem omne contingit non actu esse,quod igitur est possibile esse,contingit, & esse & non esse,
« idem igitur est,possibile,& esse,& non esse,possibile enim non esse,contingit non esse, continges
« tamen non esse , est corruptibile , aut simpliciter , aut hoc ipso , quo dicitur contingere non esse
« aut loco , aut quanto,aut quali , simpliciter auté, quod secundum substantiam, nihil ergo incor
« ruptibilium simpliciter,potẽtia est ens simpliciter. Ergo Arist.ratio hæc est,omne quod possibi-
le est , esse , est possibile non esse,atqui isti testantur , sempiterna corpora , quod sint possibilia
30 esse,ergo possibilia non esse,plane itaque horum sententiam Aristoteles euertit. Et duodecimo
« meta. quando diuinas mentes , puros & simplices actus esse docet , inquit,Si fuerit motiuum, aut
« effectiuum , non operans autem aliquid , non erit motus,contingit enim potentiam habens,non
« agere. Et quibusdam interpositis, Nam si non ageret , non erit motus, adhuc autem neque si
« aget , substantia autem ipsius potentia , non erit motus sempiternus , contingit enim potentia F
« existens , non esse. Inquit ergo , quòd id quod in sua substantia potentiam claudit,& si actu ope
retur , contingit non esse , ergo quamuis cælum actu semper agat,quoniam potentiam in sua sub
statia claudit , secundum hos,contingit non esse. Quinimmo Arist. demonstratio eueneretur,
quis enim asserere posset , in sua substantia intelligentias potentiam habere , quæ secundum dimi
dium contingentis est , & proinde inferre non licet , ipsos contingere non esse. Quare non re-
cte Arist. concludit , quòd si in sua substantiam potentiam retinent , contigunt non esse,itaque
respectu substantiæ asserendum est,cælestem materiam nullam includere potentiam. Nihil ta-
men impedit , quia ex ea , & sua forma , uerius unum fiat , quàm ex anima & corpore in animali-
bus caducis , sed quo pacto hoc fiat explicandum est , uerum ita intelligendum non est. Cæle-
stẽ corpus de se in actu esse , ita ut actum distinctum habeat & non à sua forma,cæleste enim cor
pus , forma seclusa , corpus actu non est , sed id est in actu , ut sit propter formam, qui actus , sic
intelligitur , quod ex se determinatum est , ad propriam formam , nec ullam habet potentiam ad
esse , uel non esse, sed ab æterno fuit actu sub forma.& propterea dicitur ab Auer. materia in actu
quomodo Themist. primo physic. in disceptatione de materia , dixit, materiam propria forma
perfectam , subiectum nuncupari , quia iam potentiam admisit ad eam , quam habet formam. G
Cum itaque à corpore cælesti,ortum, & interitum , atque ueram efficientiam secluserimus , ma
nifestum est , nullam requiri potentiam , sed ex se ad actum proprium esse determinatum. & hoc
docuit Auer. 4. de substantia orbis , quando inquit, Corpus uero cæleste,est quasi materia istius
formæ abstractæ , quia est materia existens in actu , & ideo non assimilatur materiæ , nisi in hoc
tantum , quia est materia fixa , ad recipiendum formam,& ideo dignius dicitur subiectum,quàm
materia , Materia autem quæ est hic , dicitur materia , quia est potentia forma , in ea fixa, & di-
citur subiectum , quia est affixa formæ , & fit compositum ex materia, & forma , ex quibus con-
stat unionem inter cælestem materiam , & suam formam , absque potentia existere. Est igitur
cæli materia , complementum à sua forma recipiens , per nullam potentiam , sed est subiectum
fixum , & determinatum , ex se, & ita simpliciter formæ adiectum , eique obediens ut naturam
formæ imitetur , nihil de eius detrahens perfectione. Quod non ita in materialibus formis
accidit , nam subiectum , ipsæ in esse constituentes,etiã constituuntur,& materiæ immerguntur,
ita ut potentia materiæ inficiantur , & unum cum materiali subiecto euadant. At cælestis for-
ma , cælum absque ulla potentia constituit , quod ex se semper est , suo actui unitum , & ideo ue
rius dicitur subiectum , quàm materia. Talia inquam materia tota erit uoto illius formæ dispo H
sita , nam de perfectione eius nihil detrahit. Hæc autem est cælestis corporis natura , ut ad suum
actum confertur. Sed nunc , an cum ad quale , & ubi confertur , potentiam retineat , aperien-
dum. Omnes potentiam retinere , testati sunt,sed eorum nonnulli asseruere respectu motus po-
tentiam , quæ contradictionis est , obtinere, quia cælestis motio sua natura deficere potest , sic
autem sempiterna est , propter intelligentiam semper mouentem , talis euadit. Sed quòd hi ma
xime decipiantur , ex retro dictis constare potest , etenim docuimus orbicularem motionem,
qua cælestia circunferuntur , suapte natura sempiterna esse. Ab Arist. etiam dissentiunt,qui,non
inquit , cælestia ad motionem potentia esse , sed ad ubi , & quale , atque eadem non est , sed di-
uersa potestas ad motum , & ad ubi,uti retro docuimus. Quapropter affirmandum est,cælestia
respectu ubi , & qualis , potentiam , quæ contradictionis est , retinere , quemadmodum Arist.
17 9. primæ philosophiæ monuit , sol enim cum sub uno ubi est , ad aliud potentia est , ueluti cum
arietem pertransit , potentia est , ut Taurum pertranseat , atque ita materia nuncupari possunt,
nempe materiæ nomen (uti antea docuimus) potentiam indicat , quare cum non nisi respectu
ubi,

A ubi, & qualis, potestatem diuina corpora retineant, iure sic materiæ nomen sortiuntur, Respectu etiam qualis, potentiam retinere dicuntur. quoniam siderum nonnulla, quandoque lucida, quandoque tenebricosa sunt, quemadmodum luna, & idcirco potestate sunt, interdum tenebra, interdum lumen, & quamuis hanc retineant potestatem, nihil tamen de eorum aufertur substantia; etenim potentia ad ubi; nihil per motum localem de substantia aufert, & idcirco cælestia sempiterno motu reuoluuntur, sine ulla substantiæ diminutione. & quoniam respectu ubi, cælestis contradictionis potentia in est, idcirco materia de ubi nuncupantur, quemadmodũ 8.9.& 12. meth. Arist. docuit. His sic explicatis, quæ subiecti cælestis natura sit, satis constat, ex quibus Aegidij nodos diluere, non erit difficile. 12.17. 10

Aegidij fundamenta euertuntur. Cap. 18.

ET quo ad primum pertinet, confitemur cælestia, cum rebus caducis, secundum magnitudinem comparari, magnitudo tamen, in utroque corpore secundum analogiam eadem est, si prout à naturali consideratur, spectetur, nam si mathematice concipiatur, eiusdem rationis est, quia mathematicæ definitiones sunt, secundum abstractionem, Si uero naturaliter spectentur, quia materiæ, & formæ diuersæ sunt, ideo magnitudines erunt diuersæ, & si eædem, non nisi secundum analogiam, quare quo pacto cælestia cum rebus mortalibus, in magnitudine communicant, ita, & in materia. conueniunt uero in magnitudine analoga, ergo, & in materia analoga. Consimiliter secundus soluitur nodus, nam & si in raritate, & densitate conueniant, hæc eiusdem rationis in caduco, & sempiterno corpore non sunt, nam (ut aiunt) raritas & densitas in rebus mortalibus, accipiuntur, penes plus habere de materia, quã de forma, siquidem densum dicitur, quod plus de materia habet, quàm de forma, rarum uero quod plus de forma, & minus de materia, ut in corpore cælesti, rarum, & densum cognoscuntur, penes uisum terminare, & non terminare, etenim ea cæli pars densa est, quæ si inter aspectum nostrum, & superioris cæli partem interponatur, supremam uidere prohibet, ueluti quando luna inter solem & uisum interponitur, occultatur sol; Quæ uero pars uisum non impedit, rara dicitur, Quare quoniam sublunaria & cælestia in raritate, & densitate uniuoca non communicant, sed analoga, idcirco non in subiecto uniuoco, sed analogo conueniunt. Soluitur tertius nodus, cælestia .n. multiplicata sunt, sed nõ tãtum numero, sed specie & genere uniuoco, siquidẽ in æternis sub specie indiuiduorum multitudo non datur, quare quæ multiplicata sunt numero sub eadem specie, materiam uniuocam habent, quo pacto cælestia corpora non se habent, quo uero pacto in cælesti materia potentia sit, priori cap. iam docuimus. quod uero alius ostendit nodus, ad primam unam materiam esse deueniendum, confitemur, uerum hæc in utroque corpore eadem prorsus ratione non reperitur, sed secundum analogiam, ueluti ex retro dictis constare potest, Neque huiusmodi materiæ differunt, sed diuersæ sunt, quoniam se ipsis distinguũtur, actus autem distinguit, & separat, quæ differunt, Nempe ea differre dicuntur, quæ cum in aliquo uniuoco conueniant, quibusdam differentijs distinguuntur, quæ uero primo diuersa sunt, in aliquo communi uniuoco non communicant, & se ipsis sunt distincta, quemadmodum 5. meth. definiuit Arist.

Cælestium subiectum de se in actu esse asserentium opinio. Cap. 19.

NOn semel retro monuimus, diuinorum corporum subiectum, & si aliquem existendi actũ habere definiuimus, de se tamen corpus minime existere, sed ob suam formam. Verum quoniam res hæc latet, & multis philosophis ambigua uisa est, idcirco quo pacto se habeat, inquirere iudicauimus. Nonnulli itaque, cæleste subiectum de se in actu, & corpus, esse asseruere, & a sua forma solum accidentia habere, ut puta motionem in gyrum, & reliqua accidentia, se habent enim cælestes formę, quemadmodum in naui gubernator, qui iam constructæ naui sua præsentia, solum actionem largitur, ita diuinæ formæ earum præsentia, subiecto, quod de se in actu, & corpus est, motum orbicularem, cæteraque accidentia tradunt. Et ut horum sententia aperta reddatur, intelligere oportet hos duo formarum genera instituere, quorum alterum est, quod operationem sine esse largitur, & huiusmodi formas, cum subiecto, quo ad secundum actum solum uniri trahunt, & se habere, ut in naui gubernator se habet. Est, & alterum formarum genus, quod subiectum in esse constituit, in quo quidem genere, duntaxat formas, quæ ortum, & interitum patiuntur, collocant. Vniuersam siquidem formam, quæ materiam perficit, ac in esse constituit, ex materię siuu educi, & ab ea dependere instituunt, ueluti sunt formæ omnes materiales, quæ subiecta propria constituentes, ab eisdem constituuntur. Primum formarum genus, ex Platonis dictis, in Alcibiade, originem traxit, ibi enim hominem definit

definit animam esse, corpore utentem, quo pacto anima potius assistere dicitur, quam dare esse. E
11 A Platonis sententia, Arist. minime dissentire uidetur, uam secuudo de anima inqnit, Amplius
« autem in mauifestum, si sit corporis actus anima, sicut nauta nauis, & 8. physic. eorum autem
28. « quæ sunt secundum naturam ipsa à se ipsis, nt animalia, non enim hoe in manifestum est, si ab
« aliquo moueantur, sed quo modo, oportet accipere mouens ipsum, & quod mouetur, nidetur
« enim quòd ibi sit aecipiendum, sicut in nauibus, & in non natura existentibus, sie, & in anima
« libus, esse diuisum mouens, & id quod mouetur, sic & omne se ipsum mouet. Primi generis
formæ cælestium animæ sunt, unaquæqne enim diuini corporis forma, suo orbi tantum assistit, cui actiouem, ut lationem in gyrum prębet, cælestis uero orbis, indiuiduum demonstratum, & ens de se in actu est. Huius opinionis multa sunt fundamenta, quorum primnm est, omnis forma, quæ sua natura uniuersalis dicitur, fieri nequit, ut in eorpore suscipiatur, quod ex formis, quæ per participationem uniuersales nuncupantur, confirmari potest. Lapis enim uniuersaliter acceptus, in nullo subiecto, ob suam uniuersalitatem recipi potest. multo igitur minus quod simpliciter separatum esse habet, ut cælestes formæ. Amplius ex duobus existentibus in actu, per se unum fieri nequit. Atqui cæleste subiectum materia in actn est, & eius forma actus, ergo unum per se fieri nequit, si modo suum esse, à forma susciperet, nnum per se fieret, quod F
fieri nequit, cum in cęlo nulla sit potentia respectu substantiæ, & ea unum per se faciunt, quorum alterum est potentia alterum uero actus. Fieret etiam, nt diuinum corpus quoddam com-
c. 2. positum esset, quod fieri nequit, ueluti ex Arist. ratione, 14. meth. ostendi potest. Quo loco probat, æternum ex elementis componi non posse, quia oportet, nt potentia sit in illud, unum componibilium, & quod potentiam ad esse habet, corruptibile est. Eadem ratione dicere possumus, ex intelligentia, & orbe non fieri nnum, qnia oportet cælnm esse in potentia, consimilis enim ratio est, siue componentia, sint generis naturæ horum inferiorum, siue alterius, siue constituant compositum de genere, rerum materialium, nt sublnnaria hæc sunt, quæ composita dicuntur, per formam in materia constitutam & constituentem, siue sint composita, ex eo quod forma constituit, & non eonstituitur. Hac ratione Auer. aduersus Christianos 13. meth. usus est. ponentes Denm trinum, & unnm, inquit, omne compositum est nouum, cælum uero æternum est, igitur non est compositum. Confirmatur ratio, Auer. tertio de subst. orbis, sic contra Auic. argumentatur, si cæleste corpus, ex materia, & anima imaginatiua compositum existeret, ortum & interitum pateretur. Hæc ratio in uirtute illius medij ualet, quia omne com-
positum nouum est, neque obstat, si dicatur, illud eompositum esse, cujus forma, ex gremio G
materiæ educta est, qnia Auic. animam imaginatiuam de materiæ potentia eductam esse non
c. 4 asseruit, ueluti ex 9. suæ meth. patet. Auer. etiam 7. primę philosophiæ de uirtute formatiua
31 uerba faciens, inquit, uirtutem formatricem, non esse in semine, ueluti anima in calore naturali, sed est ita, quòd sit inclusa in eo, sicut anima est inclusa in eorporibus cælestibus: sed perspicuum est animam semini esse non largiri, ergo neque orbi, sua forma esse præbet. & iu calce primi de substantia orbis, non fuit dictum inquit cælum, habere animam, nisi propter appetitum, & motum in loco, atqui neque ob appetitum, & latiouem, necesse est cælestem animam, materiam in actu efficere, Qnare nulla ratione erit, eius forma perficiens, non enim propter appetitum, quoniam in cælestibus formis, idem est appetens, & appetibile, quemadmodum in eis
90 idem est sciens, & scirum, uelnti Auer. primo cæli, & 12. huius, definiuit, ergo si cælestis
36. 51. anima in suo appetitu orbe indigeret, accideret eius substantiam, ab orbe esse causatam. Neq; itidem ob lationem, quia cæli uis motrix, in se lationis actiuitatem habet, cnm non manu, aut,
12 pede moueat, sed coguoscendo. Idem Aueroes octauo meth. cum narrauit, inquit, quòd istæ substantiæ eælestes non habent materiam, quia uon suut compositæ ex materia & forma,
sed ex corpore & forma animata, intelligibili scilicet, non ita quòd anima sit res animata, nec H
ita quòd illic, est aliquid quod animatur per animam, aut uiuit per nitam, sed sunt animata per se, & uiua, Omne enim qnod uiuit per uitam, est generabile & corruptibile, & ideo dicit Themist. quòd sol, & luna, & stellæ, aut sunt formæ sine materijs, aut habent materiam per æquiuocationem. Et primo de substautia orbis, cum fuerit declaratum inquit, quòd formæ corporum cælestium, existunt in suis subiectis, tali existentia, quòd non diuiduntur diuisione sui subiecti, & qnòd causa in hoc est, quòd non existunt in subiecto, secundum qnòd sunt diuisibiles, fuit declaratum quòd istæ formæ non constituuntur per subiectum, immo sunt abstractæ in esse, quoniam existunt in toto subiecto, & uon diniduntur per eius diuisionem, coutingit quòd non constitunnrur per subiectum, non enim existunt in eo neque in toto, neque in parte, & uniuersaliter, neque diuisibiliter, neque indiuisibiliter. Ex quibus uidetur, cælestium animas eis esse non largiri. Rueret rursus Aristotelis demostratio qua 8. phys. cælorum formas ostendit, prorsus à materia seiunctas esse. si itaq; suum orbem, animã pficeret, omnino à materia libera non esset. Ad hæc cælestes animæ, ex accidenti ad cæli motionẽ

mouerétur

A mouerētur, Auer. enim primo & secundo de subſtātia orbis, Auic. arguens de anima imaginatiua, quam cælo aſcripſit, inter alia abſurda, quæ ſequuntur, inquit quòd ad ſubiecti motionem moueretur. Rurſus contingeret cæleſte corpus alio indigere motore, qui per ſe cælum moueret, Nam cæleſtes formæ ex accidenti mouentur, & omnis motor per accidens, ad motorem per ſe reducitur. confirmatur ratio Auer. octauo phyſi. oſtendens cæleſtes formas ex accidenti non moueri, aſſerit, mouentia quæ apud nos ſunt, ex ſe, & ex alijs ſecundum accidens moueri, ſcilicet, ex motu ſubiecti, ſcilicet primi moti ab eis, & hoc eſt, quia motor conſtituitur per primum motum ab ipſo, ſcilicet quia motor eſt in eo forma, & motum materia, & eſt acceptū in definitione formæ, ſecundum quod materiæ accipiuntur in definitionibus formarum, & hoc eſt id, quod dicitur moueri per accidens in rei ueritate. Motor uero in corporibus cæleſtibus non conſtituitur per ſubiectum ipſius, & ideo non mouetur per motum ſubiecti, moti ab ipſo, hoc modo accidētali. Ex quibus conſtat, quòd idcirco motores in rebus ſublunaribus, ex accidenti mouentur, quia ſunt formæ propria ſubiecta conſtituentes, motores uero cæleſtes ex accidenti non mouentur, quia per ſubiectum in eſſe non conſtituuntur. Inſuper illud contingeret abſurdum, quòd in definitione cæleſtis formæ diuinum corpus ſumeretur ſecundum quod materiæ in formarum definitionibus 52

B accipiuntur. neq; tamen obſtat, ſi dicatur hoc ſequi, in formis conſtitutis per ſubiectum, nam cū animæ definitio, omni animæ conueniat, fieret, ut corpus organicum, in animæ definitione non eſſet accipiendum. Ad idem Auer. ſecundo de ſubſtātia orbis, his uerbis, uiſus eſt, quod quæritur, abſoluiſſe. Et uidetur quòd ad eſſe corporis cæleſtis, non ſit neceſſaria eius forma, ſicut eſt diſpoſitio in corporibus animalium, quæ ſunt hic, in animalibus enim, quæ ſunt hic, animæ eorum uidētur eſſe neceſſariæ, pro eſſe corporum eorum, quia non ſaluarētur animalia, niſi per ſenſibilem animam, & imaginariuam. corpus autem cæleſte, cum ſit ſimplex, & non tranſmutabile ab aliquo extrinſeco, non indiget in ſuo eſſe anima. Et in eodem ſecundo & octauo meth. diſtinguens cæleſtē materiam ab ea, quæ eſt hic, inquit, primam eſſe in actu, ſecundam uero in potentia. inquirunt itaq;, cum cæleſtis materia, ad ſublunarem materiam confertur, aut comparatio fit, ſecluſis per mentem, ipſarum formis, aut ut ſub formis ſtant, aut, ut cæli materia ſub forma ſtat, ſublunaris uero ut abſq; forma concipitur, uel uice uerſa. Si ſecundum ſectionis mēbrum detur conſtat, utrāq; in actu eſſe, ſi uero tertium, uel quartum concedatur, comparatio uitioſa eſſet, quia in æquiuoco permaneret, quare primum admittendum erit, quare formis ſecluſis, cæleſtis materia erit in actu, ſublunaris uero in potentia. Hoc ſecundo de ſubſtantia orbis, & primo cæli & octauo phyſi. con 12 92.78.

C firmat, inquiens, corpora ergo cæleſtia ſunt materiæ ſimplices, & formæ eorum ſunt formæ non in materijs. Eandem ſententiam xij. meth. repetit, dicens, generabilium materiam in potentia eſſe, tranſlatorum uero in actu. Deinde ſi cæleſtis forma ſuum ſubiectum conſtitueret, cauſam eſſe ctricem haberet, quoniam cauſæ internæ, extrinſecas præſupponunt. confirmatur efficiens, & forma non coincidunt in idem numero, ueluti ſecundo phyſi. Ariſt. definiuit; quare cum forma cæleſtis, ſit cæli effectrix cauſa, ipſius forma eſſe nequit. quæruut deinceps, ſi forma à ſuo orbe ſecludatur, num orbis mouetur ſolum, an forma, an potius compoſitum ex orbe, & forma, primum enim concedi nequit, ſecluſa enim forma, orbis, etſi ſubſtantia actu ſit, motus ſubiectum eſſe nequit, cum hoc corpus ſit, uti quinto phyſi. patet. neque ſecundum dari poteſt, formæ enim cæleſtes per ſe moueri nequeunt, quare tertium, ut concedant oportet, & ita ex accidenti cæleſtis forma mouebitur, nam quando compoſitum aliquod per ſe mouetur, eius forma ex accidenti mouetur. Deinde cæleſtis forma à materia dependeret, nam inter materiam & formam eſt mutua, & eſſentialis dependentia, ut ſecundo phyſi. conſtat, materia enim eſt formæ cauſa, & forma materiæ, quare ſi cæleſtis anima, ſuum ſubiectum conſtitueret, ab eodem conſtitueretur. Rurſus nullū per ſe ſubſiſtens alterius pars eſſe poteſt. cæleſtes animæ per ſe exiſtunt, igitur alterius partes eſſe 70 8 30

D nequeunt, quare non ſunt formæ ſubiecta propria conſtituentes, nam conſtituti partes fierent. Demum omnis forma, quæ ſubiectum conſtituit in eſſe, illius diuiſione partitur, & finitæ actionis eſt, atqui cæleſtes animæ, neq; diuiduæ aliquo pacto ſunt, neq; actionis finitæ, non ergo propria ſubiecta in eſſe conſtituunt. Sunt & alia fundamenta, quæ quoniam eodem modo ſoluuntur, iure ſelentio mandantur.

Arguitur opinio. Cap. 20.

SEd multifariam, multiſq; modis opinio hæc euerti cōſueuit, & primum per rationem formæ nempe formæ ratio, ut quinto primæ philoſophiæ, & in 7. eiuſdem operis patet, dicitur quòd ſit ratio eius, & quod quid erat eſſe, & per quam compoſitum habet eſſe, hæc enim formæ definitio, oēs cōplectitur formas, quare unaquæq; forma principium erit, quo compoſitum eſſe ſortitur. cæleſte igitur corpus, ob ſuam formam erit, id quod eſt. Rurſus cælum eſt animatum, & uiuens, atq; animales actiones exercet, quemadmodum ſecūdo de cælo Ariſt. confirmauit. quinimmo c.2. 8

mo hoc fundamento uſus,quando cælo,ſex poſitionum differentias ineſſe, oſtendit, hoc eodem E
utitur, ad multarnm quæſtionum difficilium ſolutionem, ueluti ex ſecundo lib. de cælo appa-
ret. Quare uiua ſunt cæleſtia, ergo per principium internum, etenim animales actiones à prin
cipio interno fluunt, quare ob ſuam formam, tale euaſit diuinum corpus, inquit enim philoſo
24 phus ſecundo de anima, uiuimus, & ſentimus dupliciter, aut ſubiecto, aut forma, eſt autem
anima ratio, & actus, ſubiectum autem, ſuſceptiuum, igitur ſentire, & uiuere ait propter ani-
mam, quæ eſt ratio,& ſpecies: ergo ſi Ariſt. ratio ualida eſt ad probandum animam eſſe ueram
corporis organici formam, quia actiones animales uiuenti ob animam prius inſunt, pari etiam
pacto, oſtendere ualebimus, cæleſtem animam eſſe ueram, diuini corporis formam, cum uita-
les actus ci primum ob formam inſint. Amplius, à quo res eſſe habet, ac ens in actu eſt, habet
ea quæ eſſe conſequuntur, atqui cæleſte corpus ex ſe eſſe habet, atque ens in actu eſt, ut opinio
nis fautores teſtantur, ergo de ſe, forma ſecluſa, omnia quæ eſſe conſequuntur, quare acciden
tia, & actus omnes uitales habebit, non ergo merito formæ hæc cælo inſunt, Ad idem Ariſt. ſe-
37 cundo libro de anima, oſtendens, animam corporis uiuentis eſſe trifariam cauſam, cum demon
ſtrat eſſe formam, ita ratiocinatur, Cauſa nanque cunctis ut ſint, forma eſt, cælorum nero ani-
mæ formæ ſunt, quare cauſę ſunt, quòd cæleſtia corpora ſint. quemadmodum enim Ariſt. per F
hoc medium, quòd forma cunctis cauſa eſt, ut ſint, ueram uiuentis corporis formam animam
eſſe oſtendit, ita, & nos, eodem medio uſi, conſimile quæſitum demonſtrabimus, cum utriuſ-
que idem medium ſint. Neq; eo cōſugiendum eſt, cęleſtes animas dare eſſe mobile, & non ſim
pliciter & abſolutum eſſe, hoc enim aſſerere, eſt Ariſt. ſententiam euertere eo nolumine, nempe
ea particula inquit, animam, quatenus ab ea actiones prodeunt, non formæ, ſed agentis ratio-
nem ſubire, forma enim in proprio ſubiecto, cum actionum principium eſt, agens appellatur,
ut uero ſubiectum in eſſe conſtituit, forma. Eadem etiam particula, animam uiuentis corpo-
ris, formam eſſe oſtendens, eo medio utitur, actus eius quòd eſt potentia forma, & eiuſdem ra-
tio eſt, At cælorum formæ, eorum, actus ſunt, ergo rationes, & quod quid erat eſſe eorum,
25 Vtriuſque enim demonſtrationis idem medium eſt. Eodem etiam nolumine animam,
non animalis materiam, ſed ueram eius formam eſſe oſtendens, inquit, Nam cum ſubſtan-
“ tia tripliciter dicatur, ut diximus, quædam enim eſt forma, quædam materies, quædam id quod
“ ex utriſque componitur. Materia quidem eſt, ut patet, potentia, forma nero actus, cum igi-
“ tur ut diximus, ſubſtantia dicatur trifariam, uiuensque id ſit, quod ex utriſque, corpore inquam
“ & anima conſtat, corpus, profecto non eſt actus animæ, ſed ipſa corporis alicuius eſt actus. Si G
itaque Ariſtotelis ratio, quæ de omni probat anima, alicuius momenti eſt, eadem etiam ratio-
ne nos oſtendemus, cælorum animas eſſe ueras eorum formas atque actus, etenim Ariſt. ratio,
quemadmodum Auer. teſtatur, demonſtratio abſoluta, ſimplex eſt, & ita ſe habet, forma
omnis actus eſt, illius cuius eſt forma, anima igitur forma eſt organici corporis, hac enim ra-
tione uegetalem, atque ſenſibilem animam uiuentis corporis formam eſſe oſtendit, ergo eo mo
do quòd formæ ſint, probantur quo pacto re uera formæ ſunt: ſunt uero formæ ſubiecta in eſſe
ſimpliciter conſtituentes, ergo quòd ita ſint, demonſtrantur. quare ſi concluſio aſſumptæ pro-
poſitioni reſpondet, ut dicamus oportet, quando Ariſt. accepit formam actum eſſe, cum intel
ligit actum, qui ſubiectum in eſſe conſtitnit. At modo, cum nnaquæque cæleſtis anima, ſui or-
bis formam ſit, ergo eius actns, quare ipſum in eſſe ſimpliciter conſtituens; Ad idem forma cæli
eſt, ob quam cælum ſuum finem aſſequitur, & ea qnæ ſunt propter finem, ac permanentiam æter
81 nam. nam ut ſecundo phyſic. dicitur, forma, & finis in rebus materialibus coincidnnt, quan-
to magis in formis abiunctis? immo in eodem ſecundo, oſtendit, formam eſſe finem, quia eſt id
gratia cuius eſt materia, & propter quam ſunt omnes diſpoſitiones, & organa atqui cæleſtia à
propriis formis permanentiam æternam habent, & ſuarum formarum gratia ſunt, ergo nelu- H
ti fines, ita formæ eorum erunt. Præterea uera alicuius corporis forma eſt, quę ſubiectum in
eſſe conſtituit, qua remota amplius ſnum opus non aſſeqnitur, neluti primo de animalinm parti-
bus Ariſt. docet, ibi enim, propter animam animatum corpus eſſe conſtitutum, atque id quod
“ eſt eſſe. Ad hæc fieri non poteſt, ut manus ſit quocunque modo conſtans, ut ænea, ant lignea,
“ niſi æquiuoca nominis communione ſicut quæ picta eſt, ut puta, quæ ſuo fungi offitio nequeat,
“ quo modo nec lapideæ tibi ſuum aſſequi munus poſſunt, neque medicus pictus artem medicina
“ lem exercere poteſt, pari ratione membrorum qnoque hominis uita, nullum id eſſe inſuper
“ poteſt, quod erat cum uiueret, ut oculus, manus, pes, & reliqua; Hac eadem demonſtratione
8 “ ad hoc idem probandum ſecundo de anima Ariſt. uſus eſt. Vniuerſaliter igitur diximus quid ſit
“ anima, eſt enim ea ſubſtantia, quę eſt ut ratio, hæc autem eſt quidditas corporis talis, & proinde
“ ſane, atque ſi quod inſtrumentorum artis naturale corpus eſſet, ceu ſecuris, eius namque ſub-
“ ſtantia ipſius eſſet, ut patet, ſecuris ratio, idque eſſet anima, qua ſeparata non eſſet alterius, ut pa
“ tet, ſecuris, niſi nomine tantum, at nunc eſt ſecuris, non enim talis corporis ſubſtantia, ratio-
que

199

A que est ipsa anima, sed naturalis, ut diximus, talis, quòd in se motus, statusque principium ha bet insitum. At si per intellectum, animam à cælo secludamus, non nisi nomine permanebit: erit igitur eius anima cælum in esse constituens. Deinceps in cælo est composita ex substantia & accidente, sed cælestia accidentia omnia terminata sunt quæ, non nisi merito formæ corpori insunt ergo, cælestia accidentia, merito formæ, & animæ diuino corpori insunt, quare oportet prius, ut saltim natura, anima cælo uniatur, quàm accidentia. quare cum formæ unio solum duplex sit, ut ipsi inquiunt, ut secundum operari, quo quidem pacto eo priori, anima suo orbi unita non est, aut secundum esse. Quare eo priori secundum esse anima cælo unietur. Præterea forma cæli, est anima cæli, etenim cælum uiuum ob eius formam dicitur, ergo dat uitam. est enim anima, principium quo animatum uiuit, ut secundo de anima constat, sed uiuere uiuentibus est esse, ut ex eodem uolumine patet, ergo uitam largiendo, dat esse. Deinceps, quod rei unitatem largitur, eidem esse præbet, quo enim aliquid est, eo quoque unum est, ut Arist. secundo de anima definiuit, atqui in mortale corpus ob suam formam, cum uere sit unum, ac maiori unione, quam sit quodcunque animal corruptibile, ueluti Auer. secundo cæli, & in libro de substantia orbis ostendit, itaque propter eandem formam diuinum corpus erit id quod est. 24 37 7

B Demum, ut eis quoque faciamus satis, quia Auer. doctrinam magnifaciunt, ipsius testimonia referemus, primo physic. cęlestes animas diuina corpora constituere, & ab eisdem non constitui docuit: costituere uero aliquid in esse secundum Auer. in primo de substantia orbis, est illi esse absolutum, & simplex largiri. Item ea constitutio de cælesti corpore affirmatur, quæ ab eius anima negatur, atqui remouetur ab ea, quod non sit neque secundum esse simpliciter, uel aliquo alio modo constituta, ergo de cælo affirmatur quòd sit id quod est, propter eius animam, Hoc idem octauo physic. & primo cæli definiuit, ubi de cæleste corpore loquens, dixit ista natura neutra est, non existens per se in actu, ergo si per se non existit, cum ipsam existere uideamus, per alterum in actu existit, & non nisi propter suam formam. & secundo de substantia orbis, nulla differentia, in indigentia uirtutis actiue in corpore, siue simplici, siue composito, siue generato, siue non. & duodecimo meth. illud quod imaginatur ex illis formis, est esse illorum corporum, & sexto eiusdem operis; substantia abstracta, est causa corporum cælestium. & secundo cęli inquit, se solum composuisse librum de substantia orbis, ut ostenderet cælestes animas cæli diuisione non esse partibiles. Si itaque cælorum animæ mouentes tantum, & non formæ constituentes essent, quis dubitaret, quòd diuisio illis non accidit, nempe motor extrinsecus ad

C mobilis diuisionem non partitur, dubitatio enim erat, si forma cælestis suum orbem in esse constituit, an eius diuisione partiatur. Et libro quarto Para. meth. ex quo etiam ostenditur, quod non sunt tantum corporum cælestium motores, immo dant eis formas suas, quibus sunt id quod sunt. Sunt, & alia testimonia, uerum quia passim ab omnibus referuntur, iure ipsa missa facimus. 63 52.95. 37 2 3

Cælorum animas propria subiecta in esse constituere. Cap. 21.

Alij uero, quibus nos assentimus, cælorum animas propria subiecta in esse constituere, asseruere, & idcirco duplex formarum genus instituunt, Alterum enim subiectum constituit, & ab eodem in esse constituitur, & huius generis formæ sunt, quæ ex sinu materiæ eductæ sunt, atque esse habent in materia cum propria quantitate, & dispositionibus, & ideo per alterationem in actum prodeunt, & diuiduæ ad sui subiecti diuisionem sunt, habentes contrarium, & finitę actionis, Nulla enim earum tempore infinito agere potest, & proinde hæc se mutuo inferunt, quod enim subiecti partitione diuiduum est, hoc idem contrarium habet, &

D finitæ actionis est, & uice sequitur uersa. est alterum formarum genus, quòd etsi proprium subiectum in esse constituat, ab eo tamen in esse non constituitur. Huius generis formæ cælorum animę sunt, quæ sunt perpetuæ & à materia non dependentes, neque ab agente in actum deducuntur, & operationes in suo subiecto habent absque eo quod à subiecto ullo modo dependeant, sed subiectum ab ipsis simpliciter, atque absolutum esse habet, quapropter eædem proprij subiecti, efficientes, fines, & formę euadunt. Verum efficientes dicuntur, non quia subiectum de potentia ad actum transferant, cum omnino subiectum tali potentia careat, sed hoc per comparationem ad hæc sublunaria dicitur, in quibus, id agens nuncupatur, à quo res substantiam acquisiuit, in æternis uero, cum huiusmodi acquisitio non sit, forma agentia locum suppleat, & ideo forma, & efficiens in idem concurrunt. Huiusmodi etiam formæ, contrario uacant, si enim contrarium haberent, & agente indigerent, extrahente, & altera corrumperet alteram, ortus enim & interitus agente indigent; ergo si formæ aliquæ contrarijs carent, agente non indigent, pariter neque subiectum habent, in quo communicent, causa enim ortus, & interitus contrarietas in formis existens, & commune subiectum existit, quod formas specie, & numero di-

uersas suscipit, quoniam trina dimensione affectum est, & quia est multum in potentia, materia enim, quia potentia multa est, in multa uertitur, quare si subiectum aliquod inuenitur, quod unica forma tantum contentum est, & neque actu, neque successiue plures recipere potens est, eius forma partibilis ad eius diuisionem non est, neque magnitudine intermedia suscepta est, & ideo finitæ actionis non erit, operatio enim modum existendi formæ consequitur, & forma per magnitudinem mediam recepta, incrementum, & decrementum suscipere potest, & uirtus totius maior est, potentia partis. hæc etiam forma in suo subiecto non semper permanet, quæ enim semper manent actionis infinitæ sunt, & idcirco subiecta, etsi ab huiusmodi formis in esse constituuntur, ab eisdem tamen, formæ aliquam non suscipiunt constitutionem. Quare cæleste corpus ex orbe, & sua forma compositum erit, uerum compositionis ratio altera, & diuersa est, ab ea quæ rebus mortalibus in est. Hæc enim, sine potentia est, & non per mediam dimensionem, neque per qualitates intercedentes est, sed ab æterno subiectum est, suæ formæ coniunctum, à qua spoliari nequit, & idcirco compositio hæc nunquam deficit. Quia subiectum potentia uacat, & forma contrarium non habet, in rebus uero sublunaribus, forma ex sinu materiæ educta, compositum constituit, & quoniam contrarium habet, & ideo quandoque deficiet. Cæterum aduersus hoc duplex formarum genus, posteriores nonnulli instant, & ex Auerois principijs probare credunt, figmentum, quod de dupplici forma explicatum est, existere, Auer. primo de substantia orbis, Arist. demonstrationem repetens, quæ sub finem octaui physic. habetur hæc habet uerba, Cum fuerit ei declaratum, quòd formæ corporum cælestium existunt in suis subiectis, tali existentia, quòd non diuiduntur ad diuisionem sui subiecti, & quod causa in hoc est, quòd non existunt in subiectis, secundum quod sunt diuisibiles, fuit declaratum ei, quod istæ formæ non constituuntur per subiectum, immo sunt abstractæ in esse, quoniam existunt, cum toto subiecto, & non diuiduntur, per eius diuisionem, contingit, quòd non constituuntur per subiectum, non enim existunt in eo, neque in toto, neque in parte, & uniuersaliter, neque in diuisibili, neque in indiuisibili. ex his ita ratiocinantur, si forma daretur, quæ subiectum in esse constituit, & ab eodem non constituitur, à semetipso Auer. dissentiret, Nempe prius inquit, huiusmodi formas in esse, abiunctas esse, & existere in toto subiecto, postea uero inquit, quod non sunt in toto subiecto, neque in parte: quærunt itaque quando Auer. formas cælestes asserit, in toto subiecto non esse, Vel intelligit quòd non sunt in toto subiecto, per informationem, aut quòd in toto subiecto per assistentiam non sint. si primum detur, quærūt deinceps, cū in altero dicto inquit, nō esse in toto, neq; in parte, quo pacto intelligat, aut per informationē aut per assistentiā, si primū detur, sibi ipsi in priori dicto aduersabitur, si secundum, patet quod falsum est, quoniam cælestis anima toto cælo, & quilibet eius parti assistit licet eius operatio magis in una, quam in alia parte appareat. Ne ergo Auer. à semetipso recedat opus est confiteri cæli animam, neque totum, neque cæli partem in esse constituere. Agunt deinceps, si forma daretur, quæ subiectum constituit & non constitueretur, Auer. demonstratio contra Auic. tertio de substantia orbis periret, Auic. enim opinatus est, cælum ex materia & ex forma, quæ anima imaginatiua est, conflatum esse, quod proinde asseruit, quia cælestis motio cognoscentis est, Quare circulationes, quæ dietim fiunt, cum singulares sint, ut ab aliqua in cognoscente percipiantur, oportet, hæc uero intelligentia esse nequit, quoniam hæc singularia non apprehendit, quare uirtus sensitiua erit, quæ reuolutiones singulares dignoscit. Auer. itaque, in Auicennam ita argumentatur, Si ex tali forma cælum constitutum esset, corruptibile esset, quare quandoque corrumpetur, à pari: ipsi arguunt, si anima cæli, cælum in esse constitueret, ergo cælum esset corruptibile, Neque obstat, si dicatur quòd consequutio ualet, de forma constituta per subiectum, nam Auicenna contra quem arguit, Aueroes, posuit animam imaginatiuam, cælum perficientem, quæ quidem, ex materiæ gremio educta non erat, quem admodum non 4 suæ Meth. patet, quo loco inquit primum intellectum, qui Deus optimus maximus est, prout se ipsum intelligit, unum tantum producere, quod est prima intelligentia, hæc uero, ut primum intelligit intelligentiam se inferiorem producit, & prout talis intelligentia se ipsam apprehendit, corpus cæleste & animā eius, quæ est anima imaginatiua, producir, quæ cæli forma est, ex materiæ gremio nō educta secūdū Auic. Rueret præterea Auer. ratio secūdū eius fundamēta, quæ xij primæ philosophiæ, cōtra Christianos, trinitatē statuentes, habetur, omne compositum est nouum, si igitur in diuinis esset compositio, esset nouitas, nisi inquit, ipsi ponant, quòd aliqua componantur per se, & si essent aliqua, quæ ex se componerentur, tunc exirent de potentia in actum per se, & mouerentur sine motore per se, A pari ipsi ratiocinantur, si secundum Auer. cælum esset compositum ex sua materia, & forma, ipsum constituente, cælum esset nouum. neq; distinctio de duplici forma obstat, siquidem sciebat Auer. Christianos, in diuinis huiusmodi compositionem non statuisse, neq; formam eductam de potentia materiæ. Hæc posteriores, aduersus duplex formarum genus. Ad quæ respondēdum est, & quamuis quid Auer.

sentiat

A sentiat nobis propositum explicare noo sit, ot tamen horum stultitia ostendamus, ex Auer. funda mentis demonstrabimus, hoc prorsus esse deceptos. Quare rem aggredientes, primam ita soluimus. Eo enim loco Auer. explicare intēdit, cælestium corporum formas esse à materia abiunctas: nam quemadmodum octauo physi. declaratum est, mouent tempore æterno, ideo ad subiecti diuisionem partibiles non sunt. Quare dicuntur abstractæ, quia non sunt à subiecto io esse constitutæ, neq; ad illius partitionem diuiduæ: atq; hæc, quæ nunc nos declarauimus; Auer. uerba ostendunt, quæ ita se habent; Er cum fuerit declaratum ei de corporibus cælestibus, eorum formas existere io suis subiectis, uidelicet existentia quòd oon diuiduntur per diuisionem sui subiecti, & cũ in hoc est, quia ooo existunt in subiectis, secũdum quod sunt diuisibilia, fuit ei declaratum, quòd istæ formæ, non constituuntur per subiectum, immo sunt abstractæ in esse. Quando hæc infert, ¶quoniam cum existunt io toto subiecto, & oon diuiduntur per eius diuisionem, cõtingit quòd noo constituuntur per subiectum, non enim existunt in eo, oeq; in toto, neq; in parte, & uniuersaliter, neq; in diuisibili, nec in indiuisibili.¶ Per hæc uerba Auer. significare intendit, cælestes formas, secundum oullum modum constitutionis materiæ dependere à suis subiectis, neq; enim, ut sunt formæ elementorum, aut mistorum inaoimatorum, aut aliquorum animalium extensæ secũ-

B dum totum subiectum, neq; secundum aliquam præcipuam partem, ut puta cor, à subiecto depēdent, neq; demum aliquo modo diuisibili, aut indiuisibili, à subiecto pendent, siquidem multorũ animalium formæ, quamuis extensæ sint, cum tali extensione tamen, definitam quandam organorum proportionē exquirunt, quæ in indiuisibili consistit, qua dissoluta, statim animal perit, uelnti in humani capitis abscisione patet. Auer. itaq; omnem corpoream dependentiam à formis cælestibus auferre uolens inquit, & uniuersaliter, nec in indiuisibili, nec in diuisibili. Quare quando inquit, quòd est in subiecto cæli anima, intelligit, quòd ipsum in esse constituit, & quòd ab aliquo pacto ab ea non dependeat, immò subiectum ab ea dependet; Cum uero deinceps negat, in subiecto cælestem formam non esse, neque ut in toto, neque ut in parte, neque in diuisibili, neq; in indiuisibili, intelligit cælestem animam, nullo modo a subiecto dependere, ueluti materiatæ formæ: quare cum negat, cælestes animas in subiecto non esse, non asserit eas subiectum non constituere, sed à subiecto non dependere. Et hoc ipsum Auer. uerba ostendunt, nempe eo loco manifeste inquit, cælorum animas, ob id non esse à subiecto constitutas, hoc est à subiecto non dependere, quia non partiuntur, ad subiecti diuisionem; ergo cum negat cælestes formas in subiecto non esse, intelligit eas oon esse constitutas, neque ab eo dependere, quare Auer. mentem prorsus

C eo loco arguentes ignorant. Quo uero ad secundũ attinet, Auer. ratio in Auic. ualida est, etenim Auic. ut ex 9. suæ meth. constat, opinatus est, mouentes mentes, Deo excepto, & cælorum animas eorum natura possibilia esse, & à Deo optimo maximo æternitatem consequi. Quoniam inquit, causatum per se est possibile esse in seipso, propter primum autem, est necessarium esse, sed oecessitas sui esse est, secundum quod est intelligentia, & intelligit seipsum, & intelligit primum necessario, unde oportet ut sit in eo multitudo, ex hoc quòd intelligit se, quod est possibile esse, quãtum est in se, & ex hoc quod intelligit necessitatem sui esse à primo, quod est intellectum per se, non est autem ei multitudo ex primo, nam possibilitas sui esse, est ei quiddam propter se, non propter primum, sed est ei necessitas à primo sui esse. Auic. itaq; opinatur omne causatum sua natura possibile esse. Secundæ uero intelligentiæ, cælorum animæ, & ipsimet cælestia causata sunt, quare propria natura possibilia, & à primo necessitatem consequuntur, sed quæ ab interno principio possibilia sunt, ab extrinseco quoq; possibilia sunt, quemadmodum Auer. primo de cælo testatur; Quare contra Auic. recte ratiocinatur quòd formæ illæ diuiduę essent, contrarium habentes, atque finitæ actionis, Hæc enim omnia absurda, Auic. opinioοem insequuntur. Tertia quoque argumentatio, neq; urget, nam Aoer. oõ aduersus Christianos ratiocinatur, sed aduersus quodã

D de setta Maumetti, quam appellat Moanzelam. hæc enim setta dixit, primum principium esse substantiam quandam antiquam compositam, sed setta Ashariæ redarguit eam, nam inquit, omne compositum esse nouum, ergo ratione, eo loco Auer. utitur settę Ashariæ, & idcirco hæc simpliciter falsa est, omne compositum est nouum, & uera efficitur, cum additione, uidelicet, omne compositum ex materia trina dimensione affecta, & forma habente contrarium, nouum est. Quod uero hæc sit Auer. mens, ab eo, in libro Destru. disp. secunda in solutione 18. haberi potest, ubi hæc profert uerba; Vnde dicamus dubia super hos errores cadentia, cuios fortius est, id quod opinati sunt, de Dei denominationibus; ipsi enim dicunt quòd est quædam substantia antiqua composita, sed settæ Ashariæ hoc negant, ipsi eoim dicũt quòd quęlibet compositio est noua, prout accidens est, & quodlibet accidens apud eos est nouum. Quare aduersus settam Moanzelam saracenorum arguit Auer. & alterius settæ, ut Ashariæ argumento utitur. Non ergo in Christianos, ut recentiores opinantur, Auer. inuehitur. Costat ex his itaque, posteriorum argumenta, ex Auer. sumpta, ex uerbis eiusdem Auer. male perceptis, suum trahere ortum, & idcirco uana sunt: quibus sic explicatis, superest, nodos omnes diluere.

cap.4.

124

 E

Rationes oppositæ diluuntur. Cap. 22.

ET quo ad primum pertinet, confitemur nos quoque formam quæ ab omni materia libera
est, in nullo recipi subiecto, etenim illæ formæ in subiecto suscipi dicuntur quæ per subie
ctum constitutæ sunt, hoc enim esse in subiecto indicat, quemadmodum quarto de physic.
auditu græci interpretes monuere. formæ itaque cælestes, cum nullam à proprio subiecto con-
stitutionem suscipiant, in subiecto uel in materia esse, uere affirmari nequit, sed potius simili-
tudine quadam. nam ueluti formæ, quæ uere in subiecto sunt, subiectum constituunt, ita cæ-
lestes formæ, quoniam absolutum esse proprijs subiectis præbent, quodammodo in subiectis
esse dicuntur. Secundus nodus, ex retro dictis solutus est, nempe docuimus, quo pacto unum
magis efficiatur, ex forma cælesti & suo orbe, quàm ex anima & corpore in istis animalibus.
Neque tertius, sententiam nostram deturbat. Vel enim ex cælesti forma & orbe non fit com-
positum, uel alterius rationis à compositis corruptibilibus: illa enim forma cum materis uere
compositum facit, quæ constituit, & constituitur, & ad subiecti diuisionem partitur, & mate-
ria ad oppositam formam potentia est, non sic ex cælesti forma & orbe fit unum, Neque enim F
cæli forma per subiectum est constituta, neque ob id cælum indiget forma, ut constituatur, quia
ad oppositam formam in potentia est, neque diuiditur ad subiecti diuisionem, & idcirco non di
citur hæc forma pars, neque cælum compositum, nisi æquiuoce. Quæ deinceps ad rationem
hanc confirmandam adducuntur, soluta iam sunt, sed quo ad id, quod ex Auer. in septimo pri
mæ philosodhiæ adducitur, dicimus Auer. testimonium, eorum sententiæ non fauere, nempe
Auer. non intelligit uirtutem gignitiuam, ita esse in semine, sicut anima eadem, quæ gignitur,
cap. 3. potentia est in corporibus cælestibus, quia ut dicitur secundo de animalium generatione. Et-
" enim omnis animæ, siue uirtus, siue potentia, corpus aliquod participare uidetur, idque ma-
" gis diuinum, quàm ea, quæ elementa appellantur. & paulopost. inesse enim in semine omnium,
" quod facit, ut fæcunda sint semina, uidetur, quod calor uocatur, idque non ignis, non talis facul-
" tas aliqua est, sed spiritus, qui in semine, spumosoque corpore continetur, & natura, quæ in eo
" spiritu est, proportione respondens elemẽto stellarũ. Ex quibus facile est uidere, cur proportione
respondeat calor gignitiuus, stellarum calori, animam potentia esse in semine, sicut in corpo-
ribus cælestibus, non autem eo modo esse in semine, quomodo est in suo calore naturali, cum
est in actu complete genita. Alius uero nodus, qui Auer. uerbis innititur, etsi de facili euerti G
posit, nam prorsus Auer. opinionem, ut ex progressu patebit, non tuemur, tamen ut obijcien
tium stultitiam ostendamus, Auer. testimonium supponentes, explicabimus, minime Auer. uer-
ba, arguentes percepisse. Et quando quæritur an anima cæli esse largiatur, uel propter motum,
uel ob appetitum, dicimus necessitatem nullã fore, primo ob intelligentiam, (quam cęlo esse
largiri Auer. opinatur), sed propter orbem necessario requiri, alioquin non esset aut appetens,
aut intelligens per se. Primo itaque orbis ab intelligentia dependet, nam esse ab ea recipit, in-
telligentia uero quia primum in se esse perfectum habet, secundaria intentione seu fine, ad or-
bem refertur, scilicet ut sit in esse nobiliori, & perfectiori. Quæ uero ex Auer. in calce primi
de substantia orbis accipiunt planum fiet, quòd perperam ea intelligunt, nempe illis uerbis Auer.
ostendere intendit nos ex eo cognoscere cælestia esse uiua, ob appetitum, & motum in gyrum,
siquidem circularis latió ab anima proficiscitur, ueluti in principio secundi de substantia or-
bis ipsemet Auer. testatur. si itaque cælũ circunfertur, uiuens erit, propter appetitum etiam,
quia huiusmodi appetitus, quem cælo inesse credit Auer. non uegetalis non sensibilis est, sed in-
tellectiuus, qui rationem ueluti umbra corpus, insequitur, quare si cælum appetitu intelle-
ctiuo expetit, procul dubio uiuens erit. Hanc interpretationem, ipsemet Auer. secundo de H
substantia orbis largitur, quando inquit, uidetur quòd formæ corporum cælestium, & maxi-
ma forma ultimi continentis, sit quodammodo anima, scilicet propter appetitum existentem
in eo, & propter mouere, sit quodammodo intellectus, & sit forma simpliciter, per quam ani-
mal cæleste componitur ex uno mouente, & uno moto. si igitur ob appetitum, & lationem, sci-
mus cælestes formas esse animas, ob easdem causas, scimus cælestia esse uiua. Sunt etiam cæle-
stia corpora animata per se, ut 8. Meth. Auer. ostendit, ob id, quia eorum formæ in esse à su-
biecto non constituuntur, neque diuiduæ ad eius diuisionem sunt. si enim uiua forent per par-
tem diuiduam, & in esse à subiecto constitutam, generabilia, & corruptibilia essent, ueluti eo in
loco, quem ipsi citant, Auer. docet. Quid uero Arist. per formas à materia abiunctas intelli-
gat retro docuimus, Nempe intelligit formas non constitui à subiecto, & ad illius diuisionem,
non patiri, & idcirco non recte infertur, cælorum animas cælestia non perficere. Neque rur-
sus quod consequenter afferunt, obstat, cælestes formas diuidi, & ex accidenti moueri, hoc .n.
sequitur, si huiusmodi formæ à subiecto essent constitutæ, & ad eius diuisionem diuiduæ. Et

90

A quamuis Auer. animam imaginatiuam, ex materiæ gremio educi non asseruit. hoc tamen ad eius positionem sequitur ut antea monuimus. Quæ deinceps inferunt, absurda, utique sequerentur si huiusmodi formæ à subiecto essent constitutæ. Neq; item sequitur, in definitione huiusmodi formæ, materiam accipi, Nam etsi subiectum ab hac forma pendeat, forma uero à subiecto nequaquam. quare non est mutua dependentia. Neque etiam, eorum opinioni fauent, quæ secundo de substantia orbis adducunt, quo in loco asserunt, Auer. hanc quæstionem absoluisse, diuinum uidelicet corpus non indigere in suo esse anima, ut animalia quæ sunt hic, quoniam eo loco Auer. de anima sensibili loquitur, uult enim cælum, non indigere anima sensibili, & imaginatiua, ut Platonici & Auic. opinantur, & eius uerba hæc sunt. Et uidetur quòd ad esse corporis cælestis, non sint necessaria eius forma, sicut est dispositio in corporibus animalium, quæ sunt hic: in animalibus enim, quæ sunt hic, animæ eorum uidentur necessariæ pro esse corporum eorum, quia non saluarentur animalia, nisi per sensibilem animam, & imaginatiuam: corpus autem cæleste, cum sit simplex, & non transmutabile ab aliquo extrinseco, non indiget, in suo esse anima sensibili, aut imaginatiua, sed tantum indiget anima mouente ipsum in loco semper, & uirtute, quæ non sit corpus, nec in corpore ad largiendum ipsi permanentiam æternam, &

B motum æternum, qui non habet principium, neque finem. Ex his clare constat, Auer. animã sensibilem, & imaginatiuam à cælo exclusisse, & asseruisse intelligentiam esse ueram cælestis corporis formam, etenim inquit, non solum motum sempiternum, sed etiam permanentiam æternam in sua substantia largiri. Cum uero in alia ratione quæritur, quando discrimen Auer. inter materiam cælestem, & sublunarem præbet, cum huiusmodi materiæ, ut stant, sub formis considerantur, Ad hanc rationem dicendam est, huiusmodi materias, ut sub formis stant, considerari, discrimen tamen ex eo sumitur, quam sublunaris materia, ut sub forma stat, licet actum à forma quam habet, possideat, eius tamen substantia, est potentia ad oppositam formã. Cælestis uero materia sub forma manens, ad alium actum, nullam potentiam habet, sed sua forma est contenta, & idcirco rectius subiectum, quàm materia nuncupatur, atque materia in actu, ueluti non semel monuimus. Quod uero forma subiectum in esse constituere non posit, nisi agentis actione præsupposita. Hoc enim in formis materialibus uerum est, quoniam prius potentia sunt & agente indigent, ut ad actum reducantur, Agens enim est, quod rem de potentia ad actum transfert. Efficiens quoque uerum in sempiternis non est, nisi secundum similitudinem, & quatenus cum forma coincidit, ueluti postea docebimus. Quod uero mouetur cæ-

C leste corpus est, quod à sua forma tale euasit, & ad eius motionem opus non est, formam moueri, quoniam à subiecto constituta non est, neque diuidua, ad ipsius diuisionem. Formæ enim per subiectum constitutæ, ad eius motionem mouentur quemadmodum Arist. docuit, octauo physic. & Auer. primo de substantia orbis, inquit, quòd ueluti se habent formæ ad diuisionem, ita ad motionem, atqui, formæ constitutæ sunt, quæ per subiectum fiunt diuiduæ, ergo huius modi formæ sunt, quæ subiecti motione mouentur. Quod enim per se diuiduum est, hoc ipsum per se mobile est, quemadmodum sexto physic. Arist. docuit. Aliæ uero, quas afferunt rationes, uanæ sunt, nempe absurda illa contingerent, si cælorum formæ essent per subiectum cõstitutæ, nam inter formam, & materiam essentialis, atque mutua dependentia esset, & ad illius diuisionem partirentur, & finitæ actionis forent, quare cum cælestes formæ ita non se habeant, rationes allatæ, nostram non deturbant sententiam. 51 32

Quæ sit forma, quæ cælum constituit, prima opinio. *Cap.* 23.

D Cælestem materiam de se in actu, atque corpus non esse, sed ob propriam formam, retro docuimus. At nunc inquirere iuuat, quæ nam forma hæc sit, num intelligentia, uel forma alia ab ea seiuncta. Qua in re, uti consueuimus, prius aliorum referemus sententias, mox propriam adijciemus. Auer. & alij quamplures asseruere, huiusmodi formam, quæ cælum in esse constituit, intelligentiam esse, Nempe aliqua formarum elementorum esse nequit, quia demonstratum est, cælum neque aliquod elementorum, nec eorum miscellam esse, erit igitur forma eius, anima, Atqui uegetalis esse nequit, hæc enim solis uiuentibus, quæ mortem patiuntur accomodata est; neque sensibilis, nam sensus, animali ob salutem tributi sunt, cælum uero sempiternum corpus est, quare in suo esse anima sensibili non indiget. Mens igitur sola cælestibus accomodatur; hæc itaque erit, quæ cælestia constituit, atque uiua reddit. quòd uero hæc sit Auer. sententia nemo est, qui ambigat, ueluti ex eius progressu libro de substantia orbis, apertissime constat. Huius opinionis uaria, diuersaque sunt fundamenta, quorum primum hoc est, cælum à se ipso mouetur, ergo eius forma ea erit, quæ motum orbicularem, ipsi largitur, illud etenim à seipso moueri dicitur, quemadmodum octauo physic. Arist. definiuit, quod cum ex duabus sit conflatum partibus, altera est per se mouens, altera per se mota, & quod se mouet,

ſolum ſecundum lationem mouet, quare cæleſte corpus cum ſe ipſum moueat, igitur per prin- E
cipium, quod habet in ſeipſo, cum quo, eſt quodammodo unum, alinquin non magis aliquid
à ſe ipſo moueri dieitur, quàm cum aliud corpus ab alin pellitur, & trahitur. Cum itaque in-
telligentia, ſit quæ in gyrum mnueat cælum, igitur hæc eſt cæleſtis corporis forma. Deinceps
Dub.xt Auer. ratione, in tertia diſp. horum ſententiam confirmare poſſumus, ubi hæc habet uerba, Et
radix huius eſt, quod eſſe corporum conſiſtit in mntu, & ideo dans motum, eſt ſecundum ueri-
tatem dans eſſe. Quare ita ratin componi poteſt, quod dat cælo mntum, ſine quo eſſe nequit,
eſt eius forma, atqui intelligentia eſt, quæ ſempiterno & nrbiculari corpori latinnem largitur;
hæc igitur eſt quæ eidem eſſe largiens, forma eius erit. Demum in ſempiternis, forma, finis,
& agens conincidunt, ergo qund eſt agens in corpore cæleſti, hoc idem erit eius forma, atque
finis, intelligentia uero agens eſt quemadmodum 3. diſp. deſtrue. Auer. docuit, ergo intelligen-
tia forma & finis erit. Quæ ratin ita confirmari poteſt, ſi intelligentia non eſſet orbicularis cor
poria forma, ſed ſnlum agens, & finis, ergo in ſempiternis, hæc tria forma, finis & agens in idē
non concurrunt, cæleſtium igitur forma ſnla intelligentia erit. Sed horum ſententiā deturbari
conſueuit, nempe nnnnulli demonſtrare cnnantur, præter intelligentiam cælo aliam eſſe formam
aſcribendam, & primn ita ratiocinautur, Omne ſenſibile, eſt indiuiduum demonſtratum, quem F
5 admodum Auernes tertin de anima mnnet. Sed cęleſte corpus, ſecluſa intelligentia ſenſibile
14 eſt, qunniam omne qnod ſeutitur, per materiam ſentitur, duodecimo meth. ergo intelligentia
ſecluſa, cælum eſt indiuiduum demonſtratum. Quare ex materia & forma conflatum. Dein-
de omne ens citra primum principium, aut compnnitur ex materia & forma, aut ex actu, & poten
tia, ueluti ab Auer. tertin de anima colligunt, cæleſte enrpus, ſecluſa intelligentia, ens eſt citra
primum principium, ergo ex materia, & fnrma, & ex actu, & pntentia conflatum. Ad idem cæ
lum, intelligentia ſemota, aut eſt diuiſibile, aut indiuiſibile: ſi ſecundum, ergo intellectus:
ita enim primo de ſubſtantia nrbis ratiocinatur Auer. Si diuiſibile, ergo quantum, & compnſi-
tum ex materia, & fnrma. Rurſus omne quod eſt, aut eſt actus, aut habens actum, cælum, intel-
ligentia ſecluſa, eſt, ergo aut actus, aut habens actum, non eſt actus, quia forma eſſet, ergo eſt
habens actum. Quare compoſitum ex materia, & forma. Amplius, accipiatur lunę orbis, in-
telligentia ſeclnſa, & percuntetur, num huiuſmodi orbis eiuſdem, uel alterius rationis, cum re
liquis orbibus ſit: ſi primum detur, ad alias intelligentias hic orbis potentia eſſet, nam quæcūq;
eiuſdem ratinnis ſunt, quod uni, & omnibus competit, ergo ne aliquid fruſtra detur, ut alias
recipiat interdum oportet, alioquin, ſi ad actum poteſtas hæc non deducretur, otioſa foret. G
Quare ad actum exibit, & ita cælum enrruptibile. Si alterius ratinnis? ergn ad unam tantum
3 intelligentiam deſtinatur. Quare aut per eius eſſentiam, aut per aliquem actum medium, inter
intelligentiam, & orbem, non primum, etenim pura potentia orbis eſt, reſpectu intelligentiæ
ſi aliam fnrmam nnn habet. ſi ſecundum detur, intelligentia excepta, ex materia, & forma cnm
pnſitum erit. Quare forma cælum conſtituens, non intelligentia eſt, ſed forma alia, ab intelli-
gentia diuerſa, Demum intellectus primus non eſſet primo, & per ſe agens, quia fnrma in cnm
poſitinnem ueniens cum materia, non per ſe agit ſed compoſitum eſt, quod per ſe operatur. quem
admodum ex prohemin meth. conſtat. Hæc in Aueroem iſti proferunt, quæ ab his, qui Auerois
doctrinam profitentur, euertuntur. Verum quoniam inter ſe conſentientes non ſunt, eorum
enim nnunulli aiunt, intelligentiam ſnlum cæln aſsiſtere, & operationem largiri; et cælum de
ſe in actu & enrpus eſſe. eorum uero nnnnulli aſſerunt intelligentiam non ſnlum agendi prin-
cipium in cælo eſſe, ſed etiam ipſum ineſſe conſtituere, & idcirco eodem pacto oppoſitæ ratin-
nes, non diluuntur. Priores itaque aiunt, cæleſte corpus, ſecluſa intelligentia eſſe indiuiduum
demnnſtratum, atque ſenſibile, nnn ob aliquam formam, ſed de ſe tale eſt. In rebus enim ca-
ducis indiuiduum demnnſtratum ex materia, & forma conflatum eſt, cęlum uero ſempiternum H
corpus eſt, ideo de ſe indiuiduum demonſtratum eſt. Snluunt ſecundam atque aſſerunt num-
quam Aueroem affirmaſſe, omne ens citra primum, uel eſſe compoſitum, ex materia, & forma
aut ex actu, & potentia, ſed bene tertio de anima Auer. inquit in omni intelligentia, intelligen
3 te aliud, eſſe aliquid, quod ex proportione materiæ, & fnrmæ reſpondet, Nam compoſitin eſt
ex re intellecta, & intelligente, quemadmodum tertio de anima dncuimus. Diluitur etiam
tertia & aiunt, cælum eſſe diuiſibile quoniam eſt de ſe enrpus actu, & quantum, cum uern infe-
runt, ergn compoſitum ex materia & fnrma, hoc negant, nam etſi in rebus corruptibilibus, hoc
uerum ſit, non autem in enrpore ſempiterno, quod de ſe eſt in actu, & corpus. Et eodem pa-
ctn conſequens diluitur ratio, nempe cælum, remota intelligentia, eſt habens actum: & quam
uis in rebus corruptibilibus, omne habens actum compoſitum ex materia, & forma ſit, idem
iudicium in corpore ęterno habendum non eſt, quoniam huiuſmodi enrpus de ſe eſt in actu.
Qun uern ad aliam attinet rationem, aiunt, ſi ſumatur orbis lunę, ſecluſa intelligentia eiuſ-
dem rationis, cum cæteris orbibus non eſſe, & unuſquiſque orbis de ſe, & ſecundum propriam
naturam

A naturam, ad unam intelligentiam destinatus est. Sed quis ambigere posset, si huiusmodi orbes non sunt eiusdem rationis, ergo differunt, sed differentia à forma accipitur, ergo formam habent, per quam differunt. Soluunt, & asserunt, orbes non differre, neque eandem naturam habere, sed esse primo diuersos, etenim aliud est esse diuersum, aliud differre: illa enim differre docuit Arist. 5. meth. quæ cum genere uniuoco conueniāt, differentijs distinguuntur, sed genus à materia sumitur, differentia uero, in substātijs, à forma, ergo ea differre dicuntur, quæ sunt composita ex materia & forma, quare orbes, non differunt. Primo uero diuersa ea esse docet quæ cum in nullo uniuoco conueniant, in se ipsis sunt distincta. Quare hæc diuersitas, à forma non proficiscitur, ita enim materia à forma distinguitur & uniuersa simplicia, quæ nullam retinent compositionem. Diluunt postremam. intelligentia enim cælum perficiens non est, & idcirco ratio agendi non est, sed id quod per se agit. Ita priores oppositas rationes diluunt. At qui hij, qui intelligentiam cælum constituere affirmant, diuersa ratione obiecta euertunt, & primum sic dissoluunt, seclusa intelligentia, cælum non est sensibile, neque indiuiduum demonstratum, sed orbis: eius materia est substantia quedam imperfecta de se, suæ formæ semper coniuncta, cuius merito indiuiduum demonstratum, & sensibile existit, quare rationis minor

B falsa est. Secundam ueluti priores diluunt, Tertiam ita euertunt, cælum seclusa intelligentia actu indiuiduum est, non tamen est intellectus, nam potentia diuiduum est, & ab intelligentia fit actu diuiduum, nam eius merito, ei dimensiones insunt. Quarta obiectio sic euertitur, seclusa intelligentia, orbis neque est actus, neque habens actum, sed substantia quędam actu, imperfecta tamen, quæ ab intelligentia habens actum, efficitur. Quintus uero modus uti à prioribus, ab his euertitur. Postremus uero, tamquam aliquod absurdum in se non continens conceditur, Quoniam ut nodus me asserit, actiones suppositorum sunt. Deinceps uero primus intellectus, primum agens, quoniam in agentium serie, Deus est, à quo alia pendent. Sic itaq; qui Auer. doctrinam profitentur, à cauillis ipsum defendunt. Sed an hec Auer. opinio recta sit, posterius docebimus.

De forma cælum constituente, secunda opinio. Cap. 24.

NOnnulli uero alij, ueluti græci omnes fere, & inter Arabes Auic. & Alfa. affirmarunt, formam, cælum inesse constituentem, non esse intelligentiam, sed formam, ab ea seiun-

C ctam, ob quam cælum est cælum, & quintum corpus, & neque graue, neque leue. In cælo enim dupplicem compositionem esse affirmant, quarum altera est, ex materia, & forma, cælum constituente, altera uero est, ex cælo in actu constituto, in qua quidem compositione, mobilis rationem subit, & ex intelligentia, ueluti ex motore, fit enim unum ex cælo, & intelligentia, uti ex naui, & nauita. Quare intelligentia corpori orbiculari lationem in gyrum tantum largitur, ab altera uero forma sempiternum corpus habet, ut quintum corpus sit, ab elementis, & ab eorum miscella destinctum, & quod neque graue neque leue, quemadmodum enim grauia & leuia ab eorum forma, grauitatem & leuitatem retinent, ita ab hac forma, sempiternum corpus, ut neque graue, neque leue sit, sortitur. Cæterum, quæ forma hæc sit, num generis animæ, satis ambigunt. Alex. quemadmodum refert Simp. secundo commentario de cælo, animam esse, opinatus est, uerum quoniam uegetalis anima non est, hæc enim ab Aristotele à sempiterno corpore prorsus explodiitur, & cum ab intelligentia distinta sit, sensibilis anima necessario erit, quæ ab Alex. nūcupatur natura, & anima: dicitur uero natura, quatenus principiū motus est in eo, in quo est, hæc enim est naturæ ratio, quemadmodum secūdo physic. patet, dicitur quoque anima, quoniam ob eam cælum animal est, & per ipsam, animales actiones explet. Qua- 3

D re natura, & anima iure nuncupatur. Sed Simp. in Alexandrum inuehitur, & ostendere conatur, animam, naturam nuncupari non posse, & prima ratio hæc est; anima est natura dignior, & hoc ut confessum accipit, ergo non est natura. Deinceps, quæ diuersas habent rationes, alterum de altero non affirmatur, Atqui anima, & natura, diuersas rationes obtinent, etenim anima definitur, quòd sit actus corporis physici organici, natura uero, quòd sit motionis principium per se, & primo, in re naturali, ergo anima non est natura, neque uice uersa. adhuc si anima natura dici posset, ergo naturale corpus, corpus organicum esset, quæ quidem plurimum distinguuntur. Deinde anima, quæ orbicularis, corporis endelechia est, separata est, natura uero non est à materia abiuncta, fieri ergo nequit, ut anima sit natura. His itaque coniecturis animam, nuncupari naturam, non posse, ostendit.

De forma cælum constituente, tertia opinio. Cap. 25. E

SImplicius itaque, huiusmodi formam, ab intelligentia seiunctam, quam animam esse non
est opinatus, naturalem formam esse, credidit, Hæc enim, quemadmodum ipsemet secun-
do physic. testatur, inclinatio quędam est, ob quam res mouentur, & idcirco ipsam, prin-
cipium motionis passiuum solum esse testatur, & animā inquit, esse, motionis principium effe
ctiuum. Propter hanc itaque formam, cælestis latio, naturalis dicitur, & non merito animæ,
quia, ueluti anima, natura appellari nequit, ita neque merito animæ, cælestis latio, naturalis
nuncupari ualet. Propter hanc etiam formam, cælum propensionem, & naturalem inclinatio-
nem habet ut à sua anima circumferatur. Ob hanc quoque formam, cælum corpus naturale,
appellatur & merito animæ, animal dicitur, atque eius latio, animalis. Sed multifariam mul-
tisque modis Simpl. hallucinatur, primo quoniam unaquæque forma, quæ est anima, est etiam
5 natura, quod ita demonstramus, Arist. secundo physic. naturam definiens, eam deinceps in ma
teriam, & formam distinxit, & utriusque rationes largiens, materiam inquit, principium mo-
tioni susceptiuum esse, formam uero motionis principium effectiuum, anima igitur natura est, F
nempe ut inquit Simp. principium motus productiuum, anima est. Deinceps eodem secundo
physic. Arist. naturæ definitionem aperiens, quo pacto principium motionis in re naturali di
catur, inquit, quoniam etsi artificiosa in se principium susceptiuum motus habeant, effectiuum
tamen deforis est, & idcirco à naturalibus differunt. Quare confitetur formam, quæ natura
est, esse agendi principium in re naturali. Adhuc fieri nequit, ut duo opposita, ab una, & eadem
natura per se proueniant, sed agere, & pati, opposita sunt, ergo ab una, & eadem natura profici-
53 sci nequeunt, atqui formæ ratio, agere est, materiæ uero pati, ut secundo de ortu Arist. defi-
niuit, ergo patiendi ratio, forma esse nequit. Confirmatur ratio, materia, & forma in idem
70 nunquam coincidunt, ut secundo physi. constat. sed si formæ naturali conueniret, patiendi ra-
tio, ergo materia cum forma coincideret, nam materiæ ratio, est pati, & idcirco recte Auer. 9.
2 meth. inquit, formas per se agere, & ex accidenti pati, quoniam quatenus in materia sunt, formæ
uero separatæ neque per se, neque per accidens patiuntur, etenim quoniam formæ sunt, agunt,
25 & quoniam à materia liberæ sunt, per accidens pati nequeunt, & idcirco Arist. primo de ortu
73 ait, si caliditas esset à materia separata, tantum ageret, & nullo modo pateretur, & secundo phys.
inquit, mouens naturale duplex est, alterum est mouens motum, alterum uero mouens im- G
mobile, quod non nisi cæli anima est, ueluti 8. physic. constat, quare si cæli anima naturaliter
mouet, natura utique erit, & primo de cælo, accepit naturalia corpora esse secundum se mobi-
lia, secundum lationem, quia naturam habent, quæ est principium lationis productiuum, & id-
circo cæleste animal à se secundum lationem, mobile est, quia naturam habet, quæ cum anima
sit ergo anima erit natura. Decipitur etiam cum affirmat, huiusmodi formam, naturalem esse.
nam quærimus, num huiusmodi forma est à materia dependens, & ab ea constituta, si itaque,
detur, quod constituta sit, ergo generabilis, & corruptibilis, si uero à materia non dependet
& ab eadem non constituitur, erit uirtus cognoscens, quare anima hæc forma erit. Quæ uero
contra Alexandrum profert, nullam habent efficaciam. & ut quæ dicturi sumus, elucescant, in
telligere oportet naturam bipartitam esse, nempe altera est materia, quæ principium est, quo
res naturales motionem suscipiant, altera uero forma nuncupatur, quæ principium unde mo-
tus est. Natura uero, quæ forma est in plus quàm anima se habet, etenim omnis anima est na-
tura, & non uice uersa, formæ siquidem elementorum pariter, & mixtorum, quæ uita carent,
natura sunt, sed non animæ: & quamuis natura, est anima uniuersalior, utriusque; tamen ratio
distincta est, nempe dicitur natura quatenus principium per se motionis in re naturali existit, ani H
ma uero quatenus est actus primus, corporis physici organici: & quamuis rationes huiusmodi di
stinctę sint, altera tamen, de altera affirmari potest. Recte igitur inquit Alex. huiusmodi for-
mam naturam, & animam nuncupari posse. Et quamuis natura secundum eius rationem, ani-
ma uilior sit, nil tamen impedit, quin de ea affirmari possit, etenim animal homine uilius est, ne-
mo tamen est, qui ambigat, hominem animal nuncupari, siquidem gradus inferior, superiori
semper perfectionis gradum adiungit, quare absurdum nullum est, animam quatenus natura, se
ipsa, prout anima est, uiliorem esse, quemadmodum homo ut animal est, se ipso, ut homo est,
uilior existit. Neque uerum est, uniuersam naturam inseparabilem à materia esse, nempe natura
quæ anima cæli est, abiuncta est. Scire tamen oportet, Aristotelem, elementorum formas,
naturam nuncupare, & ipsa corpora, elementa uocata, naturalia, quia in serie rerum corru-
ptibilium, elementorum formæ, primæ formæ sunt, & elementa, prima corpora, iure illas,
naturas, hæc naturalia appellat, Quando enim est aliquod nomen pluribus conueniens, & uni
primo, alija secundo simpliciter illius, cui primo competit, dici potest, quoniam alijs non nisi

propter

A propter primum, ueluti secundo Top. Arist. definiuit. Ex his itaque constat, & animam naturam nuncupari posse, nec non Simplicii sententiam, à ratione recedere.

Opinio propria. Cap. 26.

Nos itaque ab Alexandro non recedentes, huiusmodi formam, quæ cælum inesse constituit animam sentientem esse asserimus, A qua quidem sententia, Simplicius alienus non est, ueluti apud ipsum legere est, & in aditu tertij uoluminis de anima, & in secundo libro de cælo, & hæc etiam fuit omnium Platonicorum communis opinio, à qua Arist. minime dissentit, quemadmodum octaua disp. de facultatibus animæ sentientis, docuimus, Ab hac itaque anima, cælum est animal, & neque graue, neque leue, atque quintum corpus. Sed ut perspicua nostra reddatur opinio, accipiendum est (ueluti longa oratione docuimus, prima disputatione de animæ sentientis facultatibus) Animam sentientem, siue morticinij, siue sempiterni animalis extiterit, rerum sensibilium species, uirtute continere, non Ita, quòd ille inter se actu secretæ sint, sed quia ipsius substantia, uirtute omnia sensibilia existit. per has itaque species, quas
B refert (ut recte Plotinus testatur,) de sensibilibus iudicium facit, ab externis enim obiectis simulacra non suscipiunt sensus, sed per imagines, quas habent, de sensibilibus iudicant. Veruntamen in animali caduco duæ sunt species, altera, quæ non uere species dicitur, cum passio quædam sit, estque illa, quæ ab obiectis producta, ad instrumenta decurrit, sensibile enim obiectum, in sensitiuo sui speciem imprimit, per quam proxime non sentit animal, sed ab hac solum exitatur. Altera uero species est, quæ est animæ interna, & à generante, quando sentiens anima gignitur, producitur, per hanc itaque de sensibilibus iudicium efficitur. Hæc species accidens non est, sed eius substantia, quæ etsi numero una sit, ratione multiplex euadit, nam ut uaria refert, uarias sortitur rationes, quoniam uisibilis, & audibilis species nuncupatur, sensus etenim, ab altera specie in sensiterio manente, excitatus, per eam, quam in se habet, de sensibilibus iudicat. Causa uero, quare fuit animali altera species elargita, quia animali caduco, sensus tributi sunt ob illius salutem, sunt enim multa nocua, quæ animal interimere possunt, quæue continuo ei occurrunt, ergo necesse fuit, ut ab obiectis extrinsecis species gignatur, cuius ratione, illud dignoscatur sensibile, quod animali iucundum, uel nouum est, etenim sensus, non magis hoc, quàm illud sensibile percipere potest, nempe ipse, æque omnia referre potest; quare
C saluti animalis caduci, non prodesset sensus, iure itaque altera species detur, per quam de hoc, non de illo iudicat sensibili, siquidem omne agens, quod ad multa indifferens est, si eorum aliquod sibi definit, & determinat, noua causa concurrit, cuius merito magis hoc, quàm aliud producit, itaque cum sensus uniuersa sensibilia referre possit, igitur si hoc magis, quàm illud refert noua concurit causa, cuius merito ad hoc, & non ad illud definitur, est noua hæc causa, species à sensibili externo producta. Huius rationis prima propositio Auer. est, secundo & 8. physic. ex his clarere potest, quo modo cælo sint sensus elargiti; huic enim animali, etiam omnium sensibilium elucent imagines, per quas de sensibilibus omnibus iudicat. Verum, quoniam animali sempiterno, non sunt sensus tributi, ob salutem, est enim animal sempiternum, & ei nocua occurrere nequeunt, inde fit, ut secunda illa species ei necessaria non sit, quare organum ei tribuendum non erit, causa enim cur animali caduco, sit organum elargitum, est ut species ab oblato recipiat, à quibus anima excitata, per species quas intus habet iudicet, & occasionem accipiat, quare cum animali sempiterno occasiones accidere nequeant, ea effigies necessaria non erit, quare neque sensiterium, in hoc enim species quæ de recenti fiunt recipiuntur. Quare sensus ob aliam causam cælo elargiti sunt, nam propter iudicium tantum & cognitionem, quoniam
D perfectionis est cognoscere & de sensibilibus iudicium facere, ergo hæc perfectio à cælo non est neganda, etenim Arist. primo meth. inquit duas ob causas sensus animalibus esse tributus, cum ob cognitioné, tum ob salutem, & propterea inquit diligimus uisum quamuis nullam nobis prestet utilitatem, quoniam plures rerum differentias cognoscere facit. Verum ostendere oportet cælo sentientem animam nó esse, quamuis multa in disputatione octaua explicauimus, nunc uero quædā breuibus perstringemus. Mūdus hic sublunaris à diuino animali gubernatur népe primo meth. Philosophus inquit, mundum hunc superioribus lationibus contiguum esse, ut inde omnis uirtus eius gubernetur, ergo quæ in mundo hoc sunt, ut percipiat opus est, Rerum enim gubernatio sine cognitione fieri nequit, ueluti in eo libro, qui de prouidētia inscriptus est, docuimus, quare in sempiterno animali necessum est, ut uirtus sit, ob quam, quæ in hoc mundo agentia sunt, cognoscat, cognoscentes uero uirtutes duæ sunt, ut puta intellectus, & sensus, sed méte hæc, cælum apprehendere nequit, nam si prima mens fuerit, non nisi se ipsam cognoscit, si uero secunda, se & supremam percipiet, Necessum igitur est, cælum agentia sublunaria, quæ singularia sunt, per uim sentientem apprehendere. Quæ, cognoscens, uel ut semper uel ut plu-

rimum dirigit, ut optatos fines conſequi poſsint. Deinceps, inquit Auer. in libro de ſubſtan- E
tia orbis, quod quæcunque de rebus æternis, & caducis affirmãtur, neque pure æquiuoce, ne-
que uniuoce, ſed ſecundum prius, & poſterius, ſed animal nomen eſt, quod æterno, & cadu-
co animali conuenit, ergo neque æquiuoce, neque uniuoce, ſed ſecundum prius, & poſterius.
ſi itaque cælum, per ſenſum, animal non foret, ſublunare uero, per ſenſum animal euaderet,
ergo æquiuoce, & non ſecundum prius, & poſterius utrique animali nomen conuenirent, nem
pe nomen commune ſolum eſſet, in natura uero minime conſentirent, ergo ſi ſecundum prius,
& poſterius utrique animal competeret, oportet ut natura ſenſitiua in utroque animali reperia
tur. Confirmatur ratio per Alexandrum qui 10. meth. inquit, analogum unam naturam dicere
ſecundum prius, & poſterius participatam, ergo animal unam naturam dicit, quæ utrique ani-
mali communis eſt, ſed hæc in animali caduco ſenſus eſt, ergo hæc eadem in cælo inuenitur, ue-
rum prius orbiculari corpori ineſt quoniam hoc eſt cauſa ut caducum animal ſenſum participet.
Deinceps ſi in animali diuino non eſſent ſenſus, temere ergo natura ageret, & ut in pluribus
effectum non produceret. id quod conſequitur, ex eo monſtratur, agens naturale cum ſine co
gnitione agat. Eſt igitur opus, ut ab aliquo agente effectum cognoſcente, dirigatur, cuius ra
18 tione temere non progrediatur, ut Them. & Auer. 12. meth. teſtantur. hic autem effectus, cum F
ſingularis ſit, uirtus cognoſcens intellectus eſſe nequit, ergo ſenſus; hic enim eſt, qui ſingula-
ria contemplatur, non autem eſt ſenſus, qui in animali caduco inuenitur, ergo qui in cælo, ani-
mal ergo æternum, per hanc uirtutem, agentia quæ ſunt hic dirigit in eorum actionibus, & pro
inde quamplures, ex antiquis ſapientibus, aſſeruere cælum Deum eſſe, quandoquidem hic, quæ
ſunt, in hoc mundo noſtro prouideat & in proprias dirigat actiones. Confirmantur hæc, ex
Auer. libro de ſomno, & uigilia, qui opinatur, quòd in generatione cuiuslibet indiuidui anima-
lium, & plantarum, concurrat præter principium naturale, intelligentia agens, quæ utitur na-
turali principio, ueluti artifex utitur inſtrumento. & hæc ſunt uerba, Declaratum eſt in libro
de uegetalibus, & animalibus, quòd indiuidua animalium, & plantarum ſunt determinata in eſ-
ſe, & determinatarum cauſarum. & ideo ſuperaddit, quòd indiuiduum aliquod fieri non po-
teſt, niſi per ſcientiam, Illius, ab aliqua forma ſeparata, quæ utitur agente naturali ut artifex in
ſtrumento, quibus patet, quod agens naturale quamuis ſine cognitione agat, tamen eſt alterum
agens, quod aliud non eſt, niſi anima exiſtens in cælo, quæ illud cognoſcit, & eo utitur, ut in
ſtrumento, quoniam in ſe habet effectus producendi imaginem, ad cuius inſtar, effectum pro
47 ducit, quare cum indiuiduum non niſi ſenſu aprehendunt uis, igitur ſenſitiua in cælo eſt, cuius G
cauſa cælum actiones agentium, quæ ſunt hic, diriget, 8. phyſic. idem Auer. ait, quod cælum
ſe habet ut artifex, agentia autem quæ ſunt, in mundo noſtro, ut inſtrumenta: ſed artifex per
cognitionem effectum agit, inſtrumentum autem nequaquam, ergo cęlum cum ad omnem ef-
fectum producendum, ueluti artifex concurrat, omnes ergo illos cognoſcit, qui cum ſint ſin-
gulares, in eo, ergo erit uirtus ſingularia apprehendens, quæ ſenſitiua eſt, non minus poteſt
15 opinio hæc philoſophi uerbis, ſecundo de anima confirmari, ubi ait, animal eſſe animal
per ſenſum primum, puta per tactum cum cælum animal ſit; ergo ei ineſt, ſenſus, tactus,
neque obſtat, ſiquis dicat, Ariſtotelem, ibi de animali caduco loqui, hoc enim dici ne-
3 quit, ut ex Auer. regula ſecundo phyſi. deprehendi poteſt, qui ait, antequam propria, quæ
ſingulis ſpeciebus analogi conueniũt, conſideremus, cõmunia prius quę omnibus conueniunt, eſ-
ſe explicanda: quare ſi que animali caduco propria ſunt, Ariſt. ſecundo de anima enarraſſet, com
munia animalibus omnibus partibus non apparuiſſet. Verum id ratio ſupponit, quod etſi lib. ſe-
cundo de anima docuimus, poſterius tamen aliqua dicemus, uidelicet de utriuſque animalis ani
ma, eo commentario ſermonem haberi, æterni inquam, & caduci. Quare prius de analo-
go, mox de ſingulis eius ſpeciebus, oratio habenda erat. Neque noſtram ſententiam detur- H
bant, quæ eodem libro ab Ariſt. dicuntur, in rebus caducis non ſeparari intellectiuum à ſenſiti-
uo, Quare in æternis intellectiuum ſine ſenſitiuo eſſe ualet, cum huiuſmodi animal non ſit niſi
cælum, ergo nullum obtinet ſenſum cœleſte corpus. Hæc enim uerba maxime noſtram ſen-
tentiam confirmant, nempe philoſophus cum plures enumeraſſet uidentium gradus, quos hos
eſſe aſſeruit Vegetatiuum, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, & intellectiuum, docuit etiam
uegetatiuum prius reliquis eſſe, ſubdit hec uerba, ſeparari autem hoc, intelligit, uegetatiuum,
ab alijs, que retro enumerauit, alia autem, ueputa ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, &
intellectiuum, ab hoc, puta uegetatiuo, impoſsibile, in mortalibus. Quare ſi licet, ueluti ip-
ſis, ratiocinari, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, & intellectiuum, non ſeparantur à ue-
getatiuo in rebus mortalibus, ergo in animali ęterno ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, &
intellectiuum, à uegetatiuo ſeparantur, ergo datur animal æternum, quod ſenſum, & intelle-
ctum habet, abſque uegetatiuo. ea igitur uerba, maxime noſtram ſententiam confirmant, quo-
niam huiuſmodi animal ſempiternum, non niſi cælum eſt. Quæ cum explicata ſint, intereſt

A modo explicare, quo pacto cælo sensus insint. Duas enim ob causas, sunt animali sensus largiti, quemadmodum primo meth. & libro de sensu, & sensili testatur. Altera ob salutem, quo modo animali morticinio sensus competunt, sunt enim uaria, atque multa, quæ huiusmodi animal lædere possunt, & quæ etiam ei proficua sunt, ergo anima eget, qua nocua & iucunda percipiat, quibus cognitis illa fugere, hęc uero prosequi posit. Ob hanc causam, huic animali sunt organa tributa, in quibus, sensibilis species, à forma sensibili orta, suscipitur, per se enim hęc, in sensitiua potestate recipi nequit, sed in sensiterio, in quo cum recepta est, uim sensitiuam mouet, ut de sensibili eo iudicet, à quo species producta est. Atqui ita Arist. sensus à cælo exclusit, non enim ipsi, ob salutem sensus tributi sunt, est enim animal æternum, quare fit, ut neque organo, neque specie à sensibili forma producta, indigeat, atqui ita rationes quę nostram sententiam deturbare uidentur à cælo sensus explodunt, ueluti satis aperte initio tertij commentarij de anima, Simp. docuit. Altera uero causa, quare animali sensus tributi sint, est, ob cognitionem, & iudicium, perfectionis etenim est, sensibilia cognoscere, & de eis iudicare: atque ita animali æterno sensus sunt tributi, ut uniuersa sensibilia noscat, & his, quę apud nos sunt, prouideat, atque in proprias actiones dirigat, huiusmodi enim animal, in se respi-

B ciens, sensibilia apprehendit, non in aliqua temporis differentia, sed præterita futuraque, ei præsentia sunt, ipsum enim perpetuum est, quare eius cognitio tempore metiri nequit. Neque opinandum est, cognitionem hanc à rebus ortum trahere, sed ipsa potius rerum causa est, nempe cælum, cum omnibus effectibus producendis cooperetur, agensque sit per cognitionem, erit itaque causæ eorum quæ fiunt. de sensibilibus itaque cognitionem habens, nihil ab eis recipit, quę enim sub odoratum, gustum, & tactum, nec non sub alios sensus cadunt, percipit. Sed num sensus interni, ut communis sensus, & phantasia, insint cælo, quis ambigere posset, sed hoc diluere difficile non est, etenim sensus communis, cælo sine dubio inest, quia cum de sensibilibus iudicet, differentiam, & conuenientiam, quæ inter illa est, non ignorat, hoc uero munus, communi sensui ascribitur. Omnes enim sensus substantia idem sunt, nempe una secundum rem potentia sensitiua est, ratione uero multiplex. nam ut diuersimode circa sensibilia sentiendi potestas, negotiatur, diuersas sortitur denominationes, nam, ut sensibile, quod uisibile est, percipit, uisus, & ita ordine deinceps, ut uero hæc eadem potestas, sensibilium conuenientiam, & discrimen sentit, communis sensus nuncupatur, phantasia uero, quatenus de sensibilibus in eorum absentia iudicat. ex quibus paret cum semper cælo, sensibilia præsentia

C sint, phantasia ipsi, ut nobis non inest, et si inest, non nisi habitudine ad hęc, nempe ut hęc percipit, quibus accidit actu existere, sensus, externus dicitur, ut uero præsentia non sunt, denominatione extrinseca phantasia nuncupatur. Quare quo pacto cælo sensus insint, satis elucet. Sed dubia, modo, quæ nostræ opinioni obstare uidentur, euertenda sunt.

Dubitationes aliquæ euertuntur. Cap. 27.

SEd multa sunt quæ nostram sententiam deturbare uidentur, atque primum est, si Arist. cęlo ob cognitionem sensus ascripsit, quo in libro de his disseruit. Deinceps hæc sentiens anima, aut est, ex materiæ gremio educta, & eius diuisione, diuiduam, aut non. si primum detur, cælum utique corruptibile erit, nam omnis, quæ ita se habet, forma interitum patitur. si uero secundum fateatur, ergo separata erit, quare erit intellectus. Sed quo ad primam pertinet dubitationem, nonnulli asseruere, nullibi Arist. de huiusmodi anima, disputationem habuisse, nam sermo de hac anima maxime secundo libro de anima, habitus fuisset, At ibi nulla de hac anima facta est oratio, quemadmodum Alex. & Simp. asseruere, qui animam tantum animalis 16

D caduci, ibi definiri, & considerari monuere. Hoc idem ex multis confirmant, atque primum ex Arist. uerbis primo de anima, ubi statuens quas animas naturalis consideret, inquit, se animas corruptibilis animalis definire, utputa eas quæ in materia sunt: at hæc cælestis anima in materia non est, quare eo in libro considerari nequit. Amplius ea anima definitur, quæ est inseparabilis, nam definitur anima, quæ est actus, actus autem secundo de anima, inseparabilis est, ab 26 eo cuius actus, sed anima cæli separabilis est, immo separata, ergo cæli anima sub illa definitione, non clauditur. Ad idem ea anima definitur, cuius corpus est organicum, sed cælum non est corpus organicum, cum sit corpus simplex, anima igitur cæli non definitur, mox cælum non est potentia uitam habens, sed actu uiuit; igitur eius anima sub definitione cõmuni non clauditur. idem etiam Arist. procedendi modus manifestat, nam libro 2. habita animæ definitione cõmuni, mox singulas animas manifestare aggreditur, & cõstat eo libro uegetalē, sensibilem animā, eius potentias, operationes & obiecta contēplari, & de sensu communi, & phantasia, tertio libro, de anima intelligendi, qua homo intelligit, ac sapit, quā habeat differētiā, & quomodo fit ipsum intelligere, Demū de intelligibile in se manente, mox de principio animalis motiuo

quod eſt appetitus,& intellectus ſermonē aggreditur,& libris de anima finem imponit.Quare ex E
animalis progreſſu,manifeſtū fit,animam animalis caduci contemplari.ſed horum opinio, pace
horum dixerim, articuli, & rationi non conſentit, atque primū eorum armis aduerſus ipſos
utemur, ea enim anima definitur, quæ actus eſt, phyſici corporis organici potentia uitam ha-
bentis, ſed corporis cæleſtis anima, actus eſt corporis phyſici organici potentia uitam haben-
tis. Cæleſtis igitur anima definitur. minor propoſitio, quo ad primam partem,probatur,quod
24 uidelicet cælū ſit corpus organicum,ex Auer.ſecundo ex cæli,ubi aſſerit,cæli animam agere per
ſtellam, tamquam per organum, quod etiam ratione probari poteſt, illud enim corpus eſt or-
ganicum, quod habet diuerſitatem in partibus, & cuius forma ita una parte utitur, quod
non altera. Sed cælum ita ſe habet, habet enim diuerſitatem in partibus, penes rarum, & den
ſum, & utitur pro operatione producenda, potius parte denſa,quàm rara;igitur cælum erit cor
pus organicum. maior eſt Ariſtotelis ſecundo de partibus animalium cap. primo, & quamuis
cælum, tantam diuerſitatem in partibus non habeat, quemadmodum animal caducum, non ta-
men inferendum eſt, quòd organicum non ſit,ita enim planta corpus organicum non eſſet,quo
niam tantam difformitatem in partibus non habet, immo eius partes omnino ſimplices uiden-
tur;eſt rurſus potentia uitam habens. Potentia enim, quæ ſub animæ definitione cadit non ex- F
cludit actum, ſed ſtat cum actu, ut Ariſt. particula decima docet, immo potentia hæc non
tantum cum actu primo ſtat, ſed cum ſecundo ſtare poteſt, neluti in anima uegetali patet, quæ
licet ſemper operetur, eius corpus eſt potentia uiuens, quoniam cum actu uiuit,poſsibile eſt ut,
uiuat. Habet enim potentiam, & facultatem, per quam actu uiuit, cuius ſignificati potentia
meminit Ariſt. ſecundo libro Periherm.ut etiam Them. cap. ſexto ſecundi de anima docet,
quo pacto cælum dicitur potentia uiuens, licet enim actu uiuat, potentia eſt ut uiuat, quoniam
facultatem habet, per quam actu uiuit. Tota igitur definitio cæleſti animæ conuenit, ſub illa
igitur clauditur. ſecundo una & eadem facultas eſt,quæ omnes ſpecies nominis analogi contem
3 platur,ut Ari.quarto met. & Simp.in pręfatione huius libri.ſed ſenſitiua anima, animalis caduci
animam conſiderat,ergo & cæleſtem animam. tertio antequam de ſpecie alicuius analogi, prius
de communi analogo diſputatio facienda eſt, ſed anima genus eſt ambiguum, & analogum, ad
animam animalis caduci, fieri non poteſt, niſi prius de anima communi utrique fiat ſermo.
Quare cum in libro de anima diſputatio fiat, de anima animalis mortalis, prius igitur, quàm
de ea fiat diſputatio, neceſſe eſt, ut de anima utrique communi diſputet, quare cum ſermonem
habeat philoſopus de anima in communi,ſub illa diſputatione anima cæli clauditur.quarto facul G
tas quæ inter aliqua duo diſcrimen, & conuenientiam interponit, utrūque illorum contempla-
146 tur, ut ſecundo de anima;ſed facultas hæc de anima,differentiam,& conuenientiam inter utraſ-
que animas interponit, ergo utramque conſiderat. Minor probatur, nam Ariſtoteles propo-
nit communem definitionem, quæ ut probatum eſt omni animæ conuenit,deinde diſcrimen po
nit inter utraſque animas ut 2. de anima ait, ſentiuum & intellectiuum in rebus mortalibus
loco, & ſubiecto non ſeparari, ſed in rebus æternis ſeparatur. Paulo poſt docebit in cælo eſſe
mentem ſine diania; ponit etiam conuenientiam ut paulo poſt explicabitur. poſtremo arguitur,
anima cæli ea ratione qua eſt principium quo cælum eſt, neceſſe eſt ut ab aliqua facultate con
ſideretur, nōà methaphyſica,uā conſiderat animam cęli,non ea ratione,qua eſt principium deter-
minati entis, ſed ea ratione, qua eſt principium entis,nam hic eſt modus conſiderandi conueniēs
primo philoſopho, ergo à naturali philoſophia, ſed non in libro 8. phyſi. nam ibi fit diſputatio
de anima cæli, ea ratione, qua ex cauſa uniuerſalis rerum, quæ generantur,& corrumpuntur.
2 Teſtatur Auer. primo cæli, quod ſermo uniuerſalis, totus in phyſic. habitus eſt. Quare ibi ani
ma cæli ut cauſa uniuerſalis rerum eſt, nāq; in libris de cælo de parte corporea diſceptatio fit,de
hac itaque anima, in libris de anima. Idem Auer. teſtimonio confirmari poteſt, qui primo de H
2 anima, oſtendens, quod commodum diuinæ ſcientiæ, narratio de anima afferat,inquit, diuinū
accipere, ſubſtantias ſeparatas eſſe, & illas eſſe intelligentes. quærimus itaque num Auer. intel
ligat, librum de anima monſtrare ſubſtantias ſeparatas eſſe, quod minime, ſecundum ipſum,
affirmandum eſt, nam opinatur, ſolum naturalem, per motum ſempiternum, illud demonſtra
re, per eſſe itaque, earum intelligit eſſentiam. At non eam, quæ cæleſtibus animabus, ut in ſe
conſiſtant, competit,quia talis cognitio, ut ipſemet Aueroes teſtatur tertio de anima,ſcientia-
rum ſpeculatiuarum curſu, non fluit, quare per eſſentiam, prædicata quędam,quæ illis con-
36 ueniunt, ea ratione, qua animæ ſunt, intelligit: ſcientia itaque de anima cæleſtem animam
contemplatur.

A

Propria opinio. Cap. 28.

NOs itaque asserimus, sub communi animæ definitione quam secundo de anima Arist. tra-
didit, cælestem animam contineri. Verum, ut nostra opinio aperta reddatur, sunt nonnul-
la accipienda, atque primum, cælestem animam trifariam considerari posse, primo, ut,
entis principium est, ea ratione, qua ens, quo pacto à primo philosopho consideratur. Secun-
do ut rebus, quæ ortum & interitum patiuntur, cooperatur, quo quidem pacto, de ea 8. phys.
oratio facta est. Demum ut est principium, quo cælum, est cælum, atque uitæ actiones exer-
cet, & ita in libris de anima spectatur. Accipiendum etiã est, quod nuper à nobis explicatum
est, duas in cælo existere animas, quarum altera, sensitiua est, per quam cælum animal est, & il-
las explet actiones, quæ ei ut animal est, conueniunt. Altera intelligentia uocatur, quæ or-
biculari corpori tributa est, ut est diuinitatis particeps. Propter hanc enim cælum & in gy-
rum mouetur, & intelligit. His adijciendum, duas animæ uniuersales definitiones Aristote-
lem assignasse, quarum altera, ueluti prima, animæ naturam declarat, ut est habitus, & forma
B corporis, & idcirco dicitur, quòd sit actus corporis physici, organici potentia uitam habentis.
Altera uero quæ animę substãtiã explicat, ut quædã facultas est, ut suas functiones respicit, quæ est
ut sit principium primum, operandi in corpore uiuente. His sic explicatis, dicimus, de anima cæli,
siue sit sensitiua, siue intelligens, & quo ad prædicata, quę omni animę cõueniũt, et quo ad prædi-
cata ꝓpria in li. de anima Arist. disputare. Verũ quo ordine de ea disserat, ut disputemus oportet.
Sub prima etenim definitione, anima cæli sensitiua comprehenditur, & non intelligentia, nempe
ea anima definitur, prima definitione, quæ forma est, uiuens in esse constituens, ueluti secun-
do de anima patet, sed anima sensitiua est, forma cælum constituens, & non intelligentia, qua 8
re hæc anima sub illa prima definitione comprehenditur, hæc enim cælum constituens, causa est
ut cælum uiuere possit. Sub secunda uero animæ definitione, utraque cælestis anima com-
prehenditur, quod enim sensitiua anima contineatur, perspicuum est, quoniam per ipsam or-
biculare corpus, eas exercet actiones, quæ ei, ut animal est, conueniunt, sentit enim & agen
tia, quæ sunt hic, ad proprios fines dirigit, per huiusmodi animam cæleste corpus. Hæc ea-
dem definitio, intelligentiæ etiam cõpetit, etenim cælo, motum orbicularem intelligentia lar-
C gitur, quæ uitalis operatio est, ut secundo de substantia orbis, Auer. docet. ex his itaque con-
stat, sub utraque definitione, eas, quæ in cælo sunt, animas comprehendi. At nunc superest,
ut declaremus, quo pacto de proprijs prædicatis, his animabus competentibus, pertractat, &
loca manifestare, in quibus disputatio hæc habetur. Et exordiemur ab anima sensitiuua cælesti
de qua, his in locis disceptatio habita fuit, in quibus de anima sensitiua caduci animalis, nam sunt
nonnulla prædicata, quæ utrique animæ conueniunt, quędam uero sunt, quorum merito sepa-
rantur. Arist. itaque eisdem locis, prædicata communia, & propria, utrique animæ docuit.
Verum, quoniam prædicata propria, admodum pauca erant, ob illorum itaque paucitatem,
non fecit tractatus separatos, sed de his prædicatis loquens, quæ animæ sensitiuæ animalis caduci
conueniunt, de proprijs etiam disseruit, quę sensitiuæ animæ, quæ in cælo est, competunt.
Neque hoc præter Arist. consuetudinem est, nam ut præfatione primi Posteriorum testatur
Auer. inquit, quòd cum Arist. loquitur de demonstrationis materia, & non fecit tractatus se-
iunctos de materia & definitionis forma ueluti de materia, & demonstrationis forma egit.
Nempe in libro Priorum, de forma demonstrationis, in primo uero Posteriorum de eius mate-
ria. Sed non ita de definitione disputatio facta est, non enim tractatus separatos de materia, &
definitionis forma fecit, sed simul de materia demonstrationis tractans, etiã de definitionis mate
D ria egit. causam largitur Auer. inquiens, quia admodum paucæ cõditiones erant, penes quas
materia definitionis à demonstrationis materia differebat, & ob paucitatem illarum, non fecit
tractatus distintos, sed loquens de conditionibus, in quibus conueniebant, etiam de conditio-
nibus, in quibus differrent, habitus sermo est; Ita Arist. in libro de anima, quando de anima sen
sitiua animalis caduci disputat, de anima cæli sensitiua, simul orationem habet, quoniam mul
tæ sunt conditiones, in quibus conueniunt, & admodum paucæ sunt, in quibus differunt, ob
quarum paucitatem, tractatus separatos non merentur. Pari etiam pacto, Arist. libro tertio de
anima, de intelligente hominis anima loquens, simul de intelligente anima cæli sermonem ha
bet, etenim intellectus humanus, interdum progressus est, interdum in se manet, itaque cum
loquitur de intellectu in se manente; cuius sermo à decimanona particula exorditur, & ad uige-
simãseptimã absoluitur, etiam de cælorum mentibus loquitur. Quoniam prædicata utrique mẽ-
ti competentia eadem fere sunt, & in paucis differunt, de quibus ibi mentio fit. Sed dubium est
etenim & corruptibili nihil commune est, ergo fieri nequit ut animæ definitiones utrique animæ
conueniant. sed hoc euertitur, æterno enim & corruptibili nihil commune uniuocum esse po-

test,sed in natura analoga bene consentire possunt,ita communes animæ definitiones non eadem prorsus ratione sed secundum analogiam conueniūt, (quemadmodum cum secundum librum de anima interpretati fuimus diximus.) His sic explicatis in oppositum dubia euerenda sunt, atque primum ita soluitur,nempe naturalis scientia,cuius liber de anima pars est,eas solum animas contemplatur quæ in materia sensibili sunt,uerum non eas intelligere oportet animas quæ permateriam constitutæ sunt,sed omnes quæ habitudinem ad materiam sensibilem dicunt:ita cælestis anima consideratur in libris de anima, & ad materiam sensibilem habitudinem dicit puta ad animal cæleste,etenim sensibilis materia corpus naturale, quare ut principium, & cælestis corporis forma cæli anima consideratur soluitur secundum,& pro solutione notandum quòd separatio formæ uel non separatio duplex est, non dicitur forma separata, ea quæ potest corpus cuius est forma derelinquere ipsa non corrupta, ueluti de anima hominis intelligente affirmatur. Hæc formæ separatio ab Arist. minime cognita fuit;nempe formæ separatio ut 4.phys. Arist. definit, est eius interitus, atqui ita omnis forma inseparabilis est . Et penes hoc Pythagoreos Arist. arguit, qui animam de corpore in corpus migrare asseruere quo pacto cæli anima inseparabilis dicitur,quoniam numquam cæleste animal derelinquit, atque ita Arist. actum inseparabilem ab eo cuius est actus esse asserit. Altera formæ separatio est quando forma in esse à materia non pendet, quo pacto cæli anima dicitur separata, deque hac formæ separatione, in animæ definitione, sermo non habetur; cætera, quæ obijci untur, ex dictis soluta sunt. E 16 F

Alterius dubitationis solutio. Cap. 29.

SEd neque quod secundo obiiciebatur, obstat, etenim nomine formæ, quæ omnino abiuncta est, phylosophi peripatetici intelligunt, quæ neque ex materia est producta, neque cum materia commercium habet, ita quòd materiam non perficiat, si enim materiam perficeret, non esset omnino abiuncta, sed quoquomodo coniuncta, efficeretque compositi pars. Huius generis formæ cælorum mentes sunt, neque enim ex materia productæ sunt, neque eandem perficiunt, sed solum corpori cælesti iam constituto, orbicularem lationem largiuntur. Et huiusmodi mentes ex motione sempiterna maxime ab Arist. cognitæ fuere. forma non abiuncta dicitur, quæ cum materiam in esse constituat, de qua est producta,ab eadem in esse constituitur, ex his solutio constat, anima hæc sentiens, non educta ex materia, neque omnino separata, uti intellectus, nam etsi quatenus ex non materia producitur, cum formis separatis consentiat, tamen quoniam cælum perficit, & in esse constituit, atque ipsum animal esse facit, non omnino abiuncta dicitur, & idcirco intellectus non est; quare quoquomodo mediam, cum neque simpliciter abiuncta, neque omnino in materia sit. Sed quis ambigere posset, si anima hæc, media inter abiunctam, & non abiunctam formam existeret, contradictio medium pateretur:separatum enim,& non separatum contradictoriæ opponuntur. Sed euertimus hoc,& nemini dubium esse asserimus, inter separatum, & non separatum, absolute, non dari medium, sed inter illud quod tali modo separatum est, puta, quod neque ex materia producitur, neque materiam constituit, & inter illud,quod ex materia ortum trahit, & materiam perficit bene medium datur,utputa forma, quæ non habet à materia originem, sed eam quoquomodo constituit, hæc quodammodo abiuncta est, & quodammodo non. Cæterum, quoniam medij natura, percipi nequit, extremis non cognitis idcirco formarum extremarum natura, & conditio, primum docenda erit. Atque exordiemur ab ea, quæ magis nobis aperta est. hæc enim forma, (uti docuimus) est, quæ per materiam esse habet, huic formæ quatuor manifeste inesse uidentur;primum quòd per transmutationem forma hæc, fit de potentia ad actum, ab agente producta, & causa est, quia generatio existendi principium est, & sicut res ad esse se habet, ita ad generationem. hæ formæ in materia esse habent cum propria quantitate, & dispositionibus, & idcirco per alterationem in actum prodeunt. et idcirco diuiduæ à subiecto fiunt,habent enim in subiecto esse, quod cum magnitudine affectum sit, iure eius diuisione partibiles fiunt, quæ quidem magnitudo, ob formæ, in materia aduentum longitudinis, latitudinis, atque profunditatis terminum suscipit, Siquidem terminationis omnis, ipsa existit forma, uti retro docuimus. Verum quoniam materia ob suam indeterminationem, omnes potest suscipere formas, ut quibusdam oportet, priusquam formam suscipiat, accidentibus afficiatur. Agens quare prius ob alterationem, profutura forma, accedentia nonnulla producit, quæ ueluti interminata magnitudo, terminum à forma suscipiunt, id Arist. secundo de anima monuit, Actus enim agentium. Inquit, in eo quod patitur, atque disponitur, inesse uidetur. Hoc autem, quod unicuique materiali formæ, inesse uidetur, quod uidelicet per transmutationem ab agente, de potentia ad actum, earum quæque educatur, hæ quòd partibiles,& propriā quantitatem, & dispositiones,per alterationem habent,causa est quia huiusmodi formæ, per materiam constitutæ G H

sunt

A ſunt. Ob hanc eandem cauſam, mutuam cum ſubiecto dependentiam habent, niſi enim eſſet
perfectio materiæ communicata, ſubiecto non indigerent, neque agente opus foret, eſſe per
tranſmutationem largiente, & idcirco ſicut ſubiectum, per formam habet complementum, ita
forma per ſubiectum ſubſtentatiue. Sunt rurſus huiuſmodi formæ contrarium habentes, nam
omnis ortus, & interitus ex contrario in contrarium procedit, ueluti in phyſicis Ariſt. definiuit,
& ideo altera, alteram corrumpit, at corruptio, & generatio agente indigent, huiuſmodi itaq;
ſormæ ab agente illud habent, ut antiqua detrudatur, & noua, atque oppoſita, de potentia ad
actum educatur. Rurſus actionis finitæ ſunt, nam ubi contrarietas, & materia, ibi corruptio,
quare infinitarum actionum eſſe nequeunt. Hæc itaque ſunt, quæ formis materialibus con-
ueniunt. Oppoſitæ uero condictiones, formis omnino abiunctis competunt, nempe quoniam
omnino à materia abiunctæ ſunt, neque eam conſtituunt, neque ab eadem conſtituuntur, qua-
re agente non indigent, ipſas de potentia ad actum transferente. Pariter neque diuiduæ ſunt,
nam ſi formis diuiſio accidit, ob ſubiectum magnitudine affectum, huiuſmodi formæ in ſubie-
cto non ſunt, quare neque eius partitione diuiduæ, diſpoſitione etiam non indigent, quoniam
agente uacant, & materia, quę ob ſuam indeterminationem, omnes eſt potens ſuſcipere for-
B mas; Neque contrarium habent, nam ubi contrarietas, ibi ortus, & interitus, quare eſſent for-
mæ per materiam conſtitutæ, & agente indigerent, ortus enim, & interitus ſine agente eſſe ne-
queunt, & partibiles etiam forent, ad ſubiecti diuiſionem. Sunt rurſus infinitæ actionis, nam
operatio modum exiſtendi formæ inſequitur. Quare cum huiuſmodi formæ perpetuæ ſint, ca-
rent enim materia, & contrario, quæ ortus, & interitus cauſæ ſunt, iure infinitæ actionis erunt;
forma enim, quę in materia eſt, quoniam finitæ actionis eſt, augumentum, & decrementum
ſuſcipere poteſt, & diuiditur in partem, & totam, & uirtus totius, maior eſt potentia partis, &
idcirco hęc ſe mutuo inferunt, formæ, quæ infinitæ actionis ſunt, non ſunt in ſubiecto, dimen-
ſione affecto, neque ipſæ formæ conſtitutæ in eſſe per ſubiectum ſunt, ob eandem etiam cau-
ſam, quia infinitarum ſunt actionum, ſcimus huiuſmodi uirtutes, materiam multam in poten-
tia non habere, pari pacto non habere magnum, & paruum, quæ in materia interminationem
indicant, neque incrementum, & decrementum recipiunt, ſiquidem diuiduæ non ſunt, ad ſu-
biecti diuiſionem, quoniam in materia magnitudine affecta non recipiuntur, ob id, quod infi-
nitatum ſunt actionum. Neque habent contrarium, nam ubi contrarietas, ibi corruptio, & ita
infinitarum actionum non eſſent. Cæterum huiuſmodi formæ, ueræ formæ non ſunt, nempe
C retro docuimus rationem formæ, in eo conſiſtere, ut ſit principium primum, quo res eſt, id
quod eſt, ſed ſecundum quandam ſimilitudinem, nam ueluti forma, quæ rem conſtituit, ei
opus largitur, ita cæleſtes mentes, cælo actionem præbent, ob quam diuinitatis efficitur par-
ticeps, largitur enim lationem orbicularem. Rurſus uti uers forma, actns eſt, ita cæleſtes
mentes, actus ſunt. Deficiunt uero, à ratione formæ, quoniam ſubiectum in eſſe non con-
ſtituunt, in quo formæ ratio conſiſtit, & ideo potius, agentes cauſæ nuncupantur: etenim phi-
loſophus ſecundo de anima, ait quòd forma, quando ſubiecto corpori, opus largitur, illius 37
agens appellatur. Intelligentia uerò, motum orbicnlarem cælo largitur, ergo agentis ratio-
nem potius ſubibit, ſiquidem cauſæ efficientis ratio, ut ſecundo phyſ. & quinto meth. eſt, ut ſit 28. 4.
principium unde motus. Ex his huius mediæ formæ natura aperta fieri poteſt, nempe media
non dicitur, quoniam ex extremis conflata eſt formis, ſed per compsrationem mediam dicitur,
utriſque enim, extremis formis perſimilis eſt, à quibus etiam ſeparatur, & ideo, medis per al-
legationem dicitur, eſt enim formis materialibus perſimilis, nam ueluti hæ ipſæ formæ, propria
ſubiecta, ineſſe conſtituunt, ita forma hæc media, ſuum ſubiectum ineſſe conſtituit. Ab his
tamē ſeparatur, quoniam à ſubiecto non conſtituitur, neque diuidua eius diuiſione eſt, nec ha-
D bens contrarium, neque finitæ actionis, & in his, cum formis omnino abiunctis conſentit, qua-
re magis cum formis abiunctis, quàm cum his, quæ in materiæ gremio reſident, affinitatem ha-
bet. Forma itaque hæc media, quæ cæli anima ſentiens eſt, cælum conſtituens, atque ipſum
animal reddens, formis materialibus conſimilis efficitur, atque quodammodo cum materia com
mercium habere dicitur. Verum quoniam ſubiecti quod conſtituit, diuiſione non partitur,
neque habet contrarium, neque finitæ actionis eſt, quodammodo ſeparata, & omnino abiun-
ctis formis, ſimilis efficitur. Hæc itaque cum declarata ſint, cauſa nunc largienda eſt, cur ani-
ma hæc ſentiens, cæleſti corpori, lationem in gyrum largiri nequit, ſed corpus orbiculare in-
telligentia indiget, ut circumferatur.

 E

Cælestis mens, & non anima sentiens, cælo motum orbicularem largitur. Cap. 30.

ET ut res, de qua sermo futurus est, aperta reddatur, prius intelligere oportet, formas,
quæ ab omni materia abiunctæ, atque prorsus liberæ sunt, esse per se bonas, quinimmo
bonitas in his, & perfectio in summo consistit, ob commertium enim, quod cum mate-
ria, forma habet, à perfectione recedit, itaque cælorum mentes, cum ab omni prorsus ma-
teria liberæ sint, per se itaque bonæ, atque perfectæ existunt. Verum, quoniam boni ratio est,
ut communicetur, necessum igitur est, ut bonitas sublunaribus rebus ab his mentibus communi-
cetur: atqui bonitas hæc, secundum peripateticos, non nisi per lationem orbicularem rebus
impartiri potest, iure igitur intelligentiæ cælesti corpori, orbicularem motionem largiuntur,
anima uero sentiens, quæ cælo accomodata est, quia commercium quoquomodo cum materia
habet, nec non cælestis corporis pars exitit, quæ semper respectu totius imperfectionem dicit,
quare bonitatem & perfectionem in summo habere nequit, quare bonitatis communicatiua non
est, ueluti mentes, & idcirco orbiculationem efficere nequit. Sed ut omnis de re hac dubitatio
tollatur, quonam pacto rebus anima hæc prouideat, & quomodo prouidentia hæc, ab ea intelli- F
gentiarum diuersa est, pariter quòd à rebus contingentis, per hanc animæ notionem, non tol-
litur, explicabimus. sed ut uniuersa oratio manifesta fiat, accipere oportet, tres esse formarum
ordines, primus, qui supremus est, & reliquis præstat, mentium ordo est, in quibus prima om-
nium causa, quæ deus nuncupatur, omnibus præstat. Secundus, qui inferior est, atque extre-
mus, is est, qui formas omnes cognitionis expertes, in se continet, Atque huius ordinis for-
mæ sunt, quæ ex sinu materiæ eductæ, & sine cognitione operantur, quæ naturales formæ nun
cupantur. Tertius, qui medius est, animæ sentientis est, qui quidem ordo, secundo superior,
primo uero inferior est. Verum, quoniam secundus ordo, cognitionis omnis expers est, de
eo nullus impresentiarum erit sermo, sed de primo, atque tertio. Primo itaque formarum or-
dini, duæ functiones accomodatæ sunt, motus in gyrum, & intelligere: sed quo ad primam
functionem pertinet, scire, secundum Peripateticos, oportet, nullam huius ordinis mentem,
(humana excepta,) inferiora apprehendere. Deus enim, qui prima mens est, seipsum tantum
intelligit, & si omnia percipere dicatur, eminenter, & non sub proprijs rationibus comprehen
dit, uti retro monuimus, Consimiliter cæteræ mentes uiliora ipsis, non percipiunt, nisi emi-
nenter. inquit enim Auer. quarto libro paraph. meth. in intelligentiis, cum causa intelligit G
causatum, nulla est inter causam, & causatum diuersitas, quoniam causatum idem cum causa
sit. cum itaque secunda intelligentia, eorum quæ infra ipsam sunt, causa sit, ergo cum, ea co-
gnoscit, hæc, idem omnibus modis, cum ea fiunt, uti in prima mente, Quare secunda quoque
dicitur quoquomodo omnia intelligere, quę sub ipsa sunt, quia se cognoscit, quæ eorum om-
nium, quorum ipsa est causa, perfectiones continet. Sed de humana mente dubium est, quo-
niam hæc uiliora apprehendit. sed ad hoc nos dicimus, quòd etsi humana mens, uiliora perci-
piat ut puta sensibilia, & rerum, quæ in materia sunt naturas, non tamen ea ratione, qua mens
est, hanc functionem exercet, ita enim, ea solum, quæ perfectionis eius sunt, intelligit, uelu-
ti se, & supremas mentes: cum uero sensibilia apprehendit à sua perfectione progreditur, nam
ab horum cognitione imperficitur, quo pacto, dignie nomen, sortitur. Causa uero, cur hæc
percipiat, humanus intellectus tertio libro de anima à nobis explicata fuit. Intelligentia uero
secunda, quæ animali diuino præest, uiliorem formam non cognoscit, & licet penes hoc à pri-
ma intelligentia non secernatur, ab ea tamen penes illud secernitur, quoniam prima tantum se
intelligit, sed secunda non tantum se, sed & supremam, & ideo, res intellecta, & intelligens
omnibus modis, in ea non sunt, sed quoquomodo sunt diuersa; & ideo composita est, ex ali- H
14 quo quod formæ & materiæ ex proportione respondet. unde Aueroes tertio de anima inquit,
quòd intelligentiæ sunt sibi inuicem perfectiones, quoniam suprema ab inferiori intelligitur,
& ideo eius perfectio dicitur, ut ipsemet docet, in epith. meth. libro quarto: Et dicamus inquit,
quod iam fuit ostensum in libro de anima, quòd intelligibile, est perfectio intelligentis, & eius
forma. & cum dicimus unum istorum intelligere aliud, dicimus, quòd intelligit illud, ita quod
perficitur per ipsum. Quare in secunda erit intellectorum multitudo, & ita æque perfecta, ut
prima non est, ut in tertio de anima docuit, Auer, unde quanto secunda inferior erit, tanto im
perfectior, & maior intelligibilium multitudo in ea erit. Quare quo pacto in primo formarum
ordine comprehensio se habeat, patet: & de secundo opere agamus, de quo licet multa essent
explicanda, eorum, multa omittemus, & quæ materiæ disputationi deseruiunt, referemus, &
primum, cum ab his mentibus, sit motus in gyrum in diuinis animalibus productus, cur mo-
uent: Alterum, si ut prouideant, mouent; quo pacto motione rebus prouident. sed primum
dissoluere difficile non est, ideo enim motio, ab eis producitur, nam per motum, in optima

A dispositione conseruantur. Istæ nanque mentes, cum omnis materiæ expertes sint, ob quam rebus imperfectio prouenit, absolute perfectæ, atque bonæ sunt, necesse igitur est bonitatem hanc rebus communicari, boni nanque esse, est, ut communicetur, & proinde res eo bona, quo communicabilis est. Quare mentium bonitas opus est, ut rebus communicata sit, sed diuina bonitas, bifariam rebus impartitur, motu,& cognitione, intellectione autem bonitas, & perfectio mentibus omnibus, & formis, quę prope Deum sunt, communicatur, est enim Deus summe intelligibilis, atque summe appetibilis, sui intellectionem, & appetitum in mentibus reliquis communicat. Intellectio autem Dei ut Arist. placet & cuiusque separatæ formæ, intelligentis substantia est, quare substantia diuina, mentibus inferioribus communicatur. cum igitur appetentes sint reliquæ intelligentiæ primam causam appetunt, cui similes fieri student, & ideo Arist. 12. diuinorum inquit, primum principium mouere, ut amatum atque intellectum 36 quod. Aueroes particula sequenti confirmat, dicens, & intendit per hunc sermonem distinguere inter primum principium,& alia separata, alia enim principia uidentur esse, dicta & desiderata propter alia, scilicet principia, aliorum motuum, præter motum diuinum: quod autem hunc motum facit, uidetur esse electum propter se. Et paulo post, dicamus quòd nulla forma

B est, quasi finis, & communis, & uniuersalis nisi illa, ex eis, quæ habent actionem communem, & hæc est dispositio mouentis primum cælum motu diuino. Dispositio in iuuamento corporum cælestium adinuicem in creando entia, quæ sunt hic & conseruando ea est, sicut dispositio regentium bonorum, qui fiunt, se adinuicem in regendo bonam ciuitatem, quoniam omnes actiones eorum, sunt circa actionem primi principis. Quemadmodum igitur primus princeps, in ciuitatibus necesse est, ut habeat actionem propriam, quæ est nobillissima actionum, & si non, esset otiosus, quam actionem intendunt, per suam actionem omnes, quæ sunt sub primo principe. Quemadmodum igitur est in actionibus Principum, ut prima actio sit, sic est intelligendum, de istis formis mouentibus corpora cælestia, mouet igitur prima, ut amata & desiderata, cæteræ autem appetentes sunt, eis similes fieri. Non ita quod Deo æquales fiant, esset enim hic appetitus otiosus, sed secundum proportionem, Deo similes fiunt: uti enim prima intelligentia, primum corpus sempiternum mouet, & per motum in optima conseruatur dispositione, ita & reliquæ formæ, suos orbes mouent, quoniam ita in optima dispositione existunt, Ita enim bonitatis communicatiuæ sunt, ex quibus patet, quo pacto Deus mentibus illis prouideat. Est enim prouidentia ut recte Alex. primo & secundo disputationum naturalium, ob il- c.25.21

C lius, cui prouidetur commodum,& utilitatem, oppositiones suas exercere,& illius gratia, finem statuere. Quare cum ex secunda intentione, gratia eorum, quæ extra deum sunt, Deus agat, & illis commodum, & utilitatem impartiatur, Illis igitur prouidet, Patet itaque quo pacto supremis mentibus Deus prouideat, sed quo pacto motione reliquis prouideat, opus est, ut expli cemus, quod manifestum fiet, si prius quid prouidentia sit, quot sint prouidendi modi, referemus. Est itaque prouidentia, autore Alexandro, ob illius, cui prouidetur commodum & utilitatem, operationes suas exercere, & illius gratia, finem statuere. hæc trifariam dicitur per se, & per accidens atque modo medio, per se uero, is alteri prouidere dicitur cum ex prima intentione, suas dirigit actiones, ad illius, cui prouidet, utilitatem, ueluti si cælestes substantias mortalium gratia, prima intentione, proprias actiones exercere diximus. Dicitur uero, ex accidenti prouidere, cum is, qui ita dicitur prouidere, nullo pacto commodum, eius, cui prouidetur, intendit, sed ex quibusdam, quæ ab illo fiunt, aliquid utilitatis, ipsum consequi contingerit, cum ille, qui hoc modo prouidet, quod accidit, prorsus ignoret, quemadmodum, siquis thesaurum in terram defodiat, quem aliquis arando inueniat, qui enim thesaurum humi abscondit non intendebat in aratoris commodum illud facere, licet sequutum sit, ut thesaurum arator

D non intendens inuenerit. Est tertius prouidendi modus, qui medius est, fieri enim potest, ut agens prima intentione alterius commodum non intendat, suasque actiones gratia illius non explet, sed ex secunda intentione, hic prouidendi modus, quodammodo per se, quodammodo per accidens dicitur: ex accidenti enim dicitur, quoniam primo commodum illius cui prouidetur, non intenditur: per se autem, quoniam saltem ex secunda intentione intenditur, uti siquis terram fodiens, thesaurum inueniat, thesauri inuentio quodammodo per se, quodammodo ex accidenti, tum utroque modo dicitur, si enim ut Thesaurum inueniat, terram fodit, & gratia illius hanc suam actionem primo explet, per se inuentio, diceretur, sin autem ad plantandum, deque auri inuentione, nullam omnino habeat intentionem, ex accidente dicitur auri inuentio, sed si ut primo plantet, secundo ut aurum inueniat, terram fodiat, auri inuentio, & per se, & ex accidenti dici potest, ea enim ratione, quia primo non intenditur, ex accidenti inuentio dicitur. Sed quatenus huius gratia, quodammodo operatur, per se inuentio dicitur. Prouidentia rursus, altera sine cognitione est, & est, quando agens alicuius gratia operatur, illius commodum per suas actiones intendens. Illud autem, cui prouidetur, prorsus ignorat, quo

pacto naturā rebus, quæ natura constant, prouidet, Altera cum cognitione est. Fitque, cum E
agens eius, cui prouidet, cognoscit utilitatem, atque illius gratia operatur. Supremæ itaque
mentes, & omnium, præcipue prima, licet, rebus cunctis prouideat, per se tamen, & primo
earum gratia non operatur, quod enim alterius gratia primo agit, eo dignitate est inferior, Qua
re Deus, rebus, quę infra ipsum sunt, uilior, atque imperfectior esset, uti enim dominorum
actiones, propter seruos non sunt, ita supernarum mentium functiones, gratia rerum, quæ sunt
hic, non erunt, & causa est, quoniam ut secundo physic. & secundo meth. Arist. testatur, finis
uult esse bonum, & optimum, Deo autem, supremisque mentibus, nil melius, non igitur
prima intentione, suas exercent, actiones, ob res, quæ ipsis uiliores sunt. Neque itidem re-
bus omnino ex accidenti prouident, nam raro à supremis mentibus mundo inferiori commoda
& utilitates prouenirent, sed secus experientia docet, cum semper sub eadem dispositione mun-
dus sublunaris se habeat. Continua enim est rerum sublunarium generatio, & corruptio, con-
tinuo sol oritur, ea accidenti igitur non prouident, sed modo medio: quoquomodo enim per
se, quoquomodo ex accidenti: ea secunda enim intentione, Deus gratia nostri agit, & operatur
11,21. uti Arist. docet secundo cæli, idem etiam Auer. cum inquit, Intelligentiæ non mouent, ut for-
mæ exeunt, de potentia ad actum, ita quòd hæc sit prima perfectio ipsarum, sed est consequens F
earum perfectionem, decimaquinta disputatione circa principium, & non est hic motus, inquit,
apud philosophos, propter illud, quod est hic, prima intentione. & intelligo per primam in-
tentionem, ut sit corpus cæleste propter id quod est hic, nam motus est operatio, eius propria
propter quem est. Nam si ita esset, propter id, quod est hic, prima intentione, esset cor-
pus cæleste creatum, propter id quod est hic, & est falsum apud eos ut sit creatum nobile propter
37 ignobile. & t 2. primæ philosophiæ, & intendit per hunc sermonem, distinguere inter primū prin
cipium, & alia separata, alia enim principia uidentur esse electa, & desiderata propter alia prin-
cipia, aliorum motuum, præter motum diuinum, quod autem hunc motum facit, uidetur esse
88 se electum propter se. & secūdo physic. ista est dispositio entis necessarii, ut sua actio, sit propter
ipsum, non ipsum, propter suam actionem, accideret enim Deum esse propter suam actionem,
si propter cætera entia, quæ sunt effectus eius, ageret. & in epith. meth. sub finem, non uide-
tur nobis, quod cura de inferioribus sibi sit, ea prima intentione, aliter enim sequeretur quòd
res æternæ, essent corruptibilium gratia, & nobile propter ignobile. Idem etiam Alex. testa-
tur, secundo disputationum naturalium. secunda igitur intentione supreme mentes nostro mū
4 do prouident, & modus hic est. docuit Arist. secundo & quinto meth. quod supreme mentes G
per se bonæ & perfectæ, sunt, cætera autem bona, & perfecta dicuntur, ut diuinam participant
bonitatem, sed quoniam bene esse, est, ut primo moral. Arist. testatur, communicari: necesse
igitur est, secundum eius sententiam ut earum bonitas communicetur, uerum quum non nisi
motione, bonitas communicari possit, ideo necessario mouet. Quare motione bonitas rebus
impartitur, sublunaribus, quibus motione prouidet, motu enim sempiterno tria facere dicitur,
mouet, & ideo reliqua mouent. Primum enim mouens magis causa motionis est, quàm reli-
33 qua mouentia, ut 8. physic. calefacit, atque lumen affert, unde calorem per motum, & lumen
in mundum inferiorem diffusum à supræmis mentibus rebus inferioribus cōmoda utilitatesq;
impartiuntur, quoniam ab immobile & æterno sine medio proficisci non possunt, eum aliquid
noui immediate ab æterno non proueniat, & ideo secunda intentione agunt, ut docuit Auer.
21 secundo cæli. Omne, inquit, quod prima intentione per se agit, secunda intentione agit, propter
aliud, nisi illud non sit natura apta ad largiendum. Cum igitur supremæ mentes ad largiendum
sint aptæ, igitur secunda intentione propter nos agunt. & in tertia disputatione, Dei actio se-
cundum philosophos à scientia procedit, absque necessitate inducere eum ad agendum,
neque ex se, neque ex re extrinseca, immo tantum ex sui bonitate. & decimaquinta dispu H
tatione, circa principium, inquit, Et falsum est apud eos, ut sit creatum nobile propter
ignobile, sed ad bene esse, sequitur ignobile, sicut est princeps; cum eo, quod sub eo,
cuius perfectio non est, absque principe. Princeps uero est, ad perfectionem suam,
& sic prouidentia de eo quod est hic similis, est, prouidentiæ principum, de eo quod est
sub eis, cui non, est euasio, nec esse nisi per principes, & præcipue princeps principa-
lia, qui non indiget in esse suo perfecto, & nobili, principe. Quare secunda intentio-
ne, quoniam erga mundum inferiorem suas dirigunt actiones, supremæ mentes, fit,
igitur ut hunc in modum, ei prouideant. quod clare ex Aristotele habetur, qui octauo
46.47. physic. ostendit, primum omnium mouens, quoniam motum continuum, & sempiternum
producit, & hac motione cælum mouet, causa est, & quòd ea quæ sunt in mundo hoc, & gene-
rentur & intereant, moueantur, atque quiescant, & quòd perpetua sit in eis, generatio, corruptio,
& motio; & quamuis ea secunda intentione prouideant mentes illæ, hæc tamen proui-
dentia sine cognitione est. Est enim antea, à nobis demonstratum, supremas mentes eis uilio-

A ra non enmprehendere, quare prouident, quoniam cum per ſe bonæ ſint,neceſſario earum eſſe
ſequitur bonitatis communicatio: quæ quoniam nnn niſi per motum communicari poteſt,mun
do inferiori, neceſſario motio, illarum eſſe ſequitur, quo etiam pacto ſupremis mentibus,
Deus ſuam bonitatem communicat, ita enim eis prouidet, quod illa non cognoſcit, ſed ille in
earum ſubſtantia, primam mentem cognoſcunt, in eius cognitione, & beantur, & ſumme de-
lectantur. Pari etiam pacto animæ ſenſitiuæ, quæ in animali diuino eſt prouidet Deus: Hæe
enim anima, Deum cognoſcit, quoniam cũ ipſa Dei quodammndo ſit effectus, & ſe perfecte
cognoſcat, igitur id à quo pendet, cognoſcit. Quare primam mentem à quo eſt quoquomo-
do producta, hæc tamen cognitio non æque perfecta eſt, uti illa mentium, cum forma hæc,
ab illis deficiat, Quare eius ſubſtantia deficit, cum primam cauſam refert. Adhuc ſi hæc ani-
ma, primam cauſam non cognoſceret, defectus aut ex Deo eſſet,quod dici nequit, cum ipſe ſit
ſumme intelligibilis, neque ex parte animæ ſentientis,quoniam phantaſia rationalis, in no-
bis per ratiocinium particulare, mentes apprehendit ſupremas; magis igitur hæc, cum ex
materiæ gremio non ſit producta. Quare ſui cognitionem largiens, huic animæ Deus
prouidet, Quare ut unde digreſſa eſt, redeat oratio, cauſa patet cur moueant, & quo pacto
B motione rebus, quæ oriuntur, & intereunt prouideant. Sed ad alterum formarum ordinem, ut
ſermonem conuertamus oportet,ſub quo ſentiens anima quæ in animali caduco eſt, inuenitur,
cuius natura explicata eſt, in his diſputationibus, quas de facultatibus animæ ſentientis, con-
ſcripſimus, & ideo de ea, quæ animali diuino aſcribitur, diſputationem faciemus,quam prius
demonſtrabimus, ſingulares rerum caducarum naturas cognoſcere, deinde quo pacto rebus
prouideat, mox dubia contingentia ſoluemus. atque primum ita probandum aggredimur;
Omne quod gratia alicuius finis operatur,aut ipſum ſibi finem definit, & determinat, aut ei, ab
altero finis definitur, alioquin non magis hac,quàm illac tenderet, nullaque regula, & temere,
& inconſulto ageret; agentia autem naturalia, in fines determinatus tendunt; quoniam non te-
mere naturales utilitates conſequuntur, quoniam tunc non ſemper, & ut frequenter, ſed raro fi-
nem adipiſcerentur, & ita caſu omnia euenirunt,ſed hæc ipſa agentia ſibi finem, non definiunt,
cum rationes finis ignorent, ab aliquo igitut præſtituitur finis, quod ipſum cognoſcit, hoc au-
tem, cum nulla mentium ſit, quæ animali diuino aſcribitur,quemadmodum ex demonſtratis pa-
tet, igitur anima ſentiens, quæ cælo ineſt, agentibus, quæ ſunt hic, finem determinat. Qua
etiam ratione manifeſtum ſit, præter intelligentiam, cælo ſentientem animam ineſſe, quæ finem
C agentibus ſine cognirione definiat. Adhuc, eſt eandem rationem ita aggredi, omne quod agit,
aut cognitione, aut natura agit.quod cognitione agit, illud primo concipit, quod mox actione
conſequitur, & priuſquam foris prodeat effectus, in eo eius tota ſimilitudo præfuit, qua con-
citatur ad agendum: in eo uero, quod agit ſecundam naturam, ſimiliter naturalis effectus effi-
gies, prius exiſtit, qua effectus ipſe ui, & poteſtate actionis foris depromatur. manifeſtum hoc
in igne, qui generat ignem, in plantis, quarum quæque ſimilem producit, oleam olea, ficus
ficum, finem uero nnn omnem, ſed decretum atque definitum, & ſelectum curat adipiſci, id
quod dicimus agere ex cognitione, quod quidem ex ſe manifeſtum eſt, ſed & id pariter, quod
agit ſecundum naturam id ipſum curat, quoniam ſpectamus ab eo ſui generis, & ſpeciei parti-
cularia indiuidua non alieni, atque remoti perferre ſolere, & ſiquid in huiuſmodi rebus, uel
præter intellectum uel præter naturam,acciderit, id totum peccatum,& monſtrum uocari con-
ſueuit, quoniam à fine decidit, quem curabat intellectus,& natura. Præſtitui igitur finem opor-
tet, in quem, tam hæc, quàm illa ferantur, alioquin nnn magis hac, quàm illac, pergerent,
nullaque regula, ſed temere, & inconſulto prorſus agitarentur; quo fit, ut fateri oporteat, na-
turæ opera, cum ab exemplari quodam educantur, & in fines non promiſcuos, & uarios, ſed
D certos, & ſtatutos proficiſcantut, non temere,non caſu dirigi; Alioquin non ſemper, & fre-
quentiſsime, quod fieri cernimus, ſed nunquam, uel rariſsime, illos cnnſequerentur. Verum
cum præſtituere fines nequeant, ea quæ ſunt cognitionis experita, qualia elementa, plantæ, &
huiuſmodi cætera, præſtitui illis, eos ipſos oportet, fines, ab aliquo, cui adſit cognitio.unde
illud uulgatum, omne opus naturæ, eſſe opus intelligentiæ, id uero quod cognnſcit, nulla men-
tium, quæ cælo aſcribitur eſſe poteſt, ab anima ſequitur ſenſitiua, quæ diuinis animalibus eſt
accommodata. Ab hac itaque finis præſtituitur ijs, quæ cognitionis ſunt expertia. quod ex
Auer, libro de ſomno, & uigilia confirmatur, qui opinatur, in generatinne cuiuslibet indiui-
dui animalium, & ſtirpinm concurrere, præſtet, principium naturale, intelligentiam agen-
tem, quæ naturali principio uritut, quemadmodum artifex ſuo inſtrumento. cuius hæc ſunt
uerba, Indiuiduum animalium, & cæleſtium, fieri non poteſt, niſi, per cognitionem illius,
quæ ab aliqua forma ſeparata ſit, quæ utitut agente naturali, ut artifex inſtrumento.natura igi-
tur, licet ſine cognitione agat, alterum tamen eſt agens.quod non eſt niſi cælum, quod id co-
gnoſcit, & eo uti inſtrumento utitur.quare cum indiuiduum non niſi ſenſu apprehendatur per

46.47. uim igitur ſenſitiuam, quam in ſe habet, indiuidua hæc cognoſcit. & octauo phyſ. aſſerit, cæ- E
lum uti artifex ſe habere, agentia quæ ſunt hic, inſtrumenta eſſe, ſed artifex per cognitionem
effectus agit, inſtrumentum nequaquam, cælum autem, cum omnibus effectibus producendis
cooperetur, qui ſingulares ſunt, omnes igitur per uim ſenſitiuam cognoſcit. & Ariſt. in lib. de
bo. for. extant, inquit, nonnulli homines in ſuis actionibus bene ſortunati, in quibus à me-
liori principio, uti à Deo reguntur, & Dei nomine, cælum intelligit, Empedoclem imitatus,
39.2.8 ut primo de anima, & 12. meth. & 8. phyſi. boni igitur ſortunati à cælo ſunt, ita eos dirigen-
te, quare homines felices cælum cognoſcit, qui, quoniam ſingulares ſunt, igitur per ſenſum,
qui in eo eſt. eodem etiam libro Deum futura cognoſcere concedit, inquit, à Deo autem, per
ſe hoc . beneuidere, & futurum, & præſens, & quorum ratio, per id uidelicet præterita, ſed
nomini Dei, primam mentem non intelligit: hanc enim, quæ Deus non ſunt, intelligere non
poſſe, antea monſtrauimus, ergo uti conſueuit, orbiculare corpus, quod per animam ſenſiti-
uam, & quæ præteritæ, & quæ præſentia ſunt, atque futura apprehendit. quæ cum aperta ſint;
tempus eſt, ut quo pacto mundo inferiori proſpiciat, aperiamus. Quæ res licet ex oſtenſis ma
nifeſta ſit, breuibus tamen, rem exponemus. Natura itaque, quoniam abſque cognitione
operatur, & in fines non promiſcuos, & uarios proficiſcatur, igitur, non temere, & caſu dirigi- F
tur, alioquin non ſemper, aut frequenter, finem conſequeretur, ab aliquo igitur dirigi neceſſe
eſt, cui, eorum, quæ natura fiunt, cognitio inſit, & ideo recte Them. à quo Auer. accipit,
18 12. meth. aſſeruit, eſſe opus naturæ, eſſe abiunctæ formæ opus, ab hac enim natura, in ſuis
actionibus dirigitur. Hoc ipſum exemplis multis in artibus intueri poteſt, ad quas finis conſi-
deratio pertinet, eas enim uidemus, ijs, quæ ad finem referuntur, percipere, & quid agendum
ſit, certis regulis præſtituere, ne à recto deuiant, ſic ciuilis gubernatio, cui bonum totius reip.
pro fine ſtatuitur, quod pace, uel acquiritur, uel ſeruatur, militari præcipit arti, cui & bellum
conficiendum, & paranda uictoria, propter pacem. Sic æqueſtri negocio, eadem ratione mili-
taris perſcribit induſtria, quid agendum ſit, & in nauali prælio, ut præfecti uitoria compareter,
quo pacto flectenda gubernacula, quo remi agitandi, quo multi flexiles, in hoſtilem claſſem
unci, & harpagones iacienda ſint, Datæ ſunt regulæ à Duce, ita in alijs intueri licet. Pari
etiam pacto, uniuerſa, quæ in ſublunari mundo ſunt, referuntur, ut Dei bonitatem conſequan
tur, atque in illum, ut in finem ſupremum, ab aliquo igitur regulas ſuſcipere oportet, quibus
diuino, & ſempiterno eſſe participent, & quod cuique proprium eſt, expleant. In quibus quo
niam mira eſt diuerſitas, dubio procul in unum non redigerentur ordinem, niſi unus eſſet totius G
ordinis optimus gubernator, quo aliorum, alia ſuſciperent actiones, quo alijs alia conſulerent,
quo pugnantia iniretur pax, quo diuerſorum coitio, quo demum extra difformi uarietate, con
cordia gigneretur, & unica totius materiæ diſſultaret harmonia. Dirigit uero cælum, per ani-
mam ſentientem, quam in ſe habet, ea, quæ apud nos agentia ſunt, quibus, motione, lumine-
que intermedij, naturales quoſdam impetus elargitur, qui ſunt, huius formæ inſtrumenta, per
quos, in ſuis actionibus agentia hęc diriguntur. Gignit uero huiuſmodi impetus, per ſua or-
42 gana, quæ ſtellæ ſunt, ut monet 2. cæli Auer. aſſerēs, cęlū per ſtellas, tāquā per organa agere. Verū
quoniam receptum, per modum ſuſcipientis recipitur, inde fit, cum recte præparata eſt ſubie
cta materia, ut recte quoque impetus ſuſcipiantur, & proinde nonnulla agentia ſunt, quæ ſem-
per, uel ut frequenter prædefinitum finem conſequuntur. Cum uero non recte ſuſceptiuum ſe
habet, neque impetus recte ſuſcipiuntur, & proinde multoties à recto recedant agentia, & id-
circo ſi in alicuius ſpeciei indiuiduo, error, & deceptio contingit, ex receptiui defectu, natu-
ram hanc non potentis recte ſuſcipere, prouenit, non ſentientis animæ uitio, ipſa enim omni
bus eiuſdem ſpeciei indiuiduis, impetus largitur, & quemadmodum ipſa, illos, ſunt apta ſuſci-
pere, nanque ſi ſubiecta materia recte fuerit affecta, ex proportione impetus recipit, quorum H
ratione bona, uel mala fortuna hominibus accidit, quibuſdam enim cuncta uoti ſuccedunt,
Aliis uero, aut raro, aut nunquam, quod quidem non accidit, quoniam unum magis, quàm al-
terum indiuiduum animæ ſit curæ, non enim recte rebus ipſa proſpiceret, quoniam pro cuiuſq;
conditione, bona, uel mala non deſtribueret, ut libro de bona. for. docuit Ariſt. multa enim
præter rationem, & meritum, etiam impune comitti uidemus, hinc bella à timidiſſimo, & in
conſulto Imperatore quan[illegible]que proſpere confici, contra, peritiſsimum Ducem ſuccumbere,
& manu imbecilliori, & pauciori proſterni, hinc probos, doctos, integerrimos, agere, pelli,
trucidare, ignaros, ſceleſtos, nequiſsimos, diuitijs affluere, iuuari, atque defendi, Hinc in-
nocentiſsimum uirum alieni nihil appetentem haſtilibus gladiis in fruſtra ſecari crudeliſsimum
tyrannum latronem, & ſicarium humani ſanguinis ſitubundum ſicca morte decedere, & proprio
in cubiculo, in corona filiorū, & amicorum ſpiritū exhalare. ſit igitur ut æque cuncta indiuidua
ei uere ſint, & æque omnibus impetus largiuntur, qui quoniam in ſubiecto non eodem modo af-
fecto ſuſcipiuntur: Inde ſit ut non eodem modo per hos homines operentur, ſit tamen inter-
dum

 208

A dum, ut in his recte sint impetus suscepti qui sapientia ualent, quamuis uti ratio praedixit, ita uoti res succedit, unde siquis nobis accidit, aliud prosequi quam ratio ostendit ab hoc principio lati, & interogati cur magis hoc quàm aliud prosequamur causam largiri nescimus, & ideo Arist. ait hos à Deo motos, & ductos esse, per hos impetus intermedios eis congenitos. Quare agentia quae recte hos suscipiunt impetus, recte semper operantur, & res semper uoti succedit. Qui uero non recte, in eis debiliter operantur, & raro recte agunt, fit proinde multos insipientes multa bene dirigere, & operari, ut in arte militari, & multis alijs intueri licet. Quare uti hominibus uis haec insita est, ob quam in suis actionibus diriguntur, ita rebus singulis, natura haec, communicata est, per quam, in proprios fines diriguntur. Quo igitur pacto agentia haec, anima sentiens, in suos fines dirigat, perspicuum est.

Huius animae notionem à rebus contingentiam non tollere. Cap. 31.

SEd duo sunt, quae huic opinioni obstare maxime uidentur, quorum alterum, si anima haec, praeterita, praesentia, atque futura cognoscit, cum haec cognitio certa & non mutationi subiecta sit, contingentia igitur à rebus, & libertas ab homine tolletur: Alterum, si res cognita, perfectio est, eius potentiae, quae cognoscit: igitur substantia haec, quae longe, his quae in mundo nostro sunt, praestantior est, ab horum cognitione imperficeretur. Sed primum quod magni momenti est, ita dissoluimus, sed erunt nonnulla, prius accipienda, & primum erit, Horum trium, necessarij, eius quod fieri potest, & eius quod fieri non potest, notio accipienda; de quibus, etsi retro dictum est, quaedam tamen breuibus repetemus, ut nostro sermoni conferunt. Necessarium itaque, licet non simpliciter dicatur, ut 5. meth. docuit Arist. illud tamen, quod simpliciter necessarium est, semper ens est, & in omni tempore ens, uti docuit Aristoteles primo caeli, circa finem. id autem fieri non posse dicitur, quod semper non ens, & non est quandoque ens, quandoque non ens, ex quorum rationibus quid sit, quod fieri potest, patet, quoniam medium est, inter semper ens, & semper non ens, & est quandoque ens, quandoque non ens. Quare quod fieri potest, illud dicitur, quod cum non est, potest esse, & cum est, potest non esse. quibus eorum patet error, qui asserunt, possibile esse, quod potest esse, & non esse, ita quod uti potentiam habet, ut sit, cum non est, habet potentiam, ut nunquam sit, quod fieri non potest, hoc enim dicitur semper non ens, quare quod non est, & potest esse, necessario
C quandoque erit. ita cum Arist. primo caeli arguit, quando monstrat negationes semper entis, & semper non entis uni, & eidem inesse, ergo possibile dicitur, quod cum non est, potest esse, & cum est, potest non esse, & ideo quando non est, si in esse ponatur absurdum nullum sequitur, similiter cum est, quoniam potest non esse, si ponatur in actu absurdum nullum sequitur. Verum id quod fieri potest, quod alio nomine contingens uocatur, trifariam dicitur, quoddam ut in pluribus, & ut frequenter fieri consueuit, quod, ut docuit Auer. secundo physic. dicitur, 48
quod sua natura est aptum, ita saepius fieri. Rarum aliud contingens dicitur, quod sua natura, raro est aptum fieri, aliud contingens ex aequo uocatur, quod sua natura dicitur, quia aeque non magis ipsum, quam oppositum inueniri potest, uti sedere se habet, sui ex propria natura competit, ut non magis ipsum, quàm suum oppositum sit aptum ex aequo esse, ut tamen alterum eorum ad esse prodeat, causa agens consueuit, quae magis pro uno, quàm pro altero facit, & pro inde ipsum magis, quàm oppositum euenit, ut docuit Auer. secundo & octauo de physi. auditu. 48.15.
Sed contingentia haec, altera in naturae actionibus inuenitur, altera in actionibus humanis. Contingens autem, quod in naturae actionibus inuenitur, necessario ad actum deducitur, sed haec necessitas, ex suppositione est, Hoc enim contingens non est, nisi generabile, & corruptibile. Verum illud generale dicetur, quod potentiam habet, ut ad esse prodeat, sed haec potentia bipartita est, altera, quae actui, & formae opponitur, quae actu adueniente deletur, quae po-
D tentia propinqua uocari consueuit, altera est potentia, quae non opponitur actui, sed ad actum refertur, ut ad suum complementum, quae forma adueniente non tollitur, sed perficitur, & dicitur susceptiua potentia, quae natura materiae, est quae una numero est, omnibus, uti materia, merito huius potentiae, res generabilis non dicitur, quoniam ob hanc potentiam, neque generatio, neque corruptio, rei competit; Quandoquidem potentia haec, non magis hanc, quàm oppositam formam, est apta recipere, non enim, sub una magis, quàm sub alia forma esse potest, & ideo Auer. primo caeli inquit, quòd contingit aliquid praefuisse, in materia, tempore infinito, propterea quod, materia ex se tempore antea infinito erat apta formam quam nunc habet, recipere. Altera potentia, quae respectiua dicitur, ab agente, in materia producta est, agens .n. materiam prius praeparat, praeparamenta quaedam in ea producens, ex quibus in materia, potentia resultat, qua hanc potius, quam illam formam suscipere fit apta: interdum tamen accidit quod agens hanc potentiam in materia producere non potest & ideo sibi cōsimile in specie, nō ge-

 nerat,

nerat, ſed defectus naturæ accidit, ſed defectus naturæ contingit, aut agentis debilitate, aut E
materiæ uitio prouenit. quare, quoniam agens potentiam hanc in materia non producit, con-
ſimile in ſpecie non producitur, quia cum materiæ defectus fiunt, non proinde fiunt, quoniam
aliquod erat generabile quod non generatur, quoniam illud, quod ſimile agenti generabile
non dicitur, cum eius in materia non ſit potentia, ſed monſtri potentia, ideo naturæ pecca-
tum producitur. Nulla igitur potentia fruſtratur, non materiæ, quoniam ea, quæ eius natura
eſt, cuiuſque formæ capax eſt, neque propinqua, quoniam hæc, formam monſtri reſpicit, quæ
ad actum deducitur, neque agentis, cum ſua natura ſit interdum, aptum monſtrum producere
quod igitur generabile eſt, neceſſario generatur, & effectus caſu dicitur fieri, quoniam ſit effectus,
raro ab agente intentus. Quare ex his patet, quod omne generabile, quatenus generabile, ne-
ceſſario generatur, quoniam generabile dicitur, merito ſecundæ potentiæ, quæ cum in materia
eſt, fieri non poteſt, ut ad actum non prodeat, ratione enim alterius potentiæ rei, neque generari
neque corrumpi repugnat, ob illam igitur potentiam gigni res non dicitur. Ex his patet, quòd
cognitio quam uis hæc ſenſitiua cælo inſita, de rebus, quæ à natura ſunt, habet, contingentiam
non tollit, nouit enim, quòd res generandæ ſunt, quæ neceſſario quandoque generantur, & enim
genitæ ſunt, nouit, quod corrumpendæ ſunt corrumpentur quandoque, non enim, cognitio F
hæc tollit, quin res non generentur, atque intereant, Quare contingentiam à rebus non euertit
neque caſum, nouit enim, naturam in materia, non poſſe potentiam producere, ob quam, om
nino conſimile in ſpecie, producatur, & ideo nouit peccatum naturæ, ex ſuppoſitione neceſſa-
rio eſſe faciendum, Quare res, quæ producitur, contingens raro dicitur, quoniam raro, eſt
apta fieri. Altera contingentia, in actionibus humanis inuenitur, in quibus, libertas noſtra
contingit, & ideo quomodo hæc, cum cognitione immutabili huius formæ, ſtare poſſit, ape-
riemus. Sed antequam, quo pacto in nobis libertas ſit, palam faciamus, prius de contingenti
ad utrunque, ſermonem faciemus. Contingens enim hoc (uti antea monuimus) dicitur, quod
ex ſe, neque eſſe, neque non eſſe ipſum potius, quàm oppoſitum, ſibi uendicat, ſed merito agen
tis eſſe, aut non eſſe capit. Ipſum, aut oppoſitum, nam, ut docuit Auer. cauſa quare ad actum
hoc, potius, quàm oppoſitum prodijt, eſt quoniam agens concurrit, quod magis pro ipſo,
quàm pro oppoſito facit, ſiquis enim ſedet, & non currit, cauſa eſt; quoniam agens concurrit,
quòd magis ſeſsioni, quam curſui confert, curſus autem, & ſeſsio, ad utrumque contingens di
cuntur, cum hæc, ex ſe eſſe, aut non eſſe, magis unum, quam alterum non definiat, quando-
quidem eſſe, merito agentis adipiſcuntur, cuius merito, fit ut plurimum contingens, & ideo G
aſſeruere complures, hanc contingentiam in materia tantum inueniri, cum ipſa ſua natura, non
magis alteram formarum, quàm oppoſitam definiat, & ideo Ariſt. potentiam eius, contradi-
ctionis potentiam uocat. ex his perſpicuum fit, quòd licet contingentia hæc, anima ſenſitiua
apprehendat, non proinde eorum natura euertitur, quoniam, adhuc illam obtinent naturam, ut
ad eſſe, uel non eſſe beneficio agentis prodeant. Bene autem nouit, in hac hora potius Socra-
tem curſum iri, quoniam cauſam nouit, quæ magis curſui fauet, quàm oppoſitio curſus, tamen
ſub his, quæ contingentia, ex æquo dicuntur comprehenditur, quorum productio ex ſuppo-
ſitione neceſſaria eſt, nam, cum cauſa præſens eſt, fieri nequit, quòd ad actum non prodeat, res
tamen, quę fit, contingens eſt. Et de libertate quædam dicamus, de ea enim, abunde diſſerui-
mus libro ſecundo de prouid. omnes fere hanc in uoluntate collocant, atque eam contingentiæ
libertate liberam eſſe contendunt; Ita quod in oppoſita obiecta & in oppoſitas functiones poſ-
ſit. Ariſt. tamē opinatur uoluntatem ad unum eſſe definitam, puta ad bonum, quod finis ratio-
nem habet, duos enim rationem inſequentes appetitus, ſtatuit, quorum alter, uoluntas uoca-
tur, quæ boni, quod finis, rationem habet, eſt deſiderium: ſi igitur in malum, ea ratione qua
malum, pergeret, non recte igitur ab Ariſt. dicitur, tantum in bonum ferri, ſiquidem ſubdit, H
hoc bonum, alterum ſimpliciter, & uere bonum, alterum apparens bonum, quod malum eſt,
appetitur tamen ſub boni ratione, & proinde ipſa non eſt, niſi inclinatio quædam ad id, quod
bonum iudicauit intellectus. alter appetitus electio uocatur, hæc deſiderium eſt medii, ad finem
quod intellectus ad finis conſequutionem, conferre iudicauit. Ratio enim prius finem ſtatuit,
ad quem uoluntas ſortitur. Deinde de medijs conſultat, & cum illud inuenit, atque pro-
prium eſſe iudicauit, conſequitur mox appetitus, qui electio uocatur. Electio igitur eſt, ad
unum definita, igitur in nullo appetituum, qui rationem conſequitur, libertas contingentiæ,
ſecundum Ariſt. poſita eſt, & proinde licet libertas in nobis ſit, ſecundum Ariſt. in uoluntate nō
eſt, ſed alibi ſita eſt, ſunt enim in nobis, duæ libertates contingentiæ, quarum altera eſt in intel-
lectu, actiuo ſeu factiuo, altera eſt, quæ homini competit merito utriuſque potentiæ iudicati-
uæ, quæ in nobis ſunt, ut merito ſenſus, & intellectus, Prima namque, quæ ab intellectu profi-
ciſcitur ita ſe habet, nam factiuus intellectus cum operari cœpit, aut agit actione quæ eſt ratio,
quo pacto oppoſitorum, per ſe cauſa eſſe poteſt, nam hoc agens conſultando agit, ſed conſul-
tatio

A ratio tertio moralium, non est de fine, nemo enim de fine consilium capit, sed de medijs ad finem, atque de his, quæ sunt in nostra potestate, quæ contingentia sunt, quæ aliter se habere possunt, ergo cum de medio, quo finis est, adipiscendus, consulit, quoniam medium contingens est, per eum finis consequi, & non consequi potest, quare habet rationem pro utraque parte. Igitur in eo libertas est contingentiæ, quatenus pro utraque parte, ratiocinari potest, atque per se oppositorum est, sed si spectetur intellectus, ut cum agit, actione, quæ non sit ratio, ut quando ab electione determinatur, quomodo neque oppositorum est, neque liber, cum unius sit per se, alterius ex accidenti, cum de medijs ad finem consultatio facta est, ex illis ratio, quod potentius est, pro fine assequendo, iudicat esse eligendum, & illud electioni offertur. Quare tunc ratio terminatur ad alterum oppositorum tantum, quando per medium illud finem consequitur, per se illius erit, sed si ex medio electo finis intentus, non contingat, illius erit ex accidenti, quæ res ex Arist. habetur nono meth. quando ait, potentiam rationalem esse unius per se, alterius per accidens. ubi Auer. ait, quòd cum agens per intellectum, actione operatur, quæ est oratio, per se, oppositum est, sed quando ita non operatur, sed actione, quæ est factio, atque rei productio, unius est per se, alterius ex accidenti; quomodo ratio, Cap.3. 208

B electione terminatur Verum de re hac octauo physicorum disseruimus. Est altera contingentiæ libertas in homine, sæpe enim sæpius, aliquid bonum esse iudicamus, & quod prosequendum, amplectendumque sit, quod tamen bonum est, non prosequemur, hanc libertatem nonnulli à uoluntate prodire asseruere, uerum uti antea ostendimus, hæc non est Arist. opinio, & ideo iuxta Arist. dicendum est, hanc libertatem, ex duplici principio, quod in nobis est, proficisci, puta per sensum, & intellectum. Hæc enim principia, interdum pugnant, uti Arist. in mor. docuit, ex hac pugna, libertas hæc oritur, quare homo de contrarijs actibus, non per eandem potentiam iudicat, sed per diuersam; per intellectum enim iudicat, esse studiosam uitam eligendam, ad quam fertur electio, sed sensus, à corporis uoluptatibus deceptus, in contrarium tendit, quare patet, quòd uoluntas ad illud semper inclinatur, quod intellectus non nisi bonum esse iudicauit, immo non potest nisi bonum uelle, quoniam appetit finem, qui uel est simpliciter bonus, uel apparenter bonus, ut philosophus tertio mor. docet. Quare eiusdem hominis uoluntas, malum, ea ratione, qua malum non appetere potest. Cum hac itaque libertate, animæ huius, cognitio stare potest, nam licet Socratem cognouerit homicidium in hac hora commitiere, causa est quoniam potius sensum, quàm rationem prosequi nouit, & Cap.3.

C proinde lure sunt homines puniendi, neque leges superuacaneæ, cum nostrarum actionum hæc anima causa non sit. Sed quispiam dubitare posset, cognitio hæc non est à rebus causata, igitur rerum causa est, homo igitur suarum actionum dominus non est. sed soluimus hoc, licet enim hæc caduca, sensitiua anima cognoscat, sua tamen cognitio rerum causa non est, nisi uniuersalis, quemadmodum animal diuinum, quod inesse constituit, causa est, ita, & sua anima. Quare & sua cognitio, quæ animæ substantia est, cooperatur enim, æque omnibus his, quæ producuntur, præter causam tamen uniuersalem, causa proxima necessaria est, quæ secundum propriam naturam operatur, & suæ actionis causa est, est tamen quoquomodo causa propria, non actionum, & eorum, quæ ab agente caduco producuntur. Sed regulæ, est enim causa, ob quam agentia diriguntur, ne hac, uel illac temere ferantur, ut equi ascensor, equi cursus quoquomodo causa est, non quoniam ipse cursum producat, cum ab equo proueniat, sed dirigit tantum equum, ut finem præoptatum consequi possit: ita hæc anima, non eorum, quæ ab agente producuntur causa producens est, sed in eorum actionibus, agentia dirigit, ne temere illac, uel illac labantur. facit igitur sensibilis anima, ut quòd suum est, unumquodque agens, recte consequatur, ergo cognouit hæc, non absolute, sed dirigendo, quare ita est causa. Ex

D his illud inferre licet, quòd futura contingentia, quamuis respectu nostri definitam ueritatem non habeant, ad hanc relata formam, certam ueritatem habent, cognoscit enim agentem causam, esse ita operandam, non tamen contingentium tollitur natura, uti antea docuimus, semper enim res, quæ futura est, continges dicetur. Sed de re hac abunde primo libro de prouid. disseruimus. Fit etiam ex his manifestum, mentis diuinæ prouidentiam eique, quæ ab hac anima fluit, præstare, ab illa enim entibus bonitas impartitur, non autem ab anima sensitiua, cum hæc quodammodo sit mentis instrumētū, cæleste enim corpus constituit, quod mox intelligentia mouet, ut motu bonitatem communicet, cuius ipsa anima, causa agens non est, nisi quatenus cælum, ut sit motus subiectum constituit, & sua prouidentia, agentium singularium dirigit actiones, ut bonitatem à mente diffusam, consequi possint. sed dubium est, quoniam animæ sensitiuæ prouidentiæ, cum cognitione est, ea autem mentis, sine cognitione. Sed ad hoc dicimus, quòd non proinde præstantior est, quandoquidem cognitio hæc, non præstantiam sed imperfectionem in hac anima arguit, quoniam à sua perfectione recedit, cum naturas caducas cognoscit, fuit tamen necesse, ut uniuersi orto seruetur, & ideo à mente denegatur cognitio hæc, & Arist.

& Arist. docuit melius esse, quædam non cognuscere, quàm cognoscere, sed quo pacto fieri, E
potest, hæc apprehendat, si infinita sunt, si nanque ea, quæ facta fuere, sunt, & fient, spectemus, nulli dubium, si secundum sit æternus, quòd infinita erunt, infinitum igitur apprehendit, quod sua natura ignotum est, ut Arist. docuit. sed a quibusdam soluitur, infinitum enim duplex est, alterum actu, quod si daretur, cognosci nun posset; alterum potentia infinitum, quod cognosci potest, induidua autem potentia sunt infinita, sed solutio dubium non soluit, licet enim actu nunc indiuidua non existant, & ita potentia infinita dicantur, tamen quoniam anima hæc, quæ fuere, sunt & fient, actu cugnuscit, Infinita igitur percipit, & proinde est opus, ut aliter dubio faciamus satia; atque primum, quo pacto à nobis infinitum cognoscatur. deinde quomodo ab anima hac, aperiemus. & quo ad primum attinet, accipiendum est, rem aliquam bipartitam apprehendit posse, Altero modo cognitione intuitiua, ut quando cognoscitur cum existit, & præsens est, Altero modo abstractiue, ut cum res non in se uidetur, sed in suo simili, & exemp lari, uti quis uidens Cæsaris imaginem Cæsarem cognuscit. Infinitum itaque prima co gnitione apprehendi nun potest, hæc enim cognitio ad rem, quæ præsens est, fertur, quare cum infinitum non sit, hac cognitione à nobis apprehendi non potest, sed infinitũ apprehensione fini ti, secunda cognitione apprehendi, uti siquis pigmeum numquam nouerit, uno solo apprehenso, F
infinita statim eiusdem speciei cognoscit, uerum pigmei illi infiniti, actu nun sunt, ideo prima cognitione non cognoscunt, sed secunda notione, ut in suo simili, pariter in cognitiune complexa, dato, quòd quis huminem non nouerit ridere, statim nouit infinitos ridere, cum hunc hominem ridere percepit. anima itaque sensitiua, infinitum apprehendit, uerum bifariam hoc cõ tingere potest, aut succesiue, unum, potẽtia aliud cognoscendo, quo pacto ignorum est, uc Arist. ducet, quuniam pertransiri non puteft, altero modo simul, atque uno simplici intuitu, quo pacto apprehendit, hæc enim anima si noscens, notione simplici, singularia uniuersa, quæ fue re, sunt, & erunt apprehendit.

Ex Aueroe rationes sumptæ, diluuntur. *Cap.* 32.

CAeterum, ut Auer. rationes euertantur, intelligere oportet, cæleste animal, si secundum sui naturam spectetur, ut puta quo ad prædicata, quæ ad ipsius substantiam spectant, intelligentiam minime claudere, nempe, ut retro docuimus, propter intelligentiam, cælum non est cælum, sed ob animam sentientem, mens igitur humana, nulla ad intelligentiam G
habita ratione, ipsum comprehendere potest, sed anima sentiente seclusa, minime, etenim nulla res quæ ex materia, formaque conflata est, sine furma percipi potest, quare si cælum, quo ad eius naturam spectetur, quoniam anima sentiens, & non intelligentia, ipsius substantia est, patet, sine intelligentia percipi posse. Verum ita se ipsum mobile non dicitur, siquidem Arist. 8. physic. docet, sulum secuudum lationem, corpus se ipsum mouere, Atqui cælum, intelligentia seclusa, non circumfertur, igitur ita si spectetur, se ipsum mobile non dicitur. Potest deinceps orbiculare corpus spectari, ut diuinitatis particeps efficitur, etenim cælestes mentes, earum bonitatem, retro communicare non posse, nisi per lationem, docuims, quæ, quuniam su biecto indiget, idcirco cælum constitutum est, quo intercedente, sublunaribus bonitas impertiatur, quo pacto ex intelligentia, & cælo, unum secundum operationem efficitur, ueluti ex na ui, & nauita, quo pacto, cælum se ipsum mobile est, quoniam per principium, quod in eo est ut puta per intelligentiam, circumfertur. Etenim orbicularis motio, etsi animæ sit, non cuiusque animæ tamen, sed intelligentis solum, opus est, quemadmodum secundo de substantia orbis Auer. declarat. Quare, ut diuinitatis cælum particeps fit, se ipsum mouens dicitur. Sed multa sunt, quæ in dubium sententiam nostram uertere uidentur, & primum est, si cælum ita se- H
cundum se mobile dicitur, pariter ex naui, & nauita conflatum, se ipsum mobile efficietur, etenim nauis, ut suas exerceat actiones, nauitam contine t. Rursus, cum corpus ab altero mouetur, corpus se ipsum mobile nuncupari posset. Demum, Arist. inquit illud se ipsum mobile nuncupari, quod duas in se continet partes, quarum altera est per se mouens, altera per se mota, Atqui intelligentia cæli pars non est, ergo si ita spectetur cælum, se ipsum mobile nuncupari nequit. Sed hæc euerti possunt, Non semel enim à nobis explicatum est, cælestem compositionem, ad ea, quæ in sublunaribus reperitur alterius rationis existere. Quare neque cælum eadem ratione, se ipsum mouens dicitur, uti animalia, quæ apud nos suut, Hæc enim, secundum se mubilia ideo dicuntur, quuniam cum mouens in eo, anima sit, quæ materiam constituit & ab eadem constituitur, idcirco in duas partes partiuntur, quarum altera est, per se mota, ut corpus organicum, Altera est, quæ per se mouens est, Anima uero, quæ cælo orbicularem mo tionem largitur, cum nullo pacto materiam constituat, uel ab ea constituatur, cælestis corporis pars non erit, quare eadem ratione secundum se mobile nuncupari nequit, nerum quia ut di-

uinitatis

A uinitatis diffusiuum est, mentem claudit quæ ei lationem largitur, dicitur quodammodo ipsius
pars, non tamen uere pars, sed æquiuoce, quod Auer. primo de substantia orbis monuit, quan
do inquit, cælum mouere, per principium, quod ab eo separatum est, quare absurdum non est,
cælum ita secundum se mobile nuncupari. Neque sequitur nauim, quia suas actiones sine naui-
ta non explet, secundum se mobilem esse, nauis enim, artificiosa res est, quæ nullum motionis,
naturalem impetum in se retinet, uti secundo phys. his uerbis Arist. definiuit, Lectus autem, &
indumentum, & si quod huiusmodi aliud genus est, secundum quod quidem, sortitum est præ- 2
dicationem unamquamque, & quatenus est ab arte, ne unum quidem habet impetum mutatio- «
nis innatum. At cęlestia innatum impetum, ut circunferantur, habent, par ergo iudicium non «
est. Rursus intelligentia cælum in gyrum mouere, ueluti quæque naturalis forma suum cor «
pus, innata est, quemadmodum primo cæli Auer. docet, uti enim elementorum formæ, sursum
& deorsum, hæc ipsa corpora mouere innatæ sunt, sic cælestes mentes, orbicularia corpora 5
circunferre, impetum innatum habent. Quare cum respectu mouentis, tum respectu moti, in
cælesti corpore innatus impetus est, qui ad id quod se ipsum mouet, necessarius est. Ad hæc
corpus, cum alterum mouet corpus illud secundum naturam mouere non potest, ut Themist.
B octauo physi. monet. quod eodem libro Arist. docuit, asserens corpus, cum corpus mouet, illud 79
aut pulsione, aut tractione, aut utroque modo mouere, atque huiusmodi motiones, neque sim 84
plices neque naturales sunt, igitur par iudicium de intelligentia cælum mouente, & corpore,
cum corpus mouet, non existit. Ex his itaque constat, quod etsi se ipsum cælum non moueat,
ueluti animalia, quæ apud nos sunt, nil tamen impedit, quin secundum se mobile dicatur.
Quo uero ad aliam pertinet obiectionem, asserimus cælum sine sua motione consistere non pos-
se, non tamen inferendum est, intelligentiam ipsi, simplex esse largiri. Circunlatio enim, eius
est affectio, & idcirco sine motione existere nequit, etsi sine ea comprehendi posit. Et quam
uis motionis in se effectricem causam non retineat; à sua tamen forma, innatum impetum, ad
eam suscipiendam habet, ob quam causam cæli proprietas dici potest, ueluti complures ex peri-
pateticis asserunt, latione sursum, & deorsum elementorum, esse eorum affectus, quamuis à
proprijs formis ut ab agente, produci, non affirment, Verum quoniam innatum, ad has susci-
piendas lationes, à proprijs formis impetum habent, eorum dicuntur affectus. Hoc idem de
cælo affirmare nos commode possumus. Et quamuis cælum in esse, intelligentia non consti-
tuat, negandum non est, diuini animalis trifariam causam esse. Est enim agens, quia in orbi-
C culari corpore, lationem in gyrum producit, & Arist. secundo de anima monet, quando ani- 37
ma suo corpore actionem uitalem largitur, inquit, uiuentis corporis effectricem causam nun-
cupari. Est etiam eius finis etenim orbiculare corpus ob intelligentiam est, ut eo uidelicet uta-
tur, ad propriam bonitatem communicandam, quæ absque motu communicari nequit, ita
enim eodem secundo uolumine, philosophus ostendit, animã esse uiuentis corporis finem, quia
uiuens corpus est, ut ipso, anima, pro uitæ actionibus explendis utatur. Est rursus forma, non
quæ cælum in specie constituat, sed alia ratione, quoniam obiectum intellectum à cælo est, te-
tro enim monuimus, cælum per uim sentientem, cælestes mentes percipere posse. Atqui obie-
ctum intellectum (ut ipsemet Auer. quarto libro para. meth. inquit) intelligentis potestatis for
ma & perfectio est. Quare intelligentia, cælestis corporis forma, ita dicetur. Rursus forma
dici potest, quoniam cælum in esse nobili constituit, nempe ob intelligentiam diuinitatis diffu
siuum, sempiternum animal efficitur, quare quoquomodo ei forma, & perfectio erit. Vera ta
men forma non est, quia uere formæ ratio est, ut sit, quod quid erat esse rei, atque eius natura
& substantia. Sed secundum quandam similitudinem forma nuncupatur, ueluti enim, quæ re
uera formæ sunt, perfectiones dicuntur, ita intelligentia, quia cælestis corporis perfectio est.
D Est enim res intellecta, & esse nobile ipsi tribuit, Verum à ratione uere formæ deficit, quia per
fectio cælum simpliciter in esse constituens non est. Ex his itaque claret, quo pacto tripliciter
cælestis corporis forma, intelligentia dicatur.

Cælestium accidentium animam, agentem causam quoquomodo existere. *Cap.* 33.

HIs sic de cæli materia, formaque explicatis quædem de ipsius accidentibus docenda erunt.
Cælesti itaque subiecto, tres dimensiones insunt, non ita, quòd formam præcedant, et-
enim, forma, dimensione natura prior existit, magnitudo enim hæc terminata est, quæ
non nisi propter formam finitur. Quare forma posterior erit, dimensio enim, quæ in cælo est,
solum terminata est, quod quidem, cum ob subiecti naturam prouenit, quem ueluti ad unam
formam subiectum definit, & qua, nunquam spoliatur, sed ei semper adhæret, ita certam, de-
finitamque magnitudinem, ut sibi definiat, causa est, quæ nunquam uariatur, sed eadem nu-
mero semper manet. Tum etiam, ob formam, idem prouenit, quæ suo subiecto complemen-

S tum

tum largiens, magnitudinem definit, quemadmodum enim definitæ actionis, unaquæque forma E
62 existit, ita magnitudinem sibi definit, per quam suam actionem explet, ueluti Auer. 8. physic.
monet. In cælesti itaque corpore, magnitudines terminatæ solum sunt, atque forma posteriores, In sublunaribus uero rebus, quoniam materia potestate est, ut uarias diuersasque formas simul, & successiue suscipiat, ergo ad definitum magnitudinis terminum non est destinata, idcirco ante formarum aduentum, magnitudinem habere oportet, quæ certo termino uacat, quia sola forma in rebus finitatis causa est, quod aperte Auer. docuit primo de substantia orbis, inquiens, idcirco sublunarium materiam, simul, & successiue uarias suscipere formas, quoniam in ea tres dimensiones sunt ante formarum aduentum, ergo si aliqua materia est, quæ unicam numero formam sibi definit, & alias, neque potentia, neque actu suscipere potest, formam in materia magnitudo non anteibit, sed ea posterior erit, & hæc forma, subiecti diuisione non partitur, quare indiuiduæ erunt, per se, & ex accidenti, contrario carentes, perpetuæ, & actionis infinitæ. Neq; tamen opinandum est cælesti anima, dimensionem tempore posteriorem existere, quia sempiterna, temporis prioritatem non recipiunt, sed solum in eis secundum naturam prius est, ueluti Auer. secundo de substantia orbis, nec non & secundo uolumine de cælo, non semel docuit. Consimiliter, neque cæli anima, dimentione prior dicitur, quia in priori aliquo F
affirmandum sit, cælestem animam existere, orbiculari magnitudine non permanente, Nempe cum utraque, & forma, & magnitudo perpetuæ sint, hoc de ipsis affirmari nequit, sed forma prior dicitur, quoniam magnitudinis causa est, à qua nullo modo pendet, magnitudo uero, ab hac anima pendet, & idcirco forma, natura prior existit; etenim causa, quatenus causa, natura prior
11 est, eo cuius est causa, ut primo Post. Arist. monet. Quæ in sublunaribus existit magnitudo, etsi quatenus à forma terminum suscipit, ab ea pendet, est formæ, quoquomodo causa, quoniam per eam, diuisionem habet, & in materia suscipitur, nisi enim magnitudine materia præaffecta foret formam suscipere non posset, atque hæc, ab Auer. clara in libro de substantia orbis, facta sunt. Sed illud inquisitione dignum est, si magnitudinis cælestis, anima causa est, quo pacto causa? Nonnulli, cælestem animam, magnitudinis, & omnium accidentium quæ cælo insunt, effectricē causam esse, opinati fuere. quod per Aueroem confirmant qui secundo de substantia, orbis, inquit cælestium animas cælestibus in eorum substantia, cum dant permanentiam æternam, lationis, atque cæterorum accidētium causam existere. Atqui perspicuum est neque materiam uel formam, aut finem esse, erunt igitur causæ agentes. Arist. etiam secundo de anima, inquit, quòd anima, quia uiuentis corporis forma est, est etiam eius causa agens, quatenus accidentium, quæ ipsi insunt causa est, atqui cæli anima, eius forma est, quare sempiterni corporis agens erit, quia omnia accidentia, quæ ei insunt, producit. Et primo de anima & quarto G
10.32. phys. inquit, quòd quid est rei, omnium eorum, quæ per se rei insunt, agentem causam esse, quare cum cæli anima, ad ipsius naturam pertineat, erit agens causa omnium accidentium, quę ei insunt. Demum secundo de substantia orbis, ita Auer. ratiocinatur. quod causa est omnium accidentium, sine quibus res esse nequit, est illius agens, Atqui diuini animalis anima, omnium accidentium, quæ cælo insunt, sine quibus orbiculare corpus existere nequit, causa est ergo illius agens erit &, non nisi, quatenus in eo accidentia producit. Sed horum sententia uana est etenim in æternis, uerum agens concedendum non est, quemadmodum postea in disputationis progressu patebit, nam si æterna agentem causam habent, eorum dicitur agens, quatenus il-
3 lis est forma & finis, & ea conseruat, ueluti Auer. quarto cæli docuit. Quare cælestis anima magnitudinis, cæterorumque accidentium uerum agens esse nequit. Alij uero, accidentium solum finem cælestem animam causam esse, asseruere, Nempe materia esse nequit, quia forma, & materia, in idem non concurrunt, neque forma & agens ueluti euidentissime constat, ergo eorum tantum finis erit, hæc enim, cum cæleste animal insequantur, quod suæ animæ gratia est H
ergo accidentia quoque, animæ gratia erunt. sed neque hi rectè sentiunt, neque eorum opinio diminuta est, non enim solum finis illorum est, sed etiam quoquomodo agens, nempe quod quid est rei, eorum omnium, quæ per se rei insunt, causa agens est, cæli uero anima, ad eius substantiam pertinet, ergo eorum, quæ ei, per se insunt, agens causa erit. Nos itaque asserimus, cælestem formam, magnitudinis, & eorum, quæ per se insunt orbiculari corpori, prout cælum est, quoquomodo agentem esse. In æternis enim, agens eadem ratione, ueluti in sublunaribus non est, sed, ut rectè inquit Themist. secundum similitudinem, quare agens causa accidentium dicitur, quatenus anima, cælum semper in esse constituens, accidentia quoque conseruat, quare agens nuncupatur, quatenus ea conseruat. Quare in sempiternis corporibus, quod ad eorum substantiam pertinet agens dicitur omnium eorum, quæ eis insunt, quatenus ea conseruat. Neque Auer. ratio, nostram sententiam deturbat, quando inquit. causam omnium eorum, quę rei insunt, esse ipsius rei agentem causam, Nempe agens nuncupatur, uel, quatenus cum forma coincidit, forma enim, quoquomodo agens nuncupari consueuit, etenim causa, quæ rei per se

accidentia

A accidentia largitur, est rei forma, quare eius quoquomodo agens, ut ipsemet Auerroes secundo libro para. meth. testatur, uel dicitur agens, quoniam accidentia in subiecto conseruat, quare agens conseruans appellatur ut Auer. 4. cæli scribit, Hæc uero, quæ de cælestibus accidentibus à nobis nunc explicata sunt, de his intelligenda esse monuimus, quæ in se, nullam suscipiunt nouitatem, sed secundum numerum, eodem modo semper manent, nam accidentia, quæ alicuius nouitatis expertia non sunt, ueram effectricem causam retinere possunt, ueluti ex disputationis progressu patebit.

SECVNDA DISPVTATIONIS PARS,

De prima causa effectrice. Præfatio.

Locus, ad quem peruentum est, nos admonere uidetur, ut eam aggrediamur difficultatem quæ diu philosopantium animos torsit, Num sempiterna, à primo omnium opifice, tan quam ab agente pendeant. Sunt uero sempiterna, alia, secundum numerum perpetua,
B quemadmodum cælestia, eorum mentes, & orbicularis latio, Alia, uero, secundum speciem æterna sunt, ueluti sublunaris mundus, & quæ ab ipso continentur. Hæc enim secundum numerum, cõtinuo uariantur, quãuis specie eadẽ semper permaneãt. De omnibus itaq; sempiternis, quantum quidem in nobis erit, quæstionem absoluere conabimur. In primis uero, lectores admonitos uelim, nobis propositum esse, in hoc loco, ea tantum dicere, quæ Arist. consentiant; etsi falsa etiam diceremus; satis enim futurum nobis est in præsentia, si eas conclusiones posuerimus, quæ ex fundamentis ipsius necessario sequantur, uel eis certe non repugnent, salua tamen semper, & incolumi ueritate Christiana, pro qua tuenda, ac defendenda, erimus semper parati, non solum Peripateticam doctrinam, ut facimus, negligere, uerum uitam ipsam (si res ita ferret) libentissime profundere. Sic igitur nunc agere nos oportet, quoniam tota disputatio nobis instituta est, cum his hominibus, qui profitentur se loqui, ex eis fundamentis, quę oriuntur ex sensu, quæ sæpenumero à ueritate abhorrent. Aliter enim disceptatio nostra, inanis, & ridicula esset futura, siquidem, cum his, qui non sunt geometræ, non est de geometria disputandum. Quare ita explicatam dubitationem aggredi non dubitabimus, & primum aliorum sententias referemus.

C

Prima opinio. *Cap.* 1.

Sempiterna, quæ secundum numerum perpetua sunt, alia accidentia sunt, ueluti uniuersa, quæ cælo insunt, alia uero substantiæ sunt, quæ bipartitæ existunt, nempe sunt quædam substantiæ, quæ corporis expertes sunt, ueluti cælorum animæ, & mentes, Aliæ uero corporea sunt, uti cælestia. Nonnulli itaque aiunt, substantias, quæ corpora sunt, ueluti diuina animalia, consimiliter, & eorum accidentia, effectricem causam retinere. At simplices substantiæ, ueluti cælorum mentes, hac causa prorsus uacant; Et hoc secundum, per Arist. secundo meth. 4
confirmant; qui, hæc habet uerba, Quapropter semper existentium principia, esse uerissima ne- „
cesse est, non enim quandoq; sunt uera, nec illis est causa aliquid, ut sint, sed illa alijs. Quibus uerbis expresse patet, de intelligentijs loqui, quas, effectrice causa uacare, testatur, inquit „
enim, non est illis, aliquid, causa, ut sint, sed illa alijs, Quare unumquodque sicut se habet, ut sit, ita ad ueritatem, & Auer. inquit, & innuit, per hoc, dispositionem principiorum corporum cælestium, principia autem corporum cælestium, sunt motores cælestes, ut intelligentiæ. &
D quinto meth. horum altera causa essendi necessaria, horum autem nulla, & per ea necessaria, 6
quæ causa uacant, intelligentias intelligit, Quæ uerò causam retinent, cælestia sunt, Vnde ibi Auer. inquit, entia sunt necessaria in re ueritate, sicut sunt ista, quæ sunt necessaria per se sine causa, sed necessaria per se sine causa, sunt intelligentiæ. Si igitur inquit, fuerint res simplices, & ęternę, & immobiles, nulla est eis uioletia, neq; extra naturã, uult dicere, si fuerint entia simplicia, & immobilia, & æterna, ut declaratum est, nullum eorum acquirit esse necessarium ab aliquo alio ab illis. Et 12. meth. in intelligentijs inquit, non est prouentus, & consequutio, neque causa, & causatum. Alterum, utputa primum, cælestia uidelicet, causam effectricem habere, per Auer. ostendunt, qui secundo de substantia orbis inquit, cælestia effectricem causam retinere. Et debes scire, quòd corpus cæleste, non indiget uirtute, in loco, tantum semper mouente, sed etiam uirtute largiente in se, & in sui substantia, permanentiam æternam. 44
Hoc uero, quod permanentiam æternam largitur, agens est, nam ibi subdit, uidemus cælum habere uirtutem non tantum mouentem omnia, sed agentem, & conseruantem, sicut est dispositio, in corpore hominis, & in corpore facto propter finem, quod ita ostendit, quoniam finis

ſignificat agens, ſignificatione neceſſaria, ſicut motus, mouens, ſibi etiam, inquit agens quod- E
dam eſt prius acto tempore,& eſt omne,quod in ſublunarium ſphera eſt, Quoddam uero non eſt
prius tempore, ſed natura acto, & actum eſt orbis, & agens, eius motor exiſtit. ibi quoque
ſubdit, Cum ignorauerunt quidam, hoc eſſe de opinione Ariſtotelis dixerunt, ipſum non di-
cere cauſam agentem totam, ſed cauſam mouentem totum, & illud fuit ualde abſurdum. Con-
ſtat itaque cauſam agentem cæleſtia habere; ſed nunc declarandum ſuccedit, quo pacto cæle-
ſtia agentem cauſam habeant. Quod iſti ita exponunt, Primus enim, omnium opifex, Deus,
cauſa effectrix adæquata, primi mobilis, primæque motionis duntaxat eſt, Cæteræ uero intel-
ligentiæ, etſi earum quæque, proprij orbis, atque motus cauſa effectrix ſit, ſed ſolæ cauſa non
ſunt, ſed Deus quoque. Verum Deus præcipua cauſa eſt, reſpectu productionis cæleſtium, at-
que uniuerſalis, Etenim Deus, cum unaquaque inferiori intelligentia ſemper concurrit, Eſt
enim prima cauſa, quare etſi ipſe ſine alijs agere poſsit. Cætera uero, ſine Deo nequaquam.
Neque tamen opinandum eſt, Deum, quidquam orbium mentibus, elargiri, propter quod,
ſuos orbes, inferiores intellectus producant. Nam huiuſmodi mentes, actus ſunt ſine poten-
30 tia, ueluti 12. huius conſtat, ergo aliquid, ab alio ſuſcipere nequeunt, Omnis enim receptio
à potentia ortũ trahit, ut primo de ſubſtãtia orbis Auer. docet inquiens, quod enim eſt actus, ſe- F
cundum quod eſt actus, non recipit, ſed ſecundum quod potẽtia eſt. Modus uero, quo ſempi-
terna corpora producuntur, ita ſe habet, bonum ſui ipſius diffuſiuum eſt, Quare quod magis
bonum eſt, magis ſe diffundit, atqui perfectiſsimus diffundendi modus, per intellectum eſt,
idcirco Deus ſe ipſum apprehendens, tanquam ſummum bonum, & ſe diligendo, primum or-
bem in ultima ſua perfectione, ut ſub motu producit, ita quod, ad ſui cognitionem, & dile-
ctionem, & non orbis, & motus, hæc Deus effingit, Nam extra ſe nihil percipit Deus. Quare
huiuſmodi effectus per quandam reſultationem conſequitur. Idem iudicium de proxima men-
te eſt, Hæc enim ſeipſam, & Deum intelligendo, orbem ſuæ uirtuti proportionatum, produ-
cit, hoc idem de cæteris mentibus affirmandum erit. Nunc efficiendi modum, ab Auer. colli-
44 gunt, 12. meth. ubi inquit, quod non eſt impoſsibile, ut illud, quod eſt in ſe, intelligens,
& intellectum, ſit cauſa plurium mentium, ſecundum quod ex eo intelliguntur multi modi, un-
de inquit, quòd illud, quòd intelligit motor corporis cæleſtis de primo motore, & eſt cauſa in
anima cæli, eſt aliud, ab eo, quod intelligit, ex eo motor Saturni. Ex quibus patet, primum
opificem, cæli animam, tanquam effectum proprium producere, idemque iudicium de cæteris
mentibus eſſe teſtatur, ita quod earum quæque, ſe ipſam, & primam intelligendo, producit. G
Diſcrimen tamen in hoc eſt, quoniam inferior mens, ſuum orbem propter ſe, tanquam propter
finem ultimum, non producit, ſed ob finem, à primo opifice intentum, & hoc Auerois exem-
plo manifeſtant, ueluti enim, in Ciuitate Princeps, quando agit, ciues omnes, ut principis pri-
mum uelle intelligunt operantur; Princeps tamen, reſpectu proprij effectus qui præcipuus eſt,
cauſa propria dicitur. Conſimiliter ciues, effectum proprium producunt, non propter ſe, ſed
ob finem, à Principe inſtitutum, intelligunt, quare omnium actionum ciuium, princeps uni-
uerſalis cauſa dicetur, ita Deus, reſpectu inferiorum orbium, uniuerſalis cauſa dicetur, quo-
niam fiunt, ſecundum quod, intelliguntur, in eo diuerſi fines præſtituti, reſpectu tamen pro-
prij orbis, Deus propria cauſa eſt, uti etiam unaquæque intelligentia. Sed quis ab eis quærere
poſſet, ſi unuſquiſque orbis ſempiternus eſt, ueluti unaquæque intelligentia, cur orbis cauſam
effectricem habet, intelligentiæ uero nequaquam. Deinceps intelligentiæ, ſuos orbes produ-
cunt, hæc productio materiam non præſupponit, ergo erit creatio quare peripatetici creatio-
nem concederent. Primum ita euertunt, & diſcriminis cauſam dant; etenim cæleſtia dimenſio-
nes terminatas, & finitas habent, quarum ratione, quædam, entia ſunt, poſsibilia eſſe, & ita
finitæ permanentiæ, & motionis exiſterent, & idcirco agente indigent, eis continue permanen- H
tiam largiente, ueluti poſito, quòd ſol ab æterno fuiſſet, radius, tamen ab eo productus, finitæ
permanentiæ eſſet, ſi ſol ad ipſius permanentiam continue non faceret. Vt uero huiuſmodi
dimenſiones, cæleſti corpori inſunt, agens neceſſarium eſt, continue ipſum conſeruans, & ei-
dem in ſua ſubſtantia permanentiam largiens, Iure igitur, agente cæleſtia indigent, & hoc Auer.
ſecundo de ſubſtantia orbis aſſerere uidetur, inquit enim, Et debes ſcire, quòd corpus cæleſte
non indiget uirtute mouente ſemper in loco tantum, ſed uirtute largiente in ſe & in ſua ſubſtã-
tia, permanentiam æternam. Et huius rei cauſam ſubdit, nam etſi ſimplex ſit, non habens in
ſe cauſam ad corruptionem, tamen finitæ eſt actionis neceſſario, quia eſt finitarum dimenſio-
num & determinatum à ſuperficie continente, ipſum & omne tale, cum intellectus poſuerit
ipſum per ſe exiſtens, abſque eo, quod alius largiretur permanentiam, & æternitatem neceſſe eſt,
ut ita ſit, definitæ permanentiæ ſuæ, ſicut definitæ ſuæ actionis. Diluunt alterum, & aſſerunt
philoſophos non antiquam ſed ſolum nouam creationem negaſſe. Hæc eſt horum ſententia.

Opinio

A

Opinio arguitur. *Cap.* 2.

ATqui, horum sententia undique recta non est, etenim illud recte affirmant, secundum Arist. cælestium mentes agente causa uacare, sed ab Arist. prorsus disentirent, quando cælestia effectricem causam retinere testantur. Sempiterna enim, siue secundum numerum, siue secundum speciem perpetua existant, quatenus ita se habent, effectricem causam habere nequeunt. uerum penes hoc opinionis deceptio, inferius manifestabitur. Cæterum illud nunc tollendum erit, quando affirmant, celestia agentem causam idcirco retinere, quia dimensiones finitas habent, quarum merito, entia posibilia, atque permanentiæ, & motionis finitæ fiunt. Hoc enim asserere, est multa Arist. proloquia tollere, si enim ob dimensiones finitas, quas habent, cælestia posibilia sunt, ergo quandoque non erunt, nempe posibili, posito in actu, absurdum nullum sequitur (hæc enim est, eius, quod fieri potest ratio) atqui, cum actu ponitur non erunt cælestia, sed propterea sunt, ergo semper erũt, quare simul semper erunt, & nõ sunt & ita de eodem cõtradictio affirmabitur, & hæc Arist. erat demonstratio, (uti disputationis

B initio docuimus.) Deinde ea accidentia esse, & non esse possunt, quæ in subiecto corruptibili sunt, & contrarium habent, Etenim Arist. in libro de longitudine & breuitate uitæ, inquit, idcirco formas interire, quia uel subiecti in quo sunt, interitu pereunt, uel quia, contrarium habent, cælestes uero dimensiones in subiecto æterno sunt, quod minime ad non esse earum potentiam haber, Rursus contrario carent, erga sua natura entia posibilia non sunt, quare earum merito, cælestia posibilia non erunt. Demum orbicularem lationem, secundum quam cælum circunfertur, sua natura perpetuam esse, retro ostendimus, ergo merito dimensionis, finita esse nequit, Quod enim sua natura sempiternum est, finitum, & posibile fieri nequit, nisi debeatur, alioquin simul finitum, & infinitum idem foret, quare si quod per se perpetuum est, finitum euaderet, sempiternum delebitur, Quare non esset in omni tempore ens. Merito itaque dimensionis, cælestia posibilia non sunt, neque finitæ permanentiæ, & motionis.

Opinionis, à recentioribus defensio. *Cap.* 3.

C CAEterum, quoniam nonnulli posteriores philosophi sunt, qui hanc ipsam opinionem tuentes, Auer. ascribunt, idcirco quæ ipsi fingunt, referemus. mox num ueritati, & Arist. consentiant, dicemus. Imprimis itaque, Auer. hanc esse sententiam ostendunt. Etenim septimo de substantia orbis, ubi ex proposito hanc quæstionem absoluit, inquit, cælestia, etsi posibilia ex se, finita que sint, ab alio tamen æternitatem consequuntur. idemque iudicium de cælestibus animabus haberi affirmat. Verum quia ex his Auer. dictis, multa Arist. proloquia euertunt, idcirco Auer. sensa, ita exponere nituntur, Et primum id accipiunt, uirtutes corporeas suscipientes, consimiliter, & agentes, bipartitas esse. quædam enim ex sui natura ita finitæ sunt quod ab alio infinitæ reddi nequeunt, uti sunt, quæ contrarium habent, & à materia constituuntur, seu patientes, uel agentes uirtutes fierent siue in simplici, siue in corpore cum posito fuerint. Nonnullæ uero extant uirtutes, quæ licet, sui natura finitæ sint, æternitatem ab alio suscipere tamen ualent, ut quæ neque in materia sunt, & contrarium non habent. Huius distributionis Auer. eodem libro auctor est. Et ut hæc aperta reddantur, accipiunt potentiam alteram naturalem esse, alteram uero, quam mathematicam nuncupant. Priorem uero potentiam à materia ortum habere asserunt, & hæc ad actum necessario exibit, Potentia uero mathe

D matica secundum imaginationem est, uti cum quis considerat lineas, superficies, & solida, quę in corporibus naturalibus sunt, non, ut in huiusmodi corporibus sunt, neque quo ad accidentia, quæ hæc consequuntur sed per ablationem, magnitudines secundum suas rationes considerat, & accidentia, quæ huiusmodi magnitudines ita consideratas consequuntur. Hoc enim mens fingere potest, neque tamen mendacium fit, Hæc siquidem, proprias habent naturas, quarum merito, eis non repugnat, ut à mente secundum se, considerentur, quæ multa ipsis ascribit, quæ ut in materia sensibili existunt, conuenire nequeunt. Et idcirco accidit, ut iudicium quod de talibus rebus surgit, prout, per ablationem intelliguntur, contrarium illi iudicio sit, quod de eisdem efficitur, prout, coniunctim accipiuntur. Veluti iudicium, quod geometra facit de superficie æquali & sphæra, ut secundum se considerantur, quod est, ut se in puncto contangant, Quæ quidem magnitudines, si iudicio naturali spectentur, ut scilicet, in corporibus naturalibus esse habent, imposibile est duo corpora naturalia, secundum partem in diuiduam se contangere, id uero euenit, quia magnitudinibus, prout in se considerantur, nihil est, quod repugnet ut eis tales non insint pasiones, ut uero sensibili materiæ applicantur am-

plius sui iuris non sunt sed iuxta existentiam naturalium corporum disponuntur, quibus plurima E
repugnant, quæ magnitudinibus abiunctis conueniunt. Huiusmodi potentiæ, quoniam mathematicæ sunt, opus non est, ut ad actum reducantur, sed frustari possunt. Sunt enim secundum imaginationem, & secundum quandam non repugnantiam. Veluti itaque est, de consideratione rerum mathematicarum, de intellectu secundum se, & ut fuerint iunctæ rebus naturalibus quod intellectus de eis, diuerso modo iudicat, ita est, de uirtutibus diuini corporis, ut sunt finitæ, etenim apud intellectum terminum sortiuntur. Corpus enim cæleste uirtutem habet, ac potentiam, ut corrumpatur, nunquam tamen deletur, quia potentia hæc non est naturalis, sed secundum quod intellctus, per astractionem considerauit corpus cæleste, secundum se hoc est, prout corpus est, ac prout corpus hoc, dimensione, uelocitate, & motione finitum est, iudicat enim mens, corpora cælestia finitam potentiam habere, quamuis contrarium non habeant, cum uero, hoc modo ea intellectus considerauerit ipsa, finita esse iudicabit, licet enim talis abstractio secundum se impossibilis sit, quod cæleste corpus, eiusque dimensiones, & motus, ab agente abiuncto separentur, Mens tamen hoc efficere potest, Hæc enim est intellectus uis, ut res inuicem in esse coniunctas, separare possit & alteram ab altera seorsum, secundum cuiusque essentiam, considerare, prout uero huiusmodi corpora, dimensione, & uelocitate, motioneque finita, impossibilia sunt, ut separentur ab agente separato, secundum durationem infinito, Hæc amplius non consideramus secundum se, sed ut sunt formæ infinitæ motiones, & dimensiones. Quare cum intellectus, hæc ut mouenti infinito, & abstracto coniuncta sunt, considerauerit, de his iudicium priori, oppositum habebit, quare ita absurdum non est, ut quod ex se finitum est, non habens contrarium, ab alio necessitatem acquirat, Ita diuina corpora, secundum se, & ut corpora sunt, considerata, finita sunt, Verum hæc ipsa consideratio secundum intellectum, & non secundum rem existit, Vt tamen cæleste corpus, ut in re, formæ separatæ, atque infinitæ, coniunctum est, spectetur, æternum redditur. Consimiliter, dimensiones, ut dimensiones sunt, & motus secundum se spectentur, finita hæc intellectus esse iudicabit, ut uero formam abiunctam insequuntur, infinita redduntur. Hanc eorum sententiam, Aristotelis testimonio confirmare nituntur philosophus enim secundo commentario de cælo, uirtutes cælestium corporum, finitæ actionis esse, docet, quia magnitudines cæli finitæ sunt, constat tamen secundum Aristotelem cælestium uirtutes, infinitas, & perpetuas esse, ne igitur à semetipso dissentiat philosophus, necessum est ita esse, uti ipsi docuere. G

Defensionis euersio. Cap. 4.

SEd recentiores philosophi, cum alios defendunt, arguendi desinunt. Etenim multa accipiunt, quæ neque Aristoteli, neque ipsius principijs consentiunt, & ut retro ordine proficiscamur, à primis eorum uerbis exordiemus. Aiunt itaque, uirtutes finitas, bipartitas esse, nempe aliæ sunt, quæ etsi sua natura finitæ sunt, & possunt esse, & non esse, tamen, quia neque materiam, neque contrarium habent, ab alio æternitatem suscipere queunt. Aliæ uero sunt, quæ cum finitæ sua natura sint, nequeunt ab alio æternitatem suscipere, uti quæ materiam, & contrarium retinent. Hæc enim uana sunt, & Aristotelis philosophiam prorsus euertunt. Nempe illæ uirtutes esse, & non esse possunt, atque finitæ sunt, quæ causas claudunt, ob quas esse, & non esse ualent, sed huiusmodi causæ, materia, & contrarium sunt, ut Arist. primo de cælo monuit, Quare ab alio perpetuæ, fieri nequeunt, immo contradicentia, in eorum uerbis includunt, Nam eas uirtutes, sua natura finitas esse, inquiunt, quæ carent contrario, & materia, & ideo perpetuæ, ab alio fieri queunt. Si enim causa, ob quam res esse, & non esse possunt, materia, & contrarium est, igitur fieri nequit, has uirtutes materia, & H
contrario uacare, si finitæ, & possibilia entia, sua natura sunt. Deinde si uirtutes huiusmodi, sua natura finitæ sunt, ergo finiri possunt, Quare si possibile ponatur in actu, & si falsum sequi posit, non tam falsum consequitur quod fieri nequit, At cum in actu ponuntur non erunt, & cum ab alio perpetuæ fiant, erunt, Quare simul erunt, & non erunt. Neque obstat, quod dicunt, hoc possibile in actu poni non posse, quoniam ociatur, cum secundum imaginationem sit. Etenim cum hæc proferunt, propriam ignorant uocem, Nempe si possibile id dicitur, quod si in actu ponatur, impossibile non sequitur, ergo si hoc in actu poni nequit, possibile amplius non erit, sed id quod fieri nequit, satis igitur inepte loquuntur, quando huiusmodi possibile, in actu reduci non posse, affirmant. Ad hæc, hæc uirtus, quæ ab alio infinitatem suscipit, aut est sua natura semper ens, aut non semper ens, si primum datur, ergo in omni tempore, sua natura ens, Quare uirtus, finita secundam suam essentiam, non erit, sed infinita. Si secundum concedatur, ergo quandoque non ens erit, quia non semper ens, idem sonat, quod quandoque non ens, Quare in aliquo tempore non ens. Deinceps iterum quæratur; hæc uirtus sua natura,

A aut est semper non ens, aut non semper non ens, Sunt enim hæc, ueluti priora, ut semper ens, & non semper ens, controdictoria. Quorum alterum de re, ut affirmetur, Alterum ut negetur, oportet. Atqui primum concedi non potest, nam semper non ens, id significat, quod in nullo tempore ens;secundum ergo dandum erit. Hæc itaque uirtus erit, non semper non ens; & ita quandoque ens, quare huiusmodi uis, sua natura, quandoque ens, & quandoq; non ens erit, Et sic sua natura, generabilis & corruptibilis, ita enim Arist. primo cæli ratiocinatur ueluti retro docuimus. Quare quod sua natura, generabile, & caducum est, sempiternum fieret, quod quidem, huius disputationis initio, absurdum esse, ostendimus, Nulla igitur uirtus quæ sua natura finita est, ab alio æternitatem consequi potest. Quæ Deinceps de rebus mathematicis affirmant, ueritati non consentiunt. Etenim, si rebus mathematicis, secundum propriam naturam, & essentiam, prædicata conuenirent, quæ contraria, & opposita illis forent, quæ eis competunt, ut rebus naturalibus applicatæ sunt, Illud sequeretur absurdum, ut opposita, & contraria simul, semper eidem inessent, Nam quæ per se rei conueniunt, semper insunt, uti primo. Post patet. ergo quę secundum suam essentiam rebus mathematicis competunt, semper insunt, sed cum sint rebus naturalibus semper applicatæ, ob quam quidem coniunctionem

B contraria prædicata, eisdem, conueniunt, ergo opposita simul in eodem semper trahunt. Ad idem, quod alicui rei per se competit, eius oppositum, & contrarium, nunquam per se, neque ex accidenti conuenire potest, nam quæ per se conueniunt, semper cōueniunt. Quare si oppositū rei conueniret, cū oppositi, & contrarij, ea sit natura, ut suum contrarium, ex subiecto expellat, ergo rei oppositum nō inerit, nisi oppositum prius expellatur quod cum secundum rei naturam conueniat expelli nequit, absque rei interitu. Quare si aliquid est, quod rei secundum naturam competit, eius contrarium, eidem, neque per se, neque per accidens, competere potest, quare res mathematicæ, cum rebus naturalibus coniunctæ sunt, ob hanc copulationem, opposita prædicata, proprijs suscipere nequeunt. Non minus ab Arist. dissentiunt, qui tertio de anima, inquit, quod ueluti res sunt separabiles, ita eas intellectus separat; Atqui separatio, & abstractio, rei unius est cognitio, ea non cognita, cui secundum esse, est 11
coniuncta, nempe illius natura, ab ea non pendet re, cui secundum rem, coniuncta est, & ideo mens, commode eam percipere potest, altera non intellecta, ueluti, ut Auer. exemplo utamur, nisus albedinem, à dulcedine in lacte existente, abstrahit, nempe albedinis ratio, à dulcedine non pendet, ita uisus eam percipere potest, dulcedine non cognita, & idcirco men-

C dax non est, quoniam res ita concipi apta est, sed si uisus albedinem dulcedini in lacte coniunctam, non esse, assereret, mendax foret. Ita res mathematicæ, ueluti magnitudines, & si materiæ sensibili applicatæ sint, quoniam ab ea, in earum rationem, nullo pacto pendent, igitur sunt separabiles, hoc est apprehendi possunt, materia sensibili non percepta. At si mens, huiusmodi magnitudines, per materiam sensibilem, non existere, affirmarent, mendax foret; Consimiliter mendax fieret, si eis prædicata opposita proprijs, & quæ secundum propriam naturam competunt, ascriberet. Idcirco absurdum est, asserere superficiem æqualem, sphæram in puncto contangere posse, Nempe, si punctus continuans, actu non est, sed potentia, igitur fieri nequit, ut secundum punctum, superficies, sphæram contangat. Id enim, quo aliqua se contangūt, actu existere oportet, ut sexto phys. Arist. definiuit, Quinimmo absurda omnia acciderent, quorum eodem uolumine Arist. meminit, quando ostendit, punctorum non esse contactum. Neque tamen nostram sententiam deturbant, quæ ab Aristotile affirmantur, utputa, continuum in infinitum diuiduum esse, & motionem in infinitum uelocitari posse, quæ uera esse nequeunt, nisi secundum mathematicam imaginationem. Nos enim sexto phys. ostendimus, hæc uera esse secundum naturalem considerationem, ibique Arist. abstractione mathema-

D tica minime uti, quoniam scientiarum transitus, non datur. Ibique etiam docuimus, illa, motioni, & continuo naturali conuenire merito materiæ, quæ ueluti omnes potest suscipere formas, ita de se certam, atque definitam magnitudinem, sibi non determināt, neque motionem secundum uelox, & tardum sibi definit; quia finitatis causa, forma est, ut tertio phys. Arist. definiuit. De his itaque, prout à naturali considerantur, quatenus à materia pendent, contemplatio habetur. Verum, quoniam fusius eo libro de his disseruimus, hæc dicta sint satis. Quare, ut unde discessit, sermo redeat, Mens iudicio opposito de rebus mathematicis, prout per abstractionem accipiuntur, & ut rebus naturalibus coniunctæ sunt, non iudicabit. Neque etiam, eorum postremum dictum, uero consentit, cælestia uidelicet, quatenus corpora sunt possibilia esse, & interitus capacia; Vt uero cælestia sunt, quoniam ita à forma abiuncta, separari nequeunt, sic infinita, & perpetua fieri. Aduersus hoc itaque dictum, demonstrabimus primū, cælestia prout corpora sunt, entia possibilia nō esse, Etenim si cælestia, prout corpora sunt, possibilia, & interitus capacia forent, ergo omne corpus, quatenus corpus ens possibile esset, Nā, (ut recte notunt logici) ab una, reduplicatiua, licet inferre unā de omni, ueluti si

 dicatur,

dicatur, homo inquantum animal, est sensibile, ergo omue animal, sensibile est: consimiliter E
si cælum, quatenus corpus, est, ens, possibile, ergo omoe corpus, prout corpus, ens possibile, erit.
Nēpe omne corpus corruptibile, materia, quæ cōtradictiouis potētia est, & formā habeutē cōtra
riū, retinet, Atqui, cū ita omne corpus nō se habeat, nō igitur omne corpus, prout corpus, corru-
ptile est. Arist. enim, ea corpora solum possibilia esse, definiuit, quæ ex materia, quæ contradi-
ctionis potentia est, & forma contrarium habeute, conflata sunt. Deinde si cælum, prout cor
pus est, finire posset, ergo quateous cælum est, atque suæ formæ coniunctum est, sempiter-
num fieri nequit, Nempe oullum prædicatum, quod rei competit sub commuois, & generis ra-
tione, oppositum esse potest, ei quod eidem rei, sub propria ratione cōpetit, Nā quæ rei sub gene
ris ratioue conueniuut, per se conueoiunt, & ita semper. Quæ rursus eidem rei, sub propria
ratione congruunt, per se conueniunt, quare etiam semper, quæ eum opposita sint, ergo op-
posita simul eidem semper inessent: At cælo prout corpus est, ut sit ens finitum, & caducum,
competit ergo cælo, ut cælum est, infioitum, & perpetuum esse, conuenire nequit. Deioum
fieret, ut contradictio de eodem simul uera esset, Nam si cælum, prout corpus, corrumpi pos-
set, si possibile in actu ponatur, nullum absurdum consequitur. Quare cum actu ponitur non
erit, Et quoniam eo tunc cælum est, nam sempiternum esse asseritur, ergo idem simul erit, & non F
erit. Verum horum erroris causa fuit, quia corpori, prout corpus est, ortum & interitum aseri
bunt, ueluti de talpa asseruut, quam, ut animal, aiunt, uidere, quamuis quatenus Talpa, ei ui-
sus repugnet. Qus in re summopere decipiuntur. Nempe corpus quatenus corpus est, ne-
que habet quod ortui, & interitui subiectum sit, neque sibi repugnat, quemadmodum, (ut eo
rum exemplo utamur) Talpa, prout animal, ueque uidet, neque ei uisus repugnat, Nempe si
quatenus animal uideret, omne animal uideret, Nam uti retro monuimus, ab una reduplica-
tiua unā de omni inferre licet. Atqui quod omne animal uideat, non solum falsum, sed absurdum
est affirmare, ita si corpus, prout corpus corruptibile esset, omue corpus ita se haberet, quod
fieri oon posse, retro ostendimus. Affirmaodum igitur est, corpus, prout corpus indifferens
esse, ad interitum, & æternitatem, Etenim se habet, ueluti animal quod de se, neque rationale
neque irrationale est, sed ad utrumque indifferens se habet, corpus itaque, quatenus ex mate-
ria, quæ contradictionis potentia est, & forma contrarium habente constat, corruptionis su-
biectum efficitur. Sed prout, ex ea conflatum est materia, quæ eiusdem prorsus rationis non
est, eum ea sublunarium, atque ex forma, quæ contrario uacat, sempiternum euadit, corpus ita-
que, prout corpus est, interitui obnoxium non est. Quod uero ex Auer. obijciunt, dicimus G
quòd illud caput, quod nuper inuentum est, ipsius fœtum non esse, cum multa, eo capite ac-
cipiat, quæ nou solum ab Arist. sed à suamet doctrina, dissentiunt, Aut asserendum, ambiguum
in huiusmodi re Aueroem fuisse, Verum, quæ Auer. opinio sit impræsentiarum nobis eura nō
est, quia propositum nobis est & quid Arist. sentiat & quid quoque, ex principijs eius affirman
dum sit, explicare. Neque Aristotelis testimonium obest, nempe Arist. ibi docet cælestia fini
ta esse in motionis uelocitate, propterea quod, motrix uis, uigore finita est, & ideo inquit, si
cælo astrum addatur, aut nou moueretur, aut tardius moueretur. Quia, proportio, quæ inter
uim motricem, & rem motam existit, periret, immo si uirtus mouendi uigore infinita foret,
44 cæleste corpus magnitudiue infinitum esset, Nam 12. meth. scribitur, mentes, cælestia mouen
tes se excedere in nobilitate, secundum ordioem, & mobilium magnitudinem, ergo infinitæ
nobilis intelligentia, cælum infinitæ magnitudinis moueret. Quare Arist. testimonium non ob-
est, quooiam non de durationis finitate loquitur, quando inquit, cælestia finita esse, sed quod
in uigore, & in motionis uelocitate finita esse, testatur.

De prima causa effectrice, secunda opinio. *Cap. 5.* H

NOnnulli uero alij, omnium sempiternorum, siue hæc corpora, siue simplices formæ ex-
titeriot, Deum, optimum maximum, effectrieem causam, esse asseruere. Verum, ut ho-
rum sententia aperta reddatur, primum modum, secundum quem, sempiterna à primo
opifice emanare eredidere, docebimus, Demum eorum adducemus fundamenta. Accipiunt
itsque primum, agens, bipartitum esse, nempe alterum est, quod uerum nuncupant, & ab eis
illud esse asseritur, quod ex præsupposita materia per motum operatur, quod quidem agens, à
naturali philosopho considerari affirmant, & hoc ab Aristotele secundo physic. definitur quod
sit unde motus principium, hoc etiam agens, tempore effectum præcedit, & idcireo cum tem-
pore, motu, & effectus nouitate operatur. Alterum agens secundum similitudinem, agens
appellant, quod est producens, per simplicem emanationem. Quæ quidem emanatio, est se-
cundum methaphoram motus, qui in sempiternis, reperiri potest. Hoc uero agens, natura
tantum, & non tempore, effectum anteit. Hanc de duplici agente distributionem, ab Arist.

&

A & Auer. colligunt:phylosophus enim nono meth. inquit, potentiam, & actum in plus se habe- 1
re, quàm ea, quæ secundum motùm tantum dicuntur. & Auer. ibi inquit, quod potentia, &
actus dicuntur in plus, quā in rebus transmutabilibus. & 12. eiusdē operis Auic. arguens, hoc du
plex agentium genus confitetur. Auic. n. duo de abiunctis mentibus affirmauit, primum quod 44
altera, alterā producit, per simplicē emanationē. Alteram, quod una, unā tantū producit, quia ab
uno non prouenit nisi unum, & una actio, unū agens insequitur. Auer. itaq; aiunt, quo ad primū
cum Auicenna consentire, quòd in sempiternis æterna productio, per simplicem emanationem
fit, Nam inquit, esse tantam causam, & causatum, ut intellectum, est intelligentis causa, sed
intellectum, est intelligentis effectrix causa, & non per motum, uti constat, ergo per simplicem
emanationem, Arguit uero Auicennam, quo ad secundum, Nam opinatur Auer. à prima in-
telligentia, omnes produci, quāmuis una magis immediate producatur. Et hoc aiunt, patere
in tertia disp. destruc. & 4. cæli inquit, idem Auer. in æternis non est agens nisi secundum simi- dub. 25.
litudinem. Et in primo eiusdem uoluminis ait, defendentes uero Platonem dicunt, quòd 105.
assimilatio generationis mundi, ex suis elementis, generationi figurarum, ex lineis, & super- 106.
ficiebus à Plat. significat, quod mundus semper fuit, apud Platonem eo quod ipse non inten-
B debat per hunc sermonem, nisi quod partes eius, sunt priores natura, non quod ipse fuit gene-
ratus uere, Et si hoc intendebat, nihil differt ab Aristotele. ex quibus uerbis, aperte constare
aiunt, in sempiternis aliquam productionem, ab ea, quæ apud nos est, longe diuersam, repe-
riri. Et in tertia disp. inquit, corpora cælestia, non esse generabilia, eo modo, quo hæc cor-
pora genita dicuntur, sed alio modo & primo cæli, si aliqua generatio inquit, fieret ex rebus 106.
non temporalibus, tunc illæ res erunt priores, in esse tantum, & secundum naturam, & in se-
cundo de substantia orbis, est quoddam agens, ait, quod est tempore prius acto, ueluti agentia,
quæ apud nos sunt, Quoddam uero, est naturam prius, & hoc in æternis reperitur. quod pri-
mo cæli confirmat, Asserens, quod est natum reperiri in tempore, in tempore reperitur & quod
non est natum reperiri in tempore, non habet prius nisi secundum esse, hoc est, secundum na- 106.
turam, Aliam quoque accipiunt distributionem, nempe quandam generationem, inquiunt,
esse, quæ est, cum mutatione, tempore, & effectus nouitate, subiectum requirens, ex quo res
fiunt, Alteram uero, esse affirmant, quæ sine uero motu fit, & subiectum non exquirit, Et hanc
rectius productionem, seu emanationem, quam generetionem nuncupandam esse affirmant.
Nam non est, nisi essentialis dependentia, effectus æterni à causa effectrice, quæ ab æterno pro
C ducit. His tertiam adiiciunt distinctionem, non esse secundum naturam, præcedere esse, bifa-
riam concipi posse docent, positiue, & priuatiue ut eorum utamur uerbis, positiue natura non
esse præcedit esse, quando res aliqua, in quodam instanti naturæ positiuo, habet non esse, in
alio uero esse habet, in eo uidelicet, in quo res facta est. Priuatiue uero non esse, præcedit es-
se, quando res in quocumque naturæ instanti, esse habet. Tamen si aliud ens non foret, à quo
essentialiter dependet, res non esset & ita in æternis, non esse secundum naturam, esse anteit.
Si enim Deus non esset, uel eius à rebus bonitatem auferret, à quo essentialiter pendent, non
existerent. His suppositis modum, quo sempiterna producuntur exponunt, qui hic est. Pri-
mus rerum opifex, Deus, quæcunque agit per intellectum, & uoluntatem operatur, ueluti ex
Auer. colligunt, initio x 1. disp. Deus enim inquit, per intelligere, & uelle uniuersa producit.
Etenim Deus summa perfectio, atque, ut aiunt, per essentiam ens, ergo opus est, ut alijs, suū
esse impartiatur. secundum quod possibile est, rebus communicari iuxta illud philosophi pri-
mo cæli, A primo quidem ente, communicatum est esse, His quidem clarius, his uero obscu- 100.
rius, Verum his, quæ oriuntur, & intereunt, mediante motu esse impartitur, quia eorum sub
stantia, & esse, tempore metitur, æternis uero substantijs, esse per intelligere, & uelle commu-
D nicatum est, uti Auer. 12. primæ philosophiæ monet. Et modus hic est; Res etenim intellecta, 36. 44.
intellectionis atque intelligentis, effectrix causa est, Deus uero omnium mentium obiectum in
telligibile existit, ergo in omnibus intelligentijs intellectionem producit, Hæc uero comprehen
sio, uti Arist. & Auer. testantur, in abiunctis mentibus intelligentiis substantia est, ergo intel-
ligentem mentem producit, ergo causa est, quatenus ab intellectu diuino, multæ producun-
tur comprehensiones, quæ mentium intelligentium, substantia sunt, quæ uariæ sunt, quoniam
intelligentes substantiæ, diuersæ, & uariæ sunt. Hoc per Auer. 12. meth. confirmant, qui 51
ait, Dei scientiam, rerum causam existere, & penes hoc, à nostra, distinguitur, quia à rebus
producta est, atqui cum in Deo, intellectio, res intellecta, omnibus modis idem sint, ergo
quatenus Deus obiectum intellectum, à diuersis intelligentibus, producit in eis intellectionem
quæ eorum est substantia, quo quidem pacto, nullum absurdum est, ut ab uno per modum obie
cti intelligibilis, multa producantur ueluti aperte Auer. monet, in tertia disp. constat itaque, Dub. 25
quo pacto à Deo, intelligentiæ sint productæ.

Simplicij

E

Simplicij opinio. Cap. 6.

HVic opinioni, Simp. assentit, prope finem octaui de physico auditu, & eam ita confirmat, Omne id, quod principium primum motus est, eius, in quo est, causa effectrix est,
28 Etenim secundo physi. huiusmodi causam Aristoteles definiens, inquit, esse principium unde motus, atqui Deus, in animali diuino principium motionis est, ergo est eius causa agens.
32 Deinceps primo uolumine de cælo, philosophus inquit, Deus, & natura, nihil agunt frustra, Deus igitur facit, sed facere, efficientis causæ est, ergo Deus effectrix causa est. & eodem uolu
100 mine, à primo quidem ente, communicatum est esse: his quidem clarius, his uero obscurius, Veluti enim uniuersa entia, gratia Dei sunt, ita ob Deum, sunt id quod sunt. Et primo de ortu, & interitu, quærens, cur perpetuus sit motus, plane Deum causam effectricem, esse confitetur. quem locum interpretatus Alex. idem testatur, & primo meth. laudat Anaxagoram, & non Ermotimum, qui non solum materiatas causas confessus est, sed dixit mentem esse causam, effectricem & finalem. Quare si Anaxagoram laudat, quia mentem diuinam, agentem, & finem esse concedit, ergo Arist. opinio est, quòd effectrix causa Deus sit. Verum quoniam Alex. F
& alij complures peripatetici, existimant, Deum solum causam mouentem, & non effectricem animalis diuini, esse, quod allatę rationes tantum ostendunt, idcirco probare nititur, Aristotelem, respectu substantiæ cælestis, Deum effectricem causam esse putasse. Et primum, quod sublunarium causa effectrix sit, ostendit, Deus est cælestis motionis, causa effectrix, ut Alex. fatetur, sed per motionem hanc, ortus, & interitus sublunarium fit, ut secundo de ortu patet, ergo mediante motu, sublunarium, causa ages Deus est. Est etiam sempiternorum causa, Nam
56 philosophus secundo physi. quando de casu, & fortuna disputat, inquit, casum, & fortunam, esse causas per accidens, & causis per se accidere, quæ agentes sunt, quo etiam pacto, casus, & fortuna, causæ sunt, quoniam eorum, causæ effectrices sunt, quorum natura, & mens, existũt, Ibi etiam Arist. docet, casum, & fortunam causas posteriores, natura, & mente existere, nam id quod per accidens est, eo, quod est per se, posterius est. Demum eodem loco, inquit, si casus est cælestium causa, necesse est, ut prius mens sit, ex his Deum cælestium agentem causam esse, accipit, nam si casus est, cæli causa, ergo prius mens; quare asserit, mentem per prius esse cæli causam. Demum quandam diluit instantiam, Quis enim dicere posset, Arist. non asserere, mentem, uel naturam, agentem causam cæli existere? sed ait quod hi, qui casum, cælestiũ G
agentem causam esse, confitentur, opus est, ut affirment, naturam, & mentem, prius causam esse. Et obiectio ualida est, nempe Arist. ex Democriti concessis ratiocinatur, qui cælestium causam agentem, casum esse instituit. Aduersus quem Arist. arguens, inquit, si casus cæli causa est, ergo prius mens, & natura. Simp. tamen suum intentum ita probat, cælum habet sempiternam motionẽ à Deo, ut ab agente, ergo ipsius substãtia, eodẽ pacto eodẽq; modo pẽdet id quod consequitur ita probari potest: Nam, ut res se habet ad operari, ita ad esse, A quo enim res, quo ad opus proprium pendet, ab eodem etiam, & inesse, Atqui orbicularis latio, cælestium opus, a Deo, ut ab agente, ergo & cælum. Hæc Simplicius, quæ nullam hebent efficaciam, & quoniam, quæ inprimis asserit, nobis non obstant, nempe concedimus Deum, sublunarium causam agentem esse, Idcirco postremum dissoluendum erit, quod si aliquid probaret id tantum ostenderet Deum animalis diuini formam esse, iuxta illud Arist. secundo de anima,
37 quod respectu operis, agens est, rei, est forma. Verum retro docuimus, lationem orbicularem cælo, quatenus cælum est, non competere, sed ei conuenit, quatenus diuinitatis diffusiuum efficitur, & idcirco opus non est, ut à propria corporis cælestis forma tanquam ab agẽte, orbicularis latio producatur. H

Latinorum fundamenta referuntur. Cap. 7.

AT Latini philosophi, ualidioribus rationibus propriam sententiam confirmant. Et primo ita ratiocinantur, Orbicularis latio, ortus, & interitus, perpetua sunt, quæ effectricem causam habent, ergo substantiæ sempiternæ eandem retinent causam. Si enim substantia sempiterna, causa agente uacaret, aut ei repugnat, quatenus substantia, quod dari nequit quoniam tunc nulla substantia, agentem causam haberet, Nam ex reduplicatiua, uniuersalis infertur propositio. Neque ei, quatenus æterna est repugnat, quia tunc nullum sempiternum, efficientẽ causam haberet, Quare orbicularis latio, ortus, & interitus huiusmodi causam nõ retinerent, sunt enim hæc sempiterna. Deinde, quod causa æterna uacat, hoc idẽ interna caret, Nã causæ externæ perfectionẽ, sine imperfectione dicunt, Internæ uero causæ, perfectionẽ, imperfectioni annexã indicant. Quare ratio extrinsecæ causæ, naturaliter prior erit, internæ causæ ratio

ne,

A ne, Sed de quo negatur prius, de eodē posterius tollitur, ergo quod non habet causam extrinsecā,
neque intrinsecam habet, ergo si cælum, causa effectrice careret, ergo ex materia, & forma
conflatum non esset, causa enim agens, externa causa est, materia uero, & forma, internæ cau-
sæ sunt. Deinceps, omne quod si suæ naturæ derelinquatur, esset, non ens, causam effectri-
cem habet, Nam id, quod derelictum est, si esse recipit, hoc habet, à causis, quæ esse largiun-
tur, sed causa, quæ esse præbet, maxime uidetur efficiens, ergo id, quod suæ naturæ dereli-
ctum, est non ens, causam efficientem habet: atqui sempiterna, si in proprijs naturis relinquan
tur, ita quòd ab eis Deus suam tolleret bonitatem, non entia sunt, ergo agentem causam reti-
nent. Adhuc inter finem, & agentem est talis connexio, quòd res, quòd ab aliquo, ut à fine
pendet, ut agentem habeat necessum est. Finis enim, absque agente quidquam non operatur.
Arist. enim secundo phys. finem definiens inquit, esse id, cuius gratia operatur, agens, ergo 29
inter agens, & finem, & econuerso, necessaria connexio est, Atqui sempiterna, omnium Phi-
losophorum consensu, à Deo, ut à fine pendent, ergo ab eodem, ut ab agente, nam in separa-
tis à materia, idem est finis, & agens. Ad idem id quod aliquo modo causam effectricem ha-
bet, est quoquomodo in se, ens possibile, ergo ex opposito, quod prorsus causa agente uacat,
B nullo modo possibile ens est, Quare in se omnibus modis erit, necesse esse, Sed quod omnibus
modis in se est, necesse esse, à nullo depender, & esse habet, quocunque alio remoto, si ergò æ-
terna agentem causam non haberent, Deo sublato, adhuc existerent. Rursus quo pacto, scien-
tia nostra, à rebus producta est, Dei scientia rerum causa existit, atqui scientia nostra, ut ab
agente, à rebus producta est, ergo Dei scientia, rerum causa effectrix erit. Quæ ratio ita con-
firmatur ueluti se habent, arte facta, ad scientiam nostram, ita omnia, quæ natura constant, ad
scientiam diuinam, sed arte facta, à scientia nostra, tanquam ab agente pendent, Consimiliter,
& quæ natura constant, à scientia diuina, ut ab effectrice causa producuntur, At cælestia natu-
ra constant, à Deo igitur, ut ab agente pendent. Amplius Deus est, id quod est per essentiam,
cætera uero entia sunt participatione, ergo omnia ut ab agente à Deo pendent, omne namque,
quod quouis modo, est particeps ipsius esse, est à primo, quod per naturam, & essentiam, est
ipsum esse, Etenim cum omnia præter primum habeant esse participatione quadam, necesse est,
ut id ab eo sortita sint, quod per se, & per essentiam sit ipsum esse; sic omnia ignita, ab igne i-
gnita sunt, Omnia item, quæ illuminata sunt, ab eo utique lumen acceperunt, quod suapte na-
tura luminosum est, Quare si à Deo esse suscipiunt, uel ab eo, ut à forma, uel fine, uel agente:
C si à forma, ergo ab eodem, tanquam ab agente, & fine esse suscipiunt. Quippe in Deo, for-
ma, finis, & agens idem sunt. Confirmatur ratio, id quod est maxime ipsum esse, per se cau-
sa est, ut cætera existant, Atqui Deus est maxime ipsum esse, quare per se causa, ut uniuersa
existant, & cum materia esse nequeat, ergo per se causa, tanquam forma, agens, et finis oritur.
Demum in ordine agentium, non est in infinitum abitio, ergo ad primum agens diueniendum
est. Quod cum per se, & uniuersalissima causa sit, ergo sibi assignari debet uniuersalissimus,
& per se effectus, qui ipsum esse est, ergo Deus, omnibus, existendi effectrix causa erit.

Referuntur Philosophorum testimonia, pro opinione confirmanda. *Cap.* 8.

HAnc eorum sententiam, diuersis philosophorum testimonijs confirmant, & primum 4
Arist. pro teste adducunt, qui secundo meth. inquit, Quapropter semper entium princi- 40
pia, semper esse uerissima necesse est, non enim quandoque sunt uera, quandoque non, "
nec illis, causa aliquid est, ut uera sint, sed illa alijs, quare unumquodque, sicut se habet ut sit, "
ita ad ueritatem, Sempiterna itaque corpora, causam eorum esse, & permanentiæ habent, quæ "
D non nisi effectrix causa est, Nempe calidi exemplo, Arist. nititur, Ignis enim, quoniam maxime
calidus est, causa est, quare cætera calida sint, Atqui constat, effectricem causam esse. Consi-
militer semper entium principia effectrix causa eorum erunt. Et quinto eiusdem operis, ait, ho- 6
rum quidem utique, altera causa essendi necessaria, horum uero nulla; sed propter hæc, alia
sunt ex necessitate, quod ibi Auer. Confirmat. Hoc idem octauo de physico auditu testatum 15
reliquit, Nempe inquit, esse nonnula æterna, quæ causam habent, aliqua uero nequaquam.
Hoc idem per Aueroem confirmant, qui 12. meth. Auicennam arguens, inquit, in intelligentijs 44
non est actio, nec passio, neque consequutio, neque prouentus, sed tantum illic est causa, &
causatum, secundum quod intellectum est, causa intelligentis, Atqui intellectum mouet tan-
quam efficiens, ergo cum primus rerum opifex, Deus, sit intelligentiarum res intellecta, ergo
earum effectrix causa erit, Quod uero Auer. rem intellectam causam agentem esse asserat, per 54
ipsum tertio de anima confirmant, Vbi aperte monet, obiectum intellectum esse effectricem
causam, & 12. meth. ait, balneum in anima mouet ut efficiens, extra uero, mouet ut fi- 36
nis, Aperte igitur patet, rem intellectam inter effectrices causas ab Auerroe connumerari.

Primo

Primo Phyſ. idem Auer. inqnit, Scientia diuina conſiderat tria genera cauſarum, ueluti primumagens, primam formam, & ultimum finem, Atqui primum agens, ut per motum operarur conſiderari nequit, Etenim contemplatio hæc, naturali philoſopho propria eſt, quare primum agens à ſcientia diuina, ut per ſimplicem emanationem agit, conſideratur. Et ſecundo metb. inquit, quod mouit Ariſtotelem ad ponendum motorem ſepara- E
31 tum à materia, in factione uirtutum intelligibilium, eſt, quia uirtutes intellectuales ſunt non mixtæ cum materia, & omne non mixtum cum materia, neceſſe eſt, ut generetur, à non mi-
99 xto cum materia ſimpliciter. Et 12. eiuſdem operis, Deum, inquit, eſſe animal ſempiternum
20 à quo cælum, & tota natura dependet, quod ibi Ariſt. affirmat. Et primo cæli, aſſerit Ariſt. uelle à cælo generationem uulgarem tollere, & ſubdit, quòd natura bene fuit conſulta, cælum
105. facere immune à contrarietate, Natura igitur fecit cælum. Et eodem uolumine, ſi defendentes Platonem aſſerunt, mundum non uere fuiſſe generatum, tunc nihil Plato differt ab Ariſt. &
106. ſecundo de ſubſtantia orbis, corpus cæleſte non indiget tantum uirtute mouente in loco, ſed largiente ei ſubſtantiam, & permanentiam æternam. ibi etiam ait, finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, tunc inqrunt, ſi finis agens neceſſario ſignificat, aut accipitur agens ſecundum ſimilitudinem, & prout eſt, idem quod finis; qnod dici nequit, quoniam idem ſe ipſum ſignificaret, ſecundum unam, eandemque rationem, ſignificatione neceſſaria, quod ridiculum eſſet confiteri. Deinde ibi Auer. inquit, ſicut morum ſignificat mouens, conſtat iam mo- F
tum mouens non ſignificare, ut idem eſſet, quod finis, ſed ut agens eſſet. eodem etiam lib. air,
Dub. 18 Ariſtotelem non tantum dicere, motionem cæli, eſſe tantum mouentem, ſed efficientem. Tertia etiam diſputatione, in ſeparatis quod dat formam, eſt finis, & quod eſt finis eſt agens, Deus
56 uero æternorum finis eſt, ergo agens. Et ſecundo cæli, ſecundum interpretationem antiquam,
" Ariſt. uerba exponens, quæ ita ſe habent, Narura ſtetit, cum fecit ſtellas non motas, quaſi ſci-
" ret hoc quod accideret ex earum motu, quapropter fuit ingenioſa hoc ingenio, & fecit illas
" remanentes fixas. Auer. hæc ſcribit cum creator poſuit eas cæli partes non motas, proceſsit nia, qua conſeruarentur omnia, quæ ſunt hic, quoniam ſi eſſent motæ per ſe neceſſario corrum perent ea, quæ ſunt hic. Sed creator optime fecit, cum poſuit ſubſtantiam earum, conuenientem ſaluti eorum, quæ ſunt hic. ex quibus conſtat factionem ſtellarum eſſe, ueluti à creatore, & cō-
Dub. 2. ſequenter earum productionem, creationem eſſe. Et tertia diſputatione hæc habet uerba, quæ quamuis in antiqua traductione non reperiantur, in noua uero, quæ eſt; calo calonginos, habentur. Ait itaq; hæc eſt doctrina principis philoſophorum ideſt, Ariſt. in quibuſdam libellis ſuis G
in methaphyſiea, Nam aliqui dixerunt, quomodo incipit Dens glorioſus, mundum ex nihilo & fecit aliquid ex nihilo, Reſpondemus, quod cum ſit agens, aut eius uis erit, ſicut eius poſſe, & eius poſſe, ſicut eius uoluntas, & eius uoluntas, ſicut eius ſapientia, aut eius uis erit, debilior eius poſſe, aut eius poſſe, debilius eius uoluntate, aut eius uoluntas, debilior eius ſapientia. Si autem iſtarum potentiatum, aliæ fuerint debiliores alijs, tunc inter primam cauſam, & oos nulla erit differentia, & eſſet ei diminutio, ſicut & nobis, & hoc eſt maxime inconueniens. Si autem erit, quælibet harum potentiarum in ultimatæ perfectionis, cum uult poteſt, & cum poteſt, uigoratur, & omnia inultimatæ ſapientiæ, Adeo quòd reperietur actio eius quod uolue rit, & ut uoluerit ex nihilo. Hæc Auer. quibus aperte conſtat, ipſum confeſſum fuiſſe, productionem ex nihilo.

Euertitur opinio. *Cap. 9.*

Sed tempus nunc eſt ſi Ariſt. opinio ſit, & principijs eius conſentiens ut diſcutiamus: & ut ordinate proficiſcamur, primum eam de duplici agente diſtributionem, reijciemus. Si agēs H
daretur, quod neq; in tempore, neq; ex ſubiecta materia operatur, illud contingeret abſurdum, ut contradictoria medium recipiant. id qnod conſequitur ita probatur, Peripatetici philoſophi, duo actionum genera inſtituere, quorum alterum, tranſiens nuncupatur, Alterum uero, actio, quæ non tranſit, ſed in agente, à quo producitur, permanet. Prima actio definitur quæ in materia exteriore recipitur, ueluti ædificare ædificatoris operatio cum ſit, non in eo, ſed in re, quæ ædificatur, ſuſcipitur: quare huiuſmodi actio, ut ex eius ratione patet, materiam præſupponit. Altera uero, & ſecunda actio, qnæ non tranſit, ſed in agētem permanet, dicitur, quæ non in ſubiecto ab agēte diſtincto, ſed in eodem agēte ſuſcepta eſt, ueluti intelligere, eſt in
16 intelligēte. Hæc ab Ariſt. habentur, nono meth. Has duas actiones, Deo aſcribendas eſſe, mo nuere, nēpe orbicularitermouet, At latio hæc tranſiens eſt, quoniam in Deo, à quo eſt producta, non ſuſcipitur, ſed in orbiculari corpore, Actio uero immanens, qnæ Deo aſcribitur, intelligere, & uelle eſt, quæ idem prorſus cum Deo ſunt. Quibus ſuppoſitis ita ratiocinamur, Simplex emanatio, quæ à nonnullis, creatio æterna nuncupatur, aut eſt actio tranſiens, quod ſi

detur,

A detur, ergo præſupponit materiam, ut ex eius ratione patere docuimus, Quare ſimplex ema-
natio non eſt productio, quæ ſubiectum non præſupponit, (ut ipſi aſſerunt,) immo materiam
in qua ſuſcipitur, præſupponit. Neq; immanens actio eſt, quoniam hæc in Deo, eſt eius perfe-
ctio, & ſubſtantia, quia quicquid in Deo eſt, Deus omnibus modis eſt, quare cùm aliud actio-
nis genus, ſecundum peripateticos non detur, ergo productio hæc aut commentitia eſt, aut
actio quædam media, inter retro narratas actiones, Quare contradictio medium pateretur.
Sunt quidam, qui aiunt, creationem, uere actionem tranſeuntem non eſſe quia materiam præ
ſupponit, ſed ſecundum ſimilitudiuem huiuſmodi actionem eſſe, affirmant, Ñam ueluti per
actionem hanc effectus in re producitur, ita, quia per creationem, aliquid producitur, tranſeunti
actioni aſsimilatur. Sed hi, cum hæc proſerunt, ab Ariſtotele diſſentiunt, qui alias actiones
non nouit, & cum ſub nulla earum prodnctio hæc contineri poſsit, ergo ſecundnm Ariſtote-
lem ſimplex hæc emanatio concedenda non eſt. Deinde ſecundum Ariſtotelem quidquam de
nono ex non præſuppoſita materia fieri nequit, ergo neque ab æterno. Nam quod rei pro ali-
qno priori repugnat, ſemper repugnat, ergo quod rei conuenit, ſemper conuenit, Atqui rei
in eo naturæ priori ab æterno competit, nt ex non præſuppoſito ſubiecto produci poſsit, ergo in
B quolibet priori, ſibi conueniet, quare ſi ab æterno, ergo de nouo, res ex nihilo produci po-
teſt. Deinceps philoſophi peripatetici productionem ex nihilo negāt, ergo hoc aſſerunt aut, quia
deſectus ex parte rei eſt, ita quod rei repugnat ex non præſuppoſito ſubiecto produei, ſi hoc de-
tur, quod rei ex propria natura ita fieri repugnat, ergo ſemper repugnat, ergo neque de nouo
neque ab æterno ita prodnei poteſt, Ant defectus, merito Dei eſt, quod neque dandum eſt,
Nam cum Deus uniformis ſemper ſit, & nulla in eo mutatio cadat, ſi de nouo quidquā ex nihilo
producere nequit, ergo neque ab æterno. Adhuc, rectæ definitiones, rei & omnibus, quæ ſub
re definita continentur, competere debent, quemadmoduin initio ſexti Topicorum Ariſt. do-
cuit, At agenti per ſimplicem emanationem cauſæ effectricis definitio non competit, ergo hu-
iuſmodi agens tollendum eſt. ſecunda propoſitio ita probatur, philoſophus quinto meth. cau- 2
ſam agentem definiens, inquit, eſſe principium unde motus, ergo omnis cauſa effectrix eſt
per motum, ergo non datur agens per ſimplicem emanationem. Sed eorum nonnulli, ita ra-
tioni faciunt ſatis, quod motio duplex eſt, Altera uera, per quam agentia, quæ uere agentia ſunt
agunt, Altera uero æquiuoca motio eſt, & ſecundum methaphoram dicta. Motus itaque in
Agentis definitione acceptus, pro motione æquiuoca, quæ eſt ſimplex emanatio, accipiendus
C eſt. Sed hi maximopere decipiuntur, nempe agentis definirio, 5. meth. tradita, eadem ad
uerbum eſt, eum ea, quæ ſecundo de phyſico auditu habetur, Atqui naturalis ut ipſimet fa- 28
tentur, intellectionem Dei, qua entia creat, non contemplatur. cum itaque per intelligere &
uelle, æterna producat, in ea ergo definitione, ereans per intellectionem, comprehendi nequit.
confirmatur ratio, quinto meth. Auer. (ad cuius nutum, ipſi loquuntur) agentis rationem ex-
ponens inquit, & intendit, cauſam angentem, hoc eſt, ex quo primo fit generatio rei, At in re
rum generatione non eſt intellectionis motio, qua Deus creat, ergo per motionem, in agentis
ratione acceptam, æquiuocam motionem non intelligit. Ad idem, philoſophus ſecundo phyſ.
illud agens definiri, eo libro affirmat, quod materiam neceſſario conſequitur. Quare eum eo- 70
dem pacto quinto meth. definiatur, omne igitur agens ex materia præſuppoſita operatur iam ue-
ro agens dicitur principium unde motus, ſed ſimplex emanatio, ſempiterna productio eſt, æter
num uero primo, & principio caret, Quare ea definitio agenti per ſimplicem emanationem com
petere nequit. Neque obſtant, ſi dicant ibi non eſſe prius poſitiuum, ſed priuatiuum, hoc enim
affirmari nequit ueluti poſterius oſtendemus. Rurſus, ſi in ſempiternis huiuſmodi agens eſſet,
illud ſequeretur abſurdum, ſempiterna de potentia ad actum educi. Id quod conſequitur per
D Aueroem cuius doctrinam ipſi magnifaciunt, probatur, duodecimo primæ philoſophiæ aſſerit 18
creationem, ſublunaribus agentibus aſsimilari penes hoc, quia in utraque productione, eſt edu
ctio de potentia ad actum, quamuis in multis alijs diſtinguatur. & uerba eius hæc ſunt. Et aſsimi-
latur creationi inquantum illud quod eſt in potentia, fit in actu. Hoc idem per ea, quæ in ter- 18
tia diſp. ab eodem dicuntur confirmari poteſt, inquit enim, Deus ſecundum philoſophum eſt,
uerum agens mundi, & modum exponit, inquiens, quoniam extrahit totum de potentia ad
actum, quod ita probat, Agens debet eſſe diuerſum ab effectu, ſed Deus à mundo diuerſus
eſt, ergo mundi, eſt uerum agens, Vmbra uero quoniam à corpore diuerſa non eſt, idcirco ip
ſius uerum agens, corpus non eſt, Atqui uerum agens per motum agit, (ut ipſimet teſtantur)
ergo ſi opiſex, mundi cauſa eſt, qui ſempiternus effectus eſt, ipſum non niſi per motum produ-
cit, ibi etiam aſſerit, Deum eſſe mundi effectricem cauſam, nobiliori modo ergo nobilius, &
uerius agens, & huius cauſam largitur, Nam quod producit æternum eſſe, uerius agens eſt, quā
quod producit eſſe nouum, Deus uero æternum eſſe producit, ergo uerius agens, eo, quod eſ-
ſe nouum producit, Rurſus, ibi, idem alia ratione probat, Agens, producens, & conſeruans

suum effectum, nobilius, & uerius eo est quod tantum producit, & effectum non conseruat, E
Atqui Deus, sublunarem mundũ producit, & conseruat. Quæ uero quod apud nos agentia sunt, effectum solum producunt, & non conseruant, ergo Deus his agentibus nobilius, & uerius agẽs erit. Sed huiusmodi agens, ut ipsi testantur, per motum agit, ergo non datur agens per simplicem emanationem. Ibi etiam, idem sic confirmat, Agens producens totum esse rei, nobilius & uerius agens est, eo, quod rei totum esse, non operatur. Deus totum esse rei, producit, Agentia sublunaria nequaquam, ergo Deus huiusmodi agentibus nobilius, & uerius agens erit.
2.4. Est enim uerius agens, nam quarto & septimo meth. nomen rei, ueriori, & nobiliori modo, causæ quam causato competit, Deus sublunarium agentium causa est, ergo uerius agens. Sed uerum agens (ipsi affirmant, per uerum motum agere ergo, non datur agens, per simplicem emanationem. Hoc idem, in eadem disputatione, nouum diluens dubium, confirmat, inquiens, quod agens mundum, est uerius agens, & quod agit cum tempore. & paulopost subdit, si mundus non esset res sempiterna, cum nouitate, agente non indigeret, quod domus exemplo confirmat, quæ cum actu est, ædificatore non indiget, Quare cum in cæli substantia nulla sit nouitas neque itidem in intelligentijs, ergo hæc agente non indigent. Eadem rursus disputatione, in decimi dubij solutione Algazeli respondens, qui secundum philosophos, mundum agente F
causa uacare, credidit, & quamuis Deus mundi agens uocatur, non dicitur, nisi secundum similitudinem, Auer. inquit, ipsum fuisse deceptum, Nam philosophi opinantur, mundum uerum agentem habere, quod ipsum extrahit, de priuatione ad actum. hoc duplici ratione confirmat, quarum prima ita componi potest. Omne quod rei largitur motionem, sine qua res esse nequit, est ipsius rei uerum agens, At primus opifex Deus, mundo motionem largitur sine qua mundus esse nequit, ergo est uerum mundi agens. Altera ratio, omne alicui rei compositę unitatẽ, cõnexionem, & ordinẽ, sine quibus composita res non existit, est ipsius uerum agens, Atque ipsam de potentia ad actum educens, Deus uero, respectu mundi, ita se habet, quare ipsius uerum agẽs est. Auer. itaq; secundum philosophos asserit, mundum, qui æternus est, uerum agens, & non secundum similitudinem retinere, queadmodum Algazel affirmauit. Et in decima octaua solutione, philosophorum sententiam exponens, num cælestia corpora, ortui sint subiecta, inquit, quòd non generantur, ueluti hæc sublunaria, & nullum alium producendi modum exposuit, Quare signum est, quoniam secundum philosophos, iudicauit, alium producendi modum non dari. Immo quibusdam interpositis eorum sententiam uanam esse iudicat, qui aiunt, Deum omnia entia mundi sine medio fecisse, ergo si hic modus producendi, secundum G
Auer. cõcedendus esset, Deus utriq; omnia sine medio fecisset, ibi etiã legis loquẽtes deridet qui cælo generationem ascribunt, quæ in his rebus, quæ apud nos sunt, non reperitur, quam inconsuetam appellat, & causam largitur, etenim apud nos omnis generatio, ex subiecto fit, ergo si generatio cælo ascribenda esset ex subiecto fieret. in qua quidem ratione, omnem producendi modum cum materia existere supponit. Ibi etiam ostendit, quòd si hæc productio daretur tunc non esse reciperet esse. Neq; etiam secundum Aristotelem, huiusmodi agens concedendum est. Nam philosophus non nisi ex sensibus philosophatus est, & tota ipsius philosophia, à sensu ortum trahit, Quare per sensum cum nullo pacto huiusmodi agens cognosci posit, secundũ Arist. uspiam concedendum non est. Deinde cur nunquam huiusmodi agentis Arist. meminit, Neq; enim in naturali, neque in diuina philosophia, cui agentis consideratio propria foret, neq; huiusmodi actione, ad Deum cognoscendum, usus est, quæ tamen, medium maxime efficax foret, Hæc enim in Aristotelis doctrina deliramenta sunt. Constat itaq; agens per simplicem emanationem concedendum, secundum Arist. non esse.

Efficiendi modus, atque opinio euertitur. Cap. 10. H

HVcusq; agens illud, quod per simplicem emanationem, operari testantur, non dandum esse docuimus. Nunc, quòd neq; modus efficiendi, ab his inuentus, rationi & Aristoteli consentiat, explicandum est, Si intelligentiæ ueluti ipsi aiunt productæ essent, illud contingeret absurdum, intellectionem, immanentem actionem non esse, sed transeuntem. id quod consequitur, ita ostenditur. Hæc comprehensio à Deo producta, aut est in Deo, aut in secũda intelligentia. non primum dandum est, Nam quicquid in Deo est, Deus est, quare hæc intellectio Deus esset; & ita suimet Deus causa effectrix per simplicem emanationem foret, & prima, & secunda intelligentia unamet numero existerent, Nempe iuxta hos, comprehensio hæc, secunda est intelligentia, quæ cum Deus sit, ergo prima, & secunda intelligentia unamet numero substantia forent, quare in Deo agente intellectio hæc non remanet, quare transit, comprehensio igitur actio transiens erit, immo materiam præsupponeret, Retro .n. docuimus, transeuntem actionem, sine subiecto, in actum non prodire. Deinceps, non semel Arist. & tertio de anima, & duodecimo

A duodecimo huius docuit,in abiunctis mentibus, rem intellectam,& intellectionē idē esse, ergo
idem erit obiectum intellectum, ab intelligentia secunda, & comprehensio, ab eodem obiecto
producta,atqui obiectum Deus est, ergo intellectio hæc, ut ab agente, à Deo producta,Deus
erit, quare cum per hos, intellectio hæc, secunda sit intelligentia, ergo Deus esset secunda in-
telligentia, & uice uersa. Rursus suimet Deus causa effectrix existeret. Decipiuntur etiam,
quando aiunt obiectum, intelligentis, & intellectionis causam effectricem existere, Auer. ete-
nim libro quarto para. meth. inquit obiectum intelligibile, ut tertio de anima explicatum est,
forma, & perfectio intelligentis est, & non inquit, quòd sit efficiens, Deinceps eis gratis con
cedamus, obiectum humani intellectus, causam intellectionis effectricem esse; quemadmodum
ipsi, cum Auer. sentiunt, hoc tamen in separatis mentibus affirmandum non erit, & causa aper
ta est, Nam intellectus humanus quandoque intelligit,quandoque non, & idcirco ab eis, in-
tellectus potestatis uocatur, ergo ut actu intelligat, mouente indiget, ipsum de potentia ad
actum educente, At intelligentiæ, actu semper intelligunt, non ergo agente indigent, ergo
obiectum in ipsis non erit, agens, sed forma tantum. His sic expositis opinio nunc euertenda
est, si sempiterna, causam effectricem haberent, ergo ab extrinseco,entia posibilia forent,nem
B pe quod merito agentis posibile ab extrinseco posibile est,quare ab interno principio,quod .n.
ab interno principio est po[s]ibile,& ab extrinseco posibile est,& uice uersa,alioquin idē simul
esset, & non esset ut Auer. primo cæli deducit, Nam si quidquam,ratione agentis esset ens pos- 124
sibile, si hoc in actu ponatur, non erit, & cum ab interno principio necessarium sit, semper
erit, Quare idem simul erit, & non erit, fieri igitur nequit, ut sempiterna, ratione agentis,sint
posibilia, ratione uero propria, sint necessaria. Ab Aristotele etiam opinio recedit, qui primo
uolumine de cælo Xenocratem arguit, qui Platonem tuebatur, cui, talem præbebat auxilium, 104
quòd etsi cælum, Plato, genitum esse affirmet, non est opinandum,de nouo ipsum factum fuis-
se, òrdidisse, sed ab æterno fuisse. Verum quoniam mundi productio, comprehendi non potest
nisi per temporalem generationem, ideo ut hanc nobis productionem, Plato insinuaret, dixit,
mundum genitum esse, & ab æterno, a Deo esse productum, & ad hoc explicandum,exemplo
mathematico usus est, ueluti enim Mathematici, triangularem figuram describentes, prius li-
neas describunt, mox, ex illis triangulum constituunt, trianguli tamen ortus in tempore non
est, doctrinæ tamen gratia, ita dicunt, Ita Plato, ut mundi à Deo emanationem declararet,
ipsum genitum esse testatur, Arist. Xenocratem arguit, Inquiens, auxilium hoc nullum esse,
C fieri enim nequit, factum sempiternum esse, hæc enim simul stare non possunt quod paulopost
in Epilogum repetit inquiens, imposibile est simul sempiternum esse, & factum esse, Ibi etiam
tali ratione utitur. Plato ait, res, ex quibus mundus constitutus est, inordinate anteiuisse, mox
ordinem à Deo habuere,& ita mundus factus est, Nempe rerum ordo, mundus est. Arguit hoc
philosophus, quoniam tunc contingeret, ut simul esset ordinatum, & inordinatum, Quod ue-
ro de mathematicis scribit, ad rem minime facit,quoniam quæ mathematici fingunt, per intel-
lectum esse habent, & idcirco simile non est, Nam si res,mundi geniturā inordinate præcedunt,
aut huiusmodi prius, solum mente consistit, quare si ei nihil ad extra respondet, figmentum
erit, si uero in re est, ergo idem simul erit ordinatum, & inordinatum. Ita si æterna producta
ab æterno sunt, ergo opus est, ut Deus, eorum effectrix causa, natura ipsa præcedat, & quo-
niam in eo priori adhuc Deus suam bonitatem, ipsis non communicauit, ergo non erunt, &
cum sint sempiterna, semper erunt, Quare simul erunt, & non erunt, Multa etiam aduersus ho-
rum sententiam adduci possunt, uerum ne sæpe sæpius eadem repetamus, quando Aristotelis
opinio, aperta fiet erunt manifesta.

D *De prima causa effectrice, tertia opinio. Cap. 11.*

QVidam ex peripateticis, sempiterna, & si causam effectricem non habeant, finalem, &
formalem retinere opinati sunt. Quare primus opifex Deus, cum omnium causa esse
dicatur, sempiternorum forma, & finis tantum existit. Hoc Auer. testimonio confir- 1
mant, qui quarto cæli inquit, æterna de quatuor causis, non habent, nisi formalem & finalem
et si habent, agens, est, quatenus cum forma & fine coincidit, & prout ipsa conseruat. Sed mul
tifariam huius opinionis fautores decipiuntur, Etenim Arist. secundo de ortu, sunt inquit, & 51
numero æqualia,& genere eadem, principia,quæ in sempiternis, & in primis, hoc idem est ut
materia, hoc autem, ut forma, oportet adhuc, & tertium existere, non enim sufficientia ad ge
nerandum duo, & Auer. ibi inquit, rerum, quæ generantur & intereunt principia, numero ea
dem esse, quamuis dicantur, secundum prius, & posterius, & uniuersaliter tria existunt. ma-
teria,forma,& Agens:hæc uero duo, ut non sufficiunt in rebus generabilibus, ita in sempiternis,
quare agentis opus est. & secundo phys. ait, & penitus reddendum est propter quid ut quia ex 74

hoc, necesse est hoc esse hoc autem ex hoc, aut simpliciter est, aut sicut frequenter. quod Auer. E exponens, inquit, quoniam de generibus entium est, quòd ex agenre sequitur actum necessario, hoc est in rebus æternis, & quòd ex agente, sequatur actum in maiori parte, & hoc est, in rebus generabilibus, & corruptibilibus. Idem Auer. secundo de substantia orbis, ait, quod corpus cæleste, non tantum habet causam mouentem, sed etiam effectricem, ibi etiam de duplici agente distinguit, quòd alterum tempore prius, alterum natura est. ex his itaque constat, etiam secundum Aueroem (cui eorum ascribunt opinionem) sempiterna prorsus agente causa non uacare.

De prima causa effectrice quarta opinio. *Cap.* 12.

NEque defuerunt alij, qui asseruere, sempiterna, causa agente prorsus uacare, & finalem habere. Et primum ostendunt, æternorum non esse causam effectricem, nam ubi actio nulla est, ibi neque Agens esse potest, atqui in intelligentijs, & sempiternis, actio non est (quemadmodũ Auer. 12. diuinæ scientiæ cõtra Auicennam testatur) asserens, in intelligentijs non esse actionem, neque prouentum, neque consecutionem. Ergo in æternis, agens nullum F erit. Verum quoniam quis dicere posset, Aueroem negare ab intelligentijs, eam actionem, quæ motus est, sed non iam, quæ est simplex emanatio, & creatio, ipsi ad hoc respondent, & ostendunt, hoc ob duo dici non posse, primo, quoniam Auer. contra Auicennam ratiocinatur, qui asserebat, Deum, secundam producere mentem, secunda uero, tertiam. at Auic. non asserebat, secundam à prima per motum produci, ergo si Auer. negat, ibi esse actionem, omnem tollit actionem, & quæ est motus, & quæ creatio. dicitur. secundo illud contingeret absurdum, Arist. demonstrationem 8. physi. habitam, Sophisticam esse. ibi enim Arist. motionem de nouo factã non esse, ostendit, & ita ratiocinatur. motus est actus mobilis, & mouentis, ergo hæc, tempore motionem præcedunt, tunc inquirit, mobile, & mouens aut sunt facta, aut sempiterna, non sempiterna, quoniam ut ibi ostenditur, accideret ante primam motionem, esse priorem motum, quare facta sunt, ergo per motum facta, quare in hac ratione, omnem productionem per motum esse accipit. Si itaque hæc daretur productio, Arist. demonstratio, Sophistica foret, nam unum producendi modum acciperet, ut per transmutationem, & alium subticuisset, qui est per creationem: huiusmodi itaque productionem Aristotelem non cognouisse, affirmandum erit, æterna itaque à Deo, ut ab Agente non dependent, sed ut à fine, esse recipiunt, hunc G in modum. et accipiunt primum, Deum se ipsum intelligere, deinceps subdunt, intelligentias ad uaria diuersaque officia destinatas esse; ex his propriam sententiam ita exponunt. Deus se ipsum intelligendo, ob suam perfectionem, ex hac comprehensione, quæ omnibus modis perfecta est, intelligentiæ resultant, quare per resultationem à deo emanant, quemadmodum ex lumine solis, & collo columbæ, ex luminis perfectione, uarij, diuersique colores resultant, non tamen colores illi, à sole, ut ab Agente producti sunt, sed ob luminis cum collo columbæ permixtionem, colores resultant, ita Deus se ipsum intuendo, hanc suam comprehensionem, esse intelligentiarum subsequitur, resultat enim mentium esse, quoniam Deus se ipsum comprehendit, quatenus imitabilis est, ab alijs mentibus, & hic producendi modus, non Agenti, sed fini, à philosophis ascribitur. Verum quis ambigere posset, quo pacto Deus, ut se intelligit, ut à multis imitabilis est, uarias, diuersasque mentes producit. hoc enim fieri non posse uidetur nempe ab uno inquantum unum, non multa, sed unum fluunt. Soluunt asserentes, ab uno diuersimode imitabili, plura proficisci posse, ita Deus seipsum intelligens, ut diuersimode imitabilis est, diuersas intelligentias producit. secundo quis adhuc quærere posset, cur tertia intelligentia, a secunda solum non producitur, sed a prima. hoc euertunt, & aiunt quoniam huiusmo H di intelligentię ordinem essentialem retinent, idcirco secunda, tertiæ productiua non est, sed tantum est causa, sine qua, non posset tertia produci. Sed adhuc ambigunt, si enim à Deo, ut à fine, producuntur intelligentiæ, ergo ut ab Agente, nempe finis est, qui mouet agentẽ, & gratia cuius agens operatur. diluunt etiam hoc, asserentes causam finalem, bipartitam esse, altera enim est, actionem determinans, & finiens, altera largiens esse: prior enim est, quæ agentem mouet, secunda uero nequaquam. ita Deus se habet, se enim intelligendo, ut diuersimode imitabilis est, finis est largiens esse. Demum dubitant, nempe creationem aufugere nequeunt. nempe Deus quoniam finalis causa largiens esse, est, prior intelligentijs existit, ergo in priori naturæ, Deus est, & secunda intelligentia non est, alioquin, prior non esset. In secundo uero naturæ priori secunda intelligentia existit, ergo est producta de non esse, ad esse, & cum non ex præsupposita materia producta sit, creata itaque erit. Sed hoc diluunt, & asserunt, hanc productionem creationem non nuncupari, diceretur enim creatio, quoniam intelligentiæ, à Deo ut ab effectrice causa productæ essent. Mox, modum exponunt, quo pacto orbes cælestes pro

ducti

A ducti sint, atque aiunt, intelligentia, utpote Saturni, Deum intuendo, suum orbem, & motionem producere. Nempe primam substantiam intelligens, ei assimilari expetit, at similis, non efficitur, nisi mouendo, motio uero, mobili indiget, Iure Deum apprehendens, simul orbem, & motum producit. Idem iudicium de Iouis intelligentia habendum est, atque de cæteris mentibus, uerum quoniam diuersimode Deum percipiunt, cum æqualis nobilitatis non sint, iure neque eiusdem dignitatis orbes producti sunt. hanc eorum sententiam, per Aueroem confirmant, qui secundo & duodecimo primæ philosophiæ, cælestes orbes, à suis principijs produci, affirmare uidetur. ob huiusmodi etiam mentes, orbes destincti sunt, nempe rerum secretio, à forma, & actu habetur, unaquæque uero mens, sui orbis actus est, quare orbium secretio à mente fluit. Sunt uero mentes secretæ, quatenus diuersimode ordinatæ existunt, ad diuersa offitia. constat itaque quo pacto, iuxta eorum sententiam, sempiterna à Deo, ut à fine pendent. 4.44.

Opinio euertitur. Cap. 15.

B SEd neq; horum omnium sententia, rationi, & Arist. consentit, & ut opinionis mendacium apertum fiat primum, modum, quo sempiterna producta esse existimant, euertemus. Mox opinionem arguemus. Asserunt itaque, Deum, quatenus se ipsum intelligit, se esse finem diuersimode imitabilem, intelligentias producere. etenim, si ita intelligentiæ à Deo productæ essent, diuina cognitio relatiua esset, quod absurdum est affirmare, quemadmodum per Aueroem constat, duodecimo Metaph. qui Themistium arguens, affirmantem deum, omnia cognoscere, quoniam se, ut causa cognoscit, ait, quòd illud contingeret absurdum, Dei cognitionem esse relatiuam, ita si Deus cælestes mentes produceit, quoniam, se intelligit, quatenus finis est diuersimode imitabilis, eius comprehensio relatiua foret, quare ratio eadem est. Deinceps nullus rationis respectus, ratio est alicui rei, ut absolutum aliquod producat, atqui Dei apprehensio, ut finis diuersimode, inuitabilis respectum rationis dicit, ergo ita intelligentias producere nequit, etenim etsi ratio causæ, respectum dicat, in Deo tamen, non est respectus realis, sed rationis tantum, (quemadmodum sapientes omnes uno consensu testatur,) quare cum rationis respectus, producendi ratio esse nequeat, Deus igitur sic intelligentias non producit. Adidem, effectus per se, exquirit causam per se, cælestes uero mentes, effectus per se intenti sunt, ergo 51

C causam per se exposcunt, Atqui illud aggregatum, Deus ut finis diuersimode attingibilis, est per accidens, conflatum enim est, ex ente reali, & ente rationis, quod est unum per accidens, quare sub hac ratione, Deus intelligentias efficere nequit. Adhuc, ut ratione utamur, quam ipsi diluere conati sunt, in priori naturæ Deus est, & secunda intelligentia non est, (quemadmodum ipsi concedunt,) in secundo uero priori, secunda est, ergo producta est, de non esse ad esse; & cum non ex materia, effecta sit, ergo creata, neq; rationē soluunt, cum aiunt, hanc productionem, creationē nuncupari non posse, quoniam a Deo, ut ab agēte non prouenit. hoc.n. non obstat, nēpe peripatetici philosophi id creari asserunt, quod cum non ex præsupposita materia fiat, post nihil factum est, ita quòd eius quod creatur, priuatio non præcessit, quare cum huiusmodi mētes, subiectum non præsupponant, sint post nihil productæ, creatæ erunt, non igitur creationē aufugiunt. Quæ ratio ita confirmari potest, si per uiam sequelæ, intelligentiæ productæ sunt, ergo uel ex subiecto præsupposito, uel non. si primum detur, ergo materiam includunt, si secundum, ergo creatæ sunt. Iam uero, si intelligentiæ ratione finis, entia possibilia sunt, ergo ratione extrinseca, finis enim rei extrinsecus est, ergo ab intrinseco, quod enim est possibile ab extrinseco, etiam ab intrinseco possibile est, ueluti principio huius disputationis

D docuimus. Adhuc accideret, ut idem simul semper esset, & non esset, nēpe intelligentiæ, merito Dei, sunt possibilia entia, quare possunt non esse, quare si ponatur in actu, quod possibile est, non erunt, & cum sua natura perpetuæ sint, ergo semper erunt, quare contradictio de codē simul uera foret. Deinceps huiusmodi intellectus sunt facti per uiam sequelæ (uti aiunt) atqui facere, causæ efficiētis est (quemadmodum Simplicius secundo cæli monuit) ergo a Deo, ut ab Agēte, factæ sunt. Demum, retro docuimus, Deum, quæ Deus non sunt, secundum Peripateticos non intelligere, ergo fieri nequit, ut intelligentias produceat, quatenus se intuetur, ut finis est, ab alijs diuersimode imitabilis, etenim quæ Deus non sunt cognosceret. Quæ cum explicata sint, superest, propriam referre sententiam, Verum primum in quo Agentis ratio consistat, exponemus. 88

E

Propria opinio. Agentis ratio in quo consistit exponitur. Cap. 14.

HVcusque aliorum sententias reiecimus, nunc propria referenda est, uerum antequam expo namus, quo modo sempiterna a Deo pendeant, primum aperire decreuimus, in quo effectricis causæ ratio consistat. Etenim huius rei ignoratione, complures decepti sunt, & propositum minime sunt assecuti. quare rem aggredientes, primum accipere oportet, poten-
17.2 tiam bipartitam esse, quemadmodum quinto & nono methaph. Arist. definiuit, Altera enim actiua nuncupatur, quæ transmutationis principium in alio est, quatenus aliud. Altera uero passiua appellatur, estque mutationis principium ab alio, quatenus aliud est, his enim locis, nulli dubium est, potentiam secundum ueram, & propriam eius rationem definitam fuisse, ad
2 " quam, cæteræ potentiæ referuntur, ut philosophus 9. methaph. quæcunque ad eandem speciem,
" omnes, principia sunt. & ad primum unum dicuntur. quæ uerba Auer. exponens, inquit, & in tendit, quòd cum consideratum fuerit de istis potentijs in utroque genere uidentur attribui. in definitione enim omnis potentiæ passiuæ, accipitur potentis passiua primæ materię, & similiter in definitione omnis potentiæ actiuæ, accipitur definitio, actionis primæ formæ, quæ est definitio primæ formæ, quæ est absoluta à materia. ex quibus constat, quòd F omnia potentia actius, refertur ad passiuam, & ueluti nihil est, in actius potentia, nisi per primæ formæ participationem, ita nihil est in potentia passiua, nisi per participationem primæ potentiæ, quæ est materia quare Agentis ipsius, agendi ratio, potestas actiua est, per hanc enim actum producit, nempe potestas hæc, principium motionis est, at motio, actus est, continuo fluens, & ad perfectionem tendens. huic uero actui, ut subiectum respondeat oportet, ipsum recipiens, itaque Agens motum producens, qui mobilis actus est, quod subiecti rationem subest, hoc ipsum de potentia ad actum traducit, actum, & motum efficiendo. Verum quoniam omne quod fit, ex opposito, & propria priuatione fit, Agens itaque antequam actum producit, oppositum ut ex subiecto expellat, opus est; Etenim oppositus actus, a semetipso non expellitur, cum nihil se ipsum interimat, neque a materia, quia eius ratio, pati est, quare ab agente expellitur, quare agens, per actum quem producit, subiectum de potentia ad actum transfert, quod plane Arist. quando potestatem agendi definiuit, docuit. Nempe inquit transmotare alterum, quatenus alterum, quoniam subiectum de potentia ad actum mutatur. Subiectum uero, ab agente alterum est, quare agentis actio, est transmutare aliud, quate- G
18 nus aliud, de potentia ad actum. & idcirco Auer. duodecimo philosophiæ primæ; aliorum de agente reiectis opinionibus, inquit opinionem Aristotelis esse, Agens non facere, nisi compositum ex materia, & forma, quod efficit, materiam mouendo, donec exeat de ea, illud quod est in potentia in ea, ad illam formam in actu. & paucis interpositis ait, Agens secundum Aristo telem non est congregans inter duo in rei ueritate, sed extrahens illud, quod erat in potentia, ad actum, quæ quidem uerba, non solum de agente particulari, sed etiam de uniuersali intelligenda sunt, nam inquit, sub finem commenti: Si igitur potentia non esset ens, omnino non esset agens, & si agens non esset, nihil esset omnino hic in actu, & ideo dicitur, quòd omnes proportiones, & formæ sunt in potentia in prima materia, & in actu in primo motore. Agen-
Sol. 2.3 & 4 tis itaque ratio est, rem de potentia ad actum transferre, ueluti, in tertia disputatione non semel docuit. Agens secundum ueritatem, inquit, dicitur extrahens rem de potentia ad actum, & propterea idem Auer. duodecimo methaph. Auicēnam arguens asserentē, intelligentias adeo
44 ab æterno productas, sic ait, mos autem, qui est inter modernos, in dicendo quòd à tali motore prouenit, talis motor, aut consequitur aut procedit, aut talia uerba non uere intelligūtur de istis principijs abstractis, omnis enim ista, sunt dispositiones Agentium superficietenus, H non uere, & causam largitur, ab agente enim nihil prouenit, nisi extrahere illud, quod est in potentia ad actum, sed illic non est potentia, unde neque Agens. tantum enim illic est causa, & causatum, secundum quòd intellectum est causa intelligentis. ex quibus aperte constat, Agentis rationem, esse rem de potentia ad actum transferre, nempe materiam, quæ potentia corpus est, per actum, quē Agens producit, actu corpus facit. Patet etiam, quòd ubi potentia non est, neque ibi uerum Agens existit. Intelligere tamen oportet, agentis nomine, Aristotelem in-
45 terdum alterans intellexisse, ueluti primo de ortu ait, quòd agere patienti opponitur, passio uero, est secundum quam alteratur solum res, & idcirco Io. Grammaticus inquit, quòd ex his causa habetur, propter quam Aristoteles, non dicit Deum causam mundi effectricem esse, Si enim agere est per qualitates transmutare, Deus alteratione intermedia non operatur, quare ita agens nuncupari nequit. Verum agentis ratio, nunc à nobis tradita, huic agenti sic sumpto, non solum competit, sed omni causæ effectrici, quæ alias motiones producit, quemadmodum ipse-
36.4. met Aristoteles secundo physi. & quinto Methaph. definiuit; quando quid causa effectrix sit do-

cuit

A cuit, Siquidem inquit, esse unde motus principium; quare non solum causam agentem, quæ
per alterationem operatur, sed eam, quæ alias motiones effecit, agentis oomioe intelligit. Qui
bus sic explicatis, tempus est, ut quo pacto sempiterna à Deo, ut ab agente pendeaot, expo-
namus.

Deus sublunaris mundi est aliquo pacto causa effectrix. *Cap.* 15.

AGentis ratione explicata, num sempiterna a Deo, ut ab Agente pendeant, impræsen-
tiarum inquirendum est, uerum quoniam sempiterna noo simpliciter dicuntur, Pi-
mum eorum significata referemus. Sunt itaque sempiterna, in duplici serie. Alia
náque substantiæ suot, Alia uero accidentia, ueluti cælestis latio. Substantiæ uero sempiter-
næ, aliæ corporis expertes prorsus sunt, ueluti mentes, & cælorum animæ, & materia prima:
alia uero corpora suot, quorum alia secundum oumerum perpetua suor, ueluti cælestia: alia:
uero, etsi secundum speciem, & totum sempiterna sunt, secundum partes ortum, & interitum
patiuntur, quemadmodum sublunaris mundus, & mixta, quæ io ipso continentur. De his
B omnibus itaque inquirendum erit, & primum à sublunari mundo exordiemur. Nempe eius
notio, magis nobis in promptu est. In mundo itaque sublunari, duo euidentissime esse con-
spitiuntur, utpote æternitas: elementa enim quæ hunc mundum componunt, & constituunt, se-
cundum totum, & speciem perpetua sunt. est rursus in eo nouitas, utpote ortus, & interitus,
secundum elementorum particulas, etenim, ignis, non nullę partes, intereunt, & io aerem uer-
tuntur, rursus aliæ oriuntur: mundus itaque, quatenus in eo nouitas est spectantur, a Deo rerum
opifice, tanquam ab ageote uero dependet. Etenim retro docuimus, quòd si non esset poteotia,
non esset agens, consimiliter si non esset agens, neque itidem potentia, quare ut res se habent,
ad potentiam, ita ad agens se habent. cum itaque mundus, quatenus nouitatem claudit, poten-
tiam retineat, igitur agente indiget, uerum noo solum ad motionem potentiam habet, sed etiam
ad substantiam, ergo utroque modo agente indiget. Quæ enim potentiam simpliciter retia 17
nent, esse & noo esse ualent, quemadmodum 9. methaph. Arist. monuit, & nos principio hu-
ius disputationis. quare cum ratione partium elementorum, quæ ortum, & interitum patiun-
tur, mundus potentia participet, atque esse, & noo esse possit, ergo Agens exquirit, cuius be-
neficio huiusmodi partes, de potentia ad actum trāsferantur. Huiusmodi uero agens, Deus est,
C at noo est Agens particulare, & proximum, sed uniuersale, quemadmodum priori disputatio-
ne docuimus. Deus enim simul cum causa secunda, ad res omnes, quæ fiunt, concurrit, quod
Auer. tertia disputatione docuit, ibi enim Algazelem arguit, qui opinatus fuit, Deum mundi ad. 2.
ueram causam effectricem non existere, inquit, ipsum fuisse deceptum, nam educit totum de
priuatione ad esse, per totum, mundum iotelligens, uerum non secundum totum simul, de pri
uatione ad esse, mundus educitur, si quidem sic sempiternus est & io Sempiternis ad esse, nulla
est potentia, sed quia eius partes, continuo innouantur, hoc idem affirmat, in solutione quarti
& septimi; quibus in locis, inquit, ob oouitatem, quæ in hoc nostro mundo reperitur, ipsum
agente indigeret, quod Deus est, quæ ipsum de potentia ad actum deducit. Et quamuis sub-
lunaris globus nouitatem in se retineat, sempiternus tamen est, quo pacto uera effectrice causa
uacat, neque tamen negandum est, aliquo pacto ipsius, Deum agentem causam esse, Eteniot
eius agens dicitur secundum similitudioem, quoniam ipsum in ea dispositione conseruat, quem
admodum docuit Auer. quarto cæli. Sempiterna de quatuot causis non habent nisi formalem,
& finalem, & si agens non nisi secundum, similitudinem, quatenus est illa conseruans, & forma
eorum, conseruatur uero à Deo, quatenus orbicularem lationem producit, ob quam ortus, &
D interitus fiunt, uti secundo de ortu & ioteritu patet. quod Simplicius & Aueroes confirmant: ue 56
rum quoniam hæc, ex superiori disputatione aperta sunt, idcirco hæc pauca sufficiant. Sub
lunaris etiam globus, à primo omnium opifice Deo, ut à forma quoque dependet, nempe ip-
sius partes, quoniam existunt, hanc ipsam existentiam, non nisi à forma habent, etenim omne
esse completum a forma deriuatur, Deus itaque cum prima omnium forma sit, & quod primum
in aliqua serie est, causa est, quare alia, talia existant, ergo esse à Deo, mundo communicatur,
quatenus prima forma est. Prima uero forma, uniuersalis forma existit, quæ ea esse dicitur, quę
simul cum particularibus formas, ad rerum omnium esse concurrit, quare quoniam mundo, &
singulis partibus existentiam Deus largitur, ipsius forma efficitur. impertitur uero esse, hunc
in modum, nam cuiusque rei propria forma, Dei effectus est, quoniam ad rei ortum fit, At in
effectu, causæ imago relucet, ergo particularis forma, primæ formæ fit instrumentum, itaque
caducarum formæ, ut primæ formæ iostrumenta sunt, esse simpliciter largiantur, ut uero defi-
nitæ formæ sunt, sub certa, definitaque specie, rem constituunt, Distinctio namque in effecti-
bus, à causis secundis deriuatur, quod per Aueroem confirmari potest, qui nono methapy. in- 2

 quit,

quit, in actione cuiusque formæ, rationem primæ formæ apprehendere. constat itaque quo pacto ut a forma, & ab agente sublunaria a deo pendeant. explicandum nunc est, quo modo ab eodem, ut à fine dependent. Vniuersa enim natura constantia, primo, ac uni omnium principio, quatenus possunt, persimillima fieri excupiunt, nempe diuina meus, ut amata & desiderata mouet, quare cætera, ut amantia, & eam appetentia mouent, quæque igitur res Deo persimilis fieri cupit, & idcirco eius gratia operatur. At, quæ ortui subiecta sunt, per generationem Deo simillima fiunt, per eam enim perpetua efficiuntur, nam cum secundum indiuiduum permanere non ualeant, secundum species æternitatem consequuta sunt, quam per generationem sunt sortita, quia per eam consimillima in specie gignunt, quare Dei gratia operantur, & ei simillima fiunt quatenus in specie consimile, efficere cupiunt, ita enim sempiterno, & diuino esse E

35.36. participant, uti aperte secundo de anima Arist. definiuit. Mundus itaque inferior, a Deo, ut à fine dependet, quatenus eius gratia operatur, agit uero eius gratia, quatenus sempiternitatem per generationem consequitur, est enim Deus sempiternus, ergo æternitatem affectando, Deo persimilis, fit eiusque gratia agit. ex his itaq; satis aperte patet, quo pacto inferioris globi, forma, finis, & agens Deus existat.

Quo pacto cælestia, quo ad eorum substantiam, à Deo dependeant. Cap. 16. F

AT nunc de cælestibus inquirendum erit, quo pacto, eorum, Diuina mens causa existat. Verum quoniam diuina animalia, quandam habent, cum inferioribus proportionem, & quodammodo media, & æternorum, atque corruptibilium ligamentum sint, fit, ut utriusque naturæ participia sint, quare quodammodo perpetua, quodammodo ortum, & interitum patiuntur. Secundum enim substantiam, simpliciter sempiterna sunt, sed secundum eorum lationem ortum, & interitum patiuntur, ueluti Arist. 9. methaph. monuit quando sempi-

17 terna nullam ad substantiam potentiam habere, sed solum ad quale, & ubi definiuit. Idcirco fit, ut cælestia uerum agens uno modo habeant, altero uero modo, eo prorsus careant. Sunt enim secundum substantiam cælestia sempiterna, atque ita causa effectrice carent, siquidem retro docuimus, ubi potentia, ibi agens, quare uti cælestia ad potentiam se habent, ita ad effectricem causam, nam causa hæc est, quæ subiectum de potentia ad actum transfert, multitudinem non largiendo, sed perfectionem, nam illud idem, quod erat in potentia, in actu fit. cælestia itaq; quoniam nullam in substantia potentiam claudunt, nempe si ad esse potentiam haberent, etiam ad non esse, quare non sempiterna, sed corruptibilia forent, ergo agente non indigent, quod ea de potentia ad actum transferat. & quamuis huiusmodi agente uacent, quoquomodo tamen effectricem causam habent. Docuimus enim; Agens, subiectum de potentia, ut actum suscipiat, transferre, huiusmodi uero actus, quando completus est, quem res suscipit, ipsius esse est, quod licet proxime a forma fluat, agentis effectus etiam dicitur, nam dans formam, dat etiam ea, quæ necessario formam concomitantur, mediante forma, quare forma cum esse rei præbeat etiam agens hoc ipsum, largitur & idcirco factum est, ut id omne, propter quod res esse habent earum agens nuncupetur, quod Aueroes in paraph. Methaph. libro quarto docet, Ibi enim manifestat, quo modo cælestia, agentem causam habeant, asseritq; huiusmodi causam habere, quatenus eorum formæ, eis existentiam largiuntur, & ob quas sunt, id quod sunt, & hæc sunt eius uerba. ex quo etiam ostenditur, quod non sunt tantum motores corporum cælestium, immo dant eis formas suas, quibus sunt, id quod sunt, & paucis interpositis, & ideo sunt eorum agentia quoquomodo, cum ipsum agens præstet essentiam rei. & eodem libro docens, quomodo ab uno proueniat unum, ait; Habet autem dubium, nam cum dicimus ex uno non ordinatur nisi unum, est uerum de agente, in quantum est agens tantum, non inquantum est forma, & finis, H quoniam forma, & finis, dicuntur agentia quodammodo similitudinis. Ex quibus quo pacto cælestia efficientem causam habeant, planum fit, nempe corpora hæc, a propriis formis, esse, & permanentiam æternam habent, & sunt id quod sunt, igitur cum esse a forma consequantur, ideo eorum forma, agens quoquomodo dicitur, est enim forma agens secundum similitudinem,

4 nam agens dicitur, quatenus esse largitur, & hoc est id, quod Arist. secundo methaph. docuit, ibi enim de principijs omnibus cælestium corporum, & non tantum de Deo loquitur, nam plurali numero utitur, quæ causæ agentes dicuntur, non quoniam, ea de potentia ad actum transferunt, uel quouiam, per simplicem emanationem ipsa producant, sed quatenus cum sint primæ formæ, causæ sunt, quibus animalia diuina, sunt id, quod sunt. Verum secundum Auer. huiusmodi principium intelligentia est, & idcirco secundo de substantia orbis asserit, intelligentiam, cælo non tantum motionem, sed etiam permanentiam æternam largiri. nos uero principium hoc, sentientem animam retro esse Docuimus, uerum impresentiarum nihil refert, nempe huiusmodi forma, agens nuncupatur, quatenus esse cælestibus largitur, quod etiam quarto cæli

Aueroes

A Aueroes docuit, quando asseruit, sempiterna causam efficientem non habere, nisi secundum similitudinem, quatenus est illis forma. Huius agentis, etiam secundo de substantia orbis meminit, quando asserit, Agens alterum esse prius natura actu, Alterum uero, tempore, & primum in æternis, secundum, in rebus caducis reperiri affirmauit, cælestis etenim forma, quæ agens secundum similitudinem dicitur corpore cælesti, natura prior existit, quia, causa quatenus, causa, eo cuius est causa, natura prior est. Et primo cæli, hoc idem affirmare uoluit, 105.
quando inquit, cæli partes, natura priores esse. hoc etiam, alteri eius sententiæ consentit, quæ in secundo de substantia orbis habetur, quæ hæc est, intelligentiam non solum diuini animalis 10
motorem, sed etiam eiusdem causam agentem esse, est enim de hoc agente intelligenda, etenim cælestis mens secundum Aueroem, essentiam cælo largiens, ipsius quoquomodo agens dicitur, quæ quoniam cælum in esse constituit, iure, primo cæli inquit, Platonem transmutatio- 2
nem uulgarem à cælo remouisse, & hanc intelligentię constitutionē si Plato intellexit, Aristoteli consentiens est. Constat itaq; quo pacto cælestia, si secundum eorum substantiam spectentur agentem causam habeant: quo etiam pacto hac careant. Sed multa sunt, quæ nostram sententiam deturbare uidentur, & primum ex his, quæ a nobis declarata sunt, minime habetur, Deum
B cælestium aliquo pacto agentem causam esse, sed tantum, quòd cuiusque orbis forma, sit ipsius aliquo modo agens. Secundum dubium. Agentis ratio, a ratione formæ separatur, ergo Agens cum forma, coincidere, nequit. Sed hæc euerti possunt. Deus enim cælestium, hunc in modum etiam Agens existit, nam cum prima forma sit, ipsa sola est, quæ singulis rebus existentiam largitur, quare omnium quoquomodo Agens dici ualet, sentiens anima, quæ quidem animali diuino tributa est, ut primæ formæ instrumentum, cuius est quodammodo effectus, esse simpliciter cælo largitur; ut uero sentiens anima est, definitum esse præbet, nempe facit cælum esse cælum, & animal, Deus itaque quoniam cælestibus, existentiam largitur, cum eorum uniuersalis forma sit, quoquomodo Agens dicitur. Euertitur secundum, ratio etenim ueri Agentis à ratione formæ seiungitur, utriusque enim rationes, oppositę quoquomodo sunt, quemadmo 55
dum primo de ortu Aristoteles probat: Agente enim aliquid faciente, patiens aliquid patitur, At habitibus prę sentibus, quicquam non generatur, sed iam est, species uero, & finis habitus quidam est. & in secundo eiusdem operis, Platonem arguit, qui existimauit, ortus causam sufficientē, specierū participaionē esse, nā si per participationē specierū, res generabiles Agens sem- 52
per haberent, igitur indiuidua non gignuntur, interdum quidem sic: interdum uero non, quam
C rationem Aueroes repetens, inquit, cum forma inuenitur, quiescit trasmutatio. In sempiternis itaque in idem forma, cum uero Agente non concurrit, quoniam perpetua, potentia uacant, At Agens, quod secundum similitudinem est, cum forma coincidere potest. hæc enim, quatenus rei esse præbet, aliquo pacto Agens nuncupatur ueluti, Aueroes tertia disputatione Sol.18
affirmare uisus est; quando inquit, in separatis, quod dat finem, hoc est, quod ordinat cæleste corpus, ut finem consquatur, est id, quod dat formam, hoc est, quod dat esse, & quod esse largitur, Agens existit. Aperte igitur fatetur, formam abiunctam, quatenus orbiculari corpori esse præbet, Agens nuncupari.

Quo pacto cælestia à Deo, ut a fine dependeant. Cap. 17

HVcusque, quo pacto cælestia, à Deo, ut à forma, & agente dependeant, docuimus, at nunc exponere oportet, quo modo ab eodem, tanquam a fine dependeant. & rem declarantes primum accipere oportet, finem, Agentem significatione necessaria indicare, ueluti Aueroes secundo de substantia orbis monuit, Idcirco efficitur, ut quot modis, agens di
D catur, totidem & finis. Atqui Agentis, duo modi sunt, Alter per motum, rem de potentia ad actum traducit, qui quidem modus, ueri Agentis est. Alter uero improprius modus est, ut qui cum forma coincidit, ita duo finis modi respondent, alter finis dicitur, qui per motionem acquiritur, Alter uero qui motioni præsuppositus est, & is est, cuius gratia res, quæ iam actu sunt, agunt. de his autem duobus finium modis, Ari- 37
stoteles duodecimo huius meminit, quando hæc haber uerba, Quod autem est, cu- 44 46
ius gratia in immobilibus, diuisio ostendit, quorum hoc quidem est: hoc uero non est. hoc idem ibi Aueroes Alexandri authoritate, confirmat, & inquit, quòd hoc dicit, ne quis existimet, quòd intendit perfectionem, quæ est accidens in perfecto: perfectionum enim propter quas mouetur perfectum, quædam qualitates sunt, quibus perficitur illud, quod mouetur propter sanitatem, & quædam sunt substantiæ extrinsecę, à re, quæ mouetur, ad eas, ut assimilentur eis, ut inueniuntur omnes actiones duorum, quoniam sunt erga genera intentionum Domini sui, igitur dicuntur propter Dominum simili- et & omnia, cum hoc primo principio, huiusmodi uero finis, Secundo modo Agentis respondet, ut qui cum forma coincidit.

Primus

Primus autem modus, primo Agenti, cuius causa est, quoniam huiusmodi finis, non nisi for- E
ma est, quæ de potentia ad actum ab Agente deducitur, hæc enim, ut generationem terminat,
finis uocitatur. At res, cum actu est, agit, sed quia agendi principium forma est, & quod ope-
ratur gratia alicuius, utpote finis, operatur, ergo gratia præexistentis finis. Accipere rursus
oportet, res a fine præexistente, esse simplex, & absolutum non suscipere, sed esse nobile, & op-
timum, idcirco quoniam finis ratio est, ut sit id gratia cuius cætera agant. Agunt uero uni-
uersa gratia boni; quare finis, & bonum conuertuntur. Bonum uero in actu fundatur, quare
maxime bonum id erit, quod simplicissimus, & purissimus actus est, quod quidem Deus opti-
mus, maximus est, quare & omnium postremus finis: ob finem itaque res absolutum esse non
habent, sed optimum, & res tunc in optima manent dispositione, cum agunt, iuxta illud Ari-
p.5.7 stotelis primo moralium, cuiusque rei perfectio, in actione consistit, & secundo cæli. eorum
enim unumquodque quorum est opus, est gratia operis. Cum itaque ob finem res operentur,
ab eodem igitur, esse optimum sortiuntur, & ob hanc causam, quia finis, agentem causam mo-
uet, ut in optima sit dispositione, finis quoquomodo Agens nuncupatur, ut etiam libro quarto
55 paraph. methaph. Aueroes docuit. attribuitur enim fini, mouere, & efficere, non proprie, sed
secundum methaphoram, ut primo de ortu Aristoteles docuit: est enim factiuum, ut unde prin- F
cipium motus. Cuius autem gratia, non actiuum, nam sanitas non factiuum est, nisi secun-
dum methaphoram. Ex his apertum fieri potest, quo pacto cælestium, Deus finis sit. Vni-
uersa enim entia, Dei gratia agunt, cui, ut possunt, simillima fieri cupiunt, diuinum itaque cor-
pus operatur, nam circumfertur, quare gratia Dei, nempe perpetuo sublunaria mouet, & id-
circo in gyrum fertur, ita enim diuina bonitas communicatur. Rursus cæleste corpus, Dei gra
tia est, quoniam idcirco constitutum est, ut eo diuina mens utatur, ut suam rebus communicet,
bonitatem, quare ipsius finis erit, ita enim Aristoteles secundo de anima, ostendit Animam ui-
37 uentis finem esse, nempe corpus organicum, gratia animæ formatum est, ut eo uidelicet uta
tur, pro actionibus explendis, & idcirco uiuentis finem, esse animam concludit. Neque ta-
men obstat, quòd ab Aristotele secundo cæli affirmatur. Cælestia sublunarium gratia operari,
17.& 21 quoniam hæc, ex secunda intentione intendunt, primo tamen Dei gratia sunt. Constat itaque
cælestium Deum finem etiam existere.

Num cælestia, respectu motionis propriæ, causam effectricem retineant. Cap. 18. G

CAelestium, Deum, formam, finem, & quoquomodo agentem fore, hucusque demostra-
uimus, nunc uero, de cælesti motione disputandum succedit, num ipsius sit causa effe-
ctrix. Qua in re philosophi, partim consentiunt, partim uero dissentiunt, conueniunt,
itaque, nam omnes uno ore affirmant, orbicularis lationis, causam effectricem esse, siquidem
retro docuimus, quòd ubi potentia, ibi uerum Agens est, & uice uersa, quare cum cælestia
contradictionis potentia sint, respectu ubi, ut nono scribitur methaph. ergo Agente indigent,
17 quòd ipsa de potentia ad actum transferant. Verum quoniam in cælo, uariæ, diuersæque la-
tiones existunt, de Diaria lis est, quæ sit eius causa Agens. Nonnulli uero, mentem quandam
adeo longe secretam, quam diariæ lationis, agentem causam esse testantur, fingunt. Quoniam
primam mentem, ut finem dumtaxat mouere, putant. Etenim in stellifero orbe, duas intel-
ligentias esse putant, quarum altera finitæ motionis est, & hæc, motus effectrix causa existit,
quæ, uti & cæteræ inferiores mentes, uirtute finita est, Altera uero, diuina mens est, quæ ut
finis mouet. hæc enim cum uigore infinita sit, & naturaliter moueat ut Arist. placet motionis
causa effectrix esse nequit, alioquin in non tempore latio fieret, quippe cælum finitum est, & fi- H
niti ad infinitum nulla est proportio, ipsum igitur in non tempore moueret, nempe quatenus
potest mouet. Deus enim ad extra relatus, Agens naturale est, quare solum ut finis, diariæ
lationis causa existit. Hanc eorum opinionem ex multis confirmant, Primum per Aue-
roem duodecimo methaph. qui Grammatici quæstionem diluens, inquit, cælum componi
41 ex duplici motore, quorum alter, finitæ motionis est, alter uero infinitæ. Deinde om-
62 ne quod motionem efficit, propter nobilius se operatur, quemadmodum secundo cæli Ari-
stoteles, asserere uidetur, ubi habet, quòd actio semper est in duobus, & cuius gratia sic &
huius gratia, quare cum Deus propter nobilius se, agere non possit, motionem igitur
62 efficere nequit. Adhuc quod est optimi habens, actione non indiget, uti secundo cæli pa-
tet; Deus uerò optime se habet, ergo actione non indiget. & Aueroes in libro de sub-
stantia orbis, inquit, causa continuationis motus, non est illa uirtus, qua mouetur. qua-
re ibi, finis non est efficiens. Demum primum principium mouet, ut amatum, & non
36 ut amans, ueluti duodecimo metaphysicorum constat, ergo non est Agens. Sed ho-
rum

A rum sententia a ratione, & ab Aristotele dissentit. Aduersus quam ita primo arguimus.
Deus est summa bonitas, & perfectio, ergo motionis causa effectrix est, etenim boni ratio est, ut
diffundatur, & communicetur, & quo magis bonum, magis communicabile, atqui rebus, quæ
apud nos sunt, communirari diuina bonitas nequit, nisi per motum. sed bonitatis causa effe-
ctrix est, quæ motione, rebus impertitur, ergo motionis, causa effectrix erit. Deinde Arist. de- 49
monstratio duodecimo primæ philosophiæ tradita, quam primum omnium mouens Deum,
unum numero esse ostendit rueret, & periret. Ita enim ratiocinatur, Si plura essent prima mo-
uentia ueluti homines, qui numero plures sunt, specie uero non, ergo essent plures primi cæli,
nulla enim ratio foret, nempe consequentis oppositum, cum antecedente stare potest; nam si ut
finis tantum Deus moueret, fieri potest, ut unico fine existente, multa siut, quæ ad hunr ipsum
finem ordinata sunt. Hoc enim, altera Aristotelis demonstratio primo cæli habita, confirmat, 92
ubi ostendit, mundum unum numero esse, si plures mundi formæ, numero dissentientes, & spe
cie conuenientes, ergo essent plures primi cæli, ergo plures Dei. Si itaque, ut finis solum mo
ueret, ratio uana foret. fieri enim potest, unico existente fine, ut mundi, & cæli plures esse pos-
sint, ueluti unico existente cibo, plura esse ualent, quæ illum expetunt. Hæc quæ nunc expli-
B cata sunt, Arist. uerba, duodecimo primæ philosophiæ confirmant, quæ hæc sunt. Principium «
quidem ens, & primum entium immobile, & secundum se, & secundum accidens, mouens au- «
tem primum & æternum unum motum. Quoniam autem quod mouetur, necesse est ab aliquo «
moueri, & primum mouens immobile esse secundum se & æternum motum, ab æterno moueri «
necesse est, & unum ab uno. Videmus autem præter omnem simplicem lationem, quam dici- «
mus mouere primam substantiam, & immobilem, alias lationes existentes, eas, quæ planetarum «
æternas, æternum enim etiam, non stans circulare corpus necesse est, & harũ unamquanque la- «
tionem, ab immobile moueri, secundum se, & ab æterna substautia. His enim uerbis primum
mouens, diariæ lationis causam effectricem, apertissime esse affirmat. quinimmo ex eo, quòd
primum mouens suæ motionis Agens est, aufert cæteras mentes, suam in motionum effectrires
causas existere. Ad idem, in diuinis, ut secuudo cæli Simplicius affirmat, quod in uno re-
peritur, in omnibus inuenitur, sed unaquæque intelligentia, quæ inferior est, proprie motio-
nis causa effectrix est, ergo & primæ suæ lationis causa Agens erit. Quæ ratio ita confirmari
potest, quæ in natura analoga consentiunt, quod eorum uni competit, omnibus conuenit, ut
secundo cæli Aueroes affirmauit. Atqui cælestes mentes, primum inrludendo; in natura ana- 49
C loga consentiunt, ergo quod earum uni competit & omnibus conuenit, quare cum intelligentiæ
inferiores, propriæ motionis effectrices causæ sint, ergo & prima, suæ lationis erit causa agens:
consimiliter si hæc, solum ut fiuis motionis causa esset, ita & cæteræ, motus causa existerent.
Hæc enim argumentatio Aristotelem sapit, qui secundo cæli probans stellas sphęricæ figuræ es-
se, ita ratiocinatur. Luna est sphęricæ figuræ, ergo & omnes Stellæ. hanc rationem, inquit
Simplicius, idcirco necessitatem habere, quoniam in diuinis, quod in uno reperitur, in omni-
bus etiam inuenitur. Aueroes uero inquit, ualidam esse, qnia quæcunque in natura analoga con
entiunt quod eorum uni conuenit, omnibus etiam competit. Quomodocunq; itaque Arist.
ratio ualida est, patet iam, quod consimilis est. Adhuc, quando est aliqua dispositio pluribus
conueniens, necessum est, ut omnibus illis, aut per naturam communem conueniat, aut uni pri
mo competit, quod cæteris causa erit, ut eam habeaot disputarionem, Atqui omnibus in-
telligentijs secundis competit, ut motionem efficiant, & non per unam naturam communem,
quoniam in aliquo uniuoco conuenire nequeunt, ergo uni primo conueniet, quæ causa erit, ut
cæteræ moueant, At hæc nulla secundarum est, uti constat, ergo hæc Deus erit, qui motioné
efficiens, causa est, ut cæteræ quoque moueant, quoniam ita ei persimiles fiunt. Idem rursus,
D per Aristotelem confirmari potest, qui sexto de physico auditu, cum primum accepisset, nonnul
la mouentia esse, quæ à semetipsis mouentur, alia uero, quæ aliò mouent, ostendit deinreps,
ad alterum duorum deueniendum esse, aut ad mouens omnino immobile, aut ad mouens seip-
sum, quod docet in se duo principia continere, quorum alterum per se motum est, alterum per
se mouens, hoc demostrat esse prorsus immobile, & per se, & secundum accidens, quod pri-
mum omnium mouens esse testatur. quare aperte primum opificem motionis effectricem cau-
sam, esse affirmat. Ibi etiam, cum docuit primum omnium mouens, esse omnis motionis ex-
pers, ita ratiocinatur. Si dum motionem efficit, moueretur, aut hoc per se, necessario ei con
ueniret, aut per accidens primum dari nequit, quoniam tunc idem, secundum eandem motus
speciem, moueret, & moueretur, quare contradictio de eodem simul uera foret, ac idem secun
dum idem, in actu, & potentia esset, neque ex accidenti moueretur, nam motus, sempiternus non
foret, hoc etenim demonstrato, aperte supponit primum mouens, motionis agentem causam
existere. Demum in calce eiusdem operis, huiusmodi primum mouens à magnitudine abiunctũ
esse demonstrat, quoniam motu sempiterno mouet, si enim ut finis solum moueret, demon-
stratio

ſtratio nulla foret, nam à pari, eſt cauſa, ut finis, quod rerum ortus, & interitus, perpetuus ſit, E
ergo ex hoc demonſtrari ualebit, ipſum à materia ſeparatum eſſe, utriuſque enim eodem modo
37 cauſa eſt, quoniam ut finis. & in ſecundo phyſi. ait, mouens phyſice, duplex eſt, alterum phy-
ſicum, & naturale, quod dicitur, quòd in ſe motionis principium habet, alterum phyſice non
phyſicum, & hoc eſt mouens omnino immobile, quod Deus eſt. ergo quo pacto mouens phy-
ſicum, mouens nuncupatur, codē pacto mouens phyſice, non phyſicum, alioquin in æquiuo-
co diſtributio laboraret. At illud mouens dicitur, quoniam per principium, quod in ſe habet
motionem efficit, ergo ita primus rerum opifex motus cauſa dicitur. Et duodecimo primæ phi-
44 loſophiæ ſi eſſent aliquę ſubſtantiæ abſtractæ, non mouentes, eſſent otioſę, ſed prima ſubſtan-
48 tia otioſa non eſt, ergo hæc motum efficit, & nonnullis interpoſitis, inquit ſi eſt aliqua abiun-
cta ſubſtantia, quæ non moueret, in diſpoſitione diminuta exiſteret, ſed prima ſubſtantia in di-
ſpoſitione diminuta exiſtere nequit, ergo motionem efficit. quam ſententiam ibi Aueroes con
firmat, nulla inquit, eſt ſubſtantia, quæ non mouet, etſi eſſent ſubſtantiæ aliæ, ab iſtis eſſent,
mouentes corporalia, ab iſtis, & ideo intendit quod omnis ſubſtantia abſtracta mouet corpus,
ergo quo pacto, aliæ intelligentiæ, quoniam à materia abiunctæ ſunt, mouēt, ita & prima mēs:
36 at illæ mouent quoniam motum efficiunt, ergo ſic prima ſubſtantia mouet. Et in eodem ope- F
re, ſi forma balnei, eſt forma non in materia, mouet utroque modo, ut finis, & ut agens, at
Deus eſt forma non in materia, ergo mouet, ut finis, & agens. Adhuc cauſa, ob quam ſecun-
dæ mentes, motiones ſunt effectrices, eſt, ut ſuam communicent bonitatem, ita enim Dei gra-
tia operantur, & ei perſimiles fiunt, ſed cauſa hæc in Deo inuenitur, nempe ipſe, propriæ bo-
nitatis maximi communicatius eſt, ergo non ſolum ut finis, ſed ut agens, mouet. Iam uero, nu-
merus intelligentiarum, numerum corporum, quæ circunferuntur, non excedit, neque motio-
43.38. num numerum, uti duodecimo methaph. Aueroes monet. Si itaque Deus, ſolum ut finis mo
ueret, ergo mentium numerus, & motionum, & corporum, quæ circunferuntur, numerum
excederet. Deinceps, ut horum ſententiam, per Aueroem arguamus, docuimus retro, Auer.
putaſſe, intelligentiam cælum in eſſe conſtituere, quare ſi in orbe ſtellifero, duę intelligentiæ
eſſent, ergo duæ formæ, ipſum in eſſe conſtituentes. Ad idem prima omnium cauſa, unde mo
tus principium eſt, atqui Deus, qui ultimus finis eſt, eſt prima omnium cauſa, ergo principium
unde motus, quare motionis effectrix cauſa. Ariſt. etenim primo methcororum, primam om-
nium cauſam definiens, ipſam per principium unde motus definit. Aueroes etiam primo de
37 ſubſtantia orbis, ait, abiunctas formas, ut agētes & fines mouere. & duodecimo primæ philoſo G
phiæ inquit, quod ſubſtantia ſeparata, quæ eſt primum principium, agit motum, & finis, mo-
7 tus eſt, & decimo eiuſdem operis, ait, & intendit, quod cum huic fuerit coniunctum quod de-
claratum eſt in phyſicis, Scilicet eſſe primum motorem æternum, & abſtractum ab omni
materia & declarauit poſt, quòd hoc non ſolum eſt principium, tanquam motor, ſed tanquam
forma, & finis, & declarabitur, quod illud eſt unum, de quo declaratum fuit hic quòd eſt prin
cipium ſubſtantiæ, ſicut eſt declaratum quòd eſt actus ultimus cui non admiſcetur potentia om
30 nino, quare ſequitur, quòd mouet ut agens. & duodecimo eiuſdem operis, motor æternus, eſt
actio pura, ſine aliqua potentia, omnino, ſi enim eſſet cum potentia aliqua, non ſemper motus
ab eo proueniret, Satis itaque ex his apertum factum eſt Deum, optimum maximum; motio-
nis non ſolum finem, ſed etiam agentem cauſam eſſe. Verum ut res aperta fiat, & omnis tolla
tur quæſtio, ſcire oportet, (quemadmodum latius in his diſputationibus, quas de mundo con
ſcripſimus, docuimus) cælum quoddam animal magnum fore, quod ex uarijs, diuerſiſque par-
tibus conflatum eſt, quarum præcipuæ ſtellæ ſunt, quæ ipſius organa exiſtunt, etenim per eas
ſublunare globum regit, gubernatque. Hoc itaque animal, ueluti & caducum, atque mortici-
nium animal, motionem cōmunē habet, quæ toti, & ſingulis eius partibus communicata eſt, H
quamuis non eadem ratione, quippe quibuſdam uelocius, quibuſdam tardius, & cum defectu,
nempe partes, quæ primo mouenti magis proximę ſunt, uelociorem motionem retinent, om-
nes tamen diaria latione circumferuntur, & oppoſitum motum, ut qui ab occaſu ad ortum eſt,
(ut aſtronomorum turba fingit) non habent. Saturnus enim, quoniam mouenti, magis pro-
ximior cæteris eſt, idcirco uelocius circumfertur, nempe triginta annis, non niſi per unicum
circulum ab orbe ſtellifero deficit, & ita ordine deinceps. Etenim quanto orbis inferior eſt,
tanto tardius mouetur, & in motione deficit. Sed hæc in diſputationibus de mundo, aperta fa
cta ſunt. Totus itaque cæleſtis globus, à Deo opifice circunfertur, ipſe enim eſt, qui toti, &
ſingulis ſphęris cum defectu tamen, eandem motionem communicat, à ſentiēte uero anima, ut
primę formæ inſtrumentum eſt, eſſe ſimpliciter cæleſtis globus ſortitur, a qua iuxta propriam
naturam animal ſempiternum efficitur. Huic itaque animali, per ſentientem animam in eſſe con
ſtituto, Deus motionem largitur, cuius merito, bonitas diuina rebus communicatur, quare ue
luti diffuſę bonitatis effectrix cauſa Deus exiſtit, quæ non niſi per motum diffundi poteſt, ita &
lationis

A lationis effectix causa erit. cæterum, quoniam stellarum unaquæque à suo orbe motionem distinctam, a propria intelligentia eis afsistente habet, afsistit enim singulis stellis propria intelligentia, huiusmodi itaque mentes, Deum imitantes, cui persimiles fieri cupiunt, per huiusmodi motionnes, propriam etiam bonitatem communicant, sunt enim ipsæ, per se bonæ, Idcirco motionem efficiendo, bonitatem rebus impertiuntur, sed supposita hæc nunc sint, tanquam in disputationionibus de mundo demostrata. Ex his recte ab Aueroe dictum fuisse constat, quando assentit, si intelligentia non moueret, otiosa foret, quinimmo hoc non solù sequitur, sed quòd in intelligentia non esset abiuncta forma. Etenim separatæ mentes per se bonæ sunt, quare ut propriam bonitatem communicēt oportet, quæ cum non nisi per motionem, secundum peripateticos, rebus impartiri posint, igitur necessario mouent, quare si non mouerent, bonitatem rebus non communicarent, & ita per se bonæ non essent, quare neque separatæ mentes forent. In sempiternis enim, quoniam esse à posse non differt, uti tertio physic. patet, idcirco si cælestes mentes communicare rebus perfectionem possunt, utiq; hanc ipsam necessario diffundunt. Quare ut redeat sermo, unde recessit, Deus rerum opifex, quoniam summa bonitas est, cuius ratio est ut communicetur, idcirco cælestibus motionem largitur, quare qui Deum motionis 92

B effectricem causam esse negat, omnem bonitatē, perfectionemq; ab eo tollunt. Quibus sic explicatis, difficile non est, nodos omnes diluere oppositos. & quo ad primum pertinet, qui Auerois doctrinam magnifaciunt illud uario modo dissoluunt. Eo etenim loco, Ioannis Grammatici quæstionem soluere Auer. conatur & accipit Cælum à duplici motore moueri, quorum alter finitæ motionis alter uero infinitæ, existit: non enim duos motores re disiunctos, intelligit, Nempe unus numero motor est, qui à semetipso, modo, & ratione separatur. Nam cum in separatis mentibus, idem fit agens, & finis secundum numerum, ratione tamen, finis ab agente distinguitur. Itaq; diuini corporis motio cum ab intelligentia, ut ab agente producatur, ipsa uigore infinita non est, habet siquidem definitam proportionem ad suum mobile, quod uelocius, uel tardius circunferre nequit, Et ideirco sub hac ratione finitę motionis mouens dicitur. Hoc idem etiam mouens, motionis infinitæ existit, quatenus finis est, A quo, ut sic sempiterna motus continuatio proficiscitur. Et ut res magis aperta fiat, scire oportet, cælestia de uirtutibus animæ, secundum Aueroem, habere solum appetitum, & intellectum, Nam ut duodecimo diuinæ philosophiæ dicitur, quod cælum mouet, sicut appetibile, & intelligibile, Hoc 36 enim mouet, non motum: tertio enim de anima expositum fuit, localis motionis principium

C appetitum, & intelligentiam existere, appetitus uero uoluntatis, intelligentia principium est. accipere rursus oportet, cælestia per uirtutem appetitiuā. moueri ad aliquid nobilius ipsis, Nam intellectiui appetitus principium, est, bonum intellectum, Bonum uero, quod uniuersaliter ab omnibus principijs, cælestibus appetitur, est primum, & simplicissimum bonum, quod Deus optimus maximus existit, ergò quem, motione diaria omnes orbes mouentur, & propterea Arist. duodecimo meth. inquit, intellectus ab intelligibili mouetur. Intelligibilis autem altera 27 coelementatio secūdum se & huius causa substantia prima, Etenim in formis abiunctis, ordo est, « & quæ in eo ordine formæ existunt, à prima dependent, & ideo abiecit, & huius causam, sub- « stantia prima quæ simpliciter, & secundum actum est substantia. cum itaq; inferiores mentes ita se habeant ad mouere, sicut ad intelligere, intellectio uero earum, erga primam est, ita erit, & de appetitu quo mouēt, & ita omnes mouentur, ad appetibile nobilius ipsis. primum autem mouet sui gratia, ipsius amati, & desiderati, sub qua quidem ratione, nobiliorem rationem sortitur, quàm cum motum efficit. His demum adijciendum, huiusmodi uirtutes cælestes appetitiuas, potentiæ finitæ existere, Hoc enim omni formæ commune est: alioquin, si huiusmodi, uirtutes certam sui appetitus rationem non retinerent otiosæ omnino forent, & propterea una-

D quæque mens certo modo appetit, propriumque orbem definito tempore mouet. Verontamen sempiternæ motus continuationis orbibus, uirtus appetitiua, quā mouentur, sub ratione, qua appetitiua non existit, Etenim sic finita est, sed sub ratione appetibilis, quod est bonum abstractū, intransmutabile, & summum, cuius merito abstractio, & intellectio in alijs intelligētijs reperitur, ipse uero sibi ipsi finis est, a nullo præfinitus, & ideo à seipso infinitus dicit, Hic uero in unaquaquæ intellligentia ut est apprehensus & intellectus, finis intellecti rationem sortitur, & idcirco ab Auer. duodecimo meth. dicitur, quòd unusquisque orbis à duplici cietur motore, quorum alter est finitæ motionis, & est uirtus appetitiua, quæ ut agens mouet, & ut sic definitam rationem habet: alter uero infinitæ motionis, & est ipsamet intelligentia, sub ratione appetibilis, intransmutabilis à se ipsa apprehensa, tale autem bonum, quia abstractum est, sempiternæ continuationis motus, causa existit, & quia Deus, ex eo quod primum intelligibile, & summum bonum, ab omnibus participatus est, ob id, ipsæ, prima causa est, æternæ continuationis motus. Hæc per ipsummet Aueroem quarto de substantia orbis confirmari possunt ubi hæc habentur. Et cum considerauit in istis uirtutibus, declaratum fuit ipsi, ipsam esse uirtutem appeti-

V tiuam

tinam, de uirtutibus animæ tantum, & cum considerauit, de ipsis uirtutibus appetitiuis cæle- E
stibus, inuenit eas moueri, ad appetibile nobilius ipsis, & cum considerauit in uirtutibus appe
titiuis cælestibus, inuenit eas esse finitarum, potentiarum, & cum considerauit in continuatio
ne motus earum, fuit declaratum, quòd causa continuationis motus earum non est, ista uirtus,
qua mouetur, sed illud quod largitur ei continuationem, est aliquid appetibile. Patet itaq; unam
met numero mentem esse, quæ diuersa habitudine, finitæ, & infinitæ motionis dicitur. Dilui-
tur etiam nodus secundus, Nempe Arist. de inferioribus mentibus sermonem haber, ipsi enim
propter nobilius agunt, & earum actio, est gratia alicuius, & huius causa, quod Auer. duo-
31 decimo meth. affirmat quando inquit, & intendit per hunc sermonem distinguere inter primum
principium, & alia principia abstracta: Alia enim uidentur esse electa, & desiderata propter alia
scilicet principia aliorum motuum cælestium, præter motum diuinum, quod autem hunc mo-
tum facit uidetur esse electum propter se. Et inquit, facit sed facere efficientis est, ergo opina-
tur primum principium, motionis agentem esse. Aut fortasse dicendum de omnibus uirtutibus
sermonem Aristotelis intelligendum esse, quæ quatenus finis sunt, se ipsis ut agentes nobiliores
existunt, ueluti ex nunc dictis constare potest. Soluitur etiam tertius, etenim per optimum,
separatarum mentium genus intelligit, & inquit, huiusmodi mentes actione propter quam no- F
biles fiant, non indigere, cum alia ob ipsas sint, Auerois uero testimonium soluitur, Virtus .n.
quæ motum efficit, & ipsius finis est ratione eadem non est in orbe stellifero, sed solum subie-
cto, in cæteris uero orbibus, re diuersa, nam idcirco mouet ut primo omnium principio per-
similis fiat, quemadmodum duodecimo meth. ipsemet Auer. testatur. Euertitur postremus,
Prima enim substantia, non solum, ut amata mouet sed ut amans, Nam se intelligens, se appe-
tit, & se expetendo, sui gratia mouet, ut Auer. ibi testatur. Constat itaque cælestis motionis
non solum finem, sed etiam agentem Deum existere. Sed quis abigere posset, si cælestis mo-
tio æterna est, fieri igitur nequit, ut ipsius sit causa effectrix. Sed hoc ex Aueroe euerti potest,
qui in motione cælesti, duo consideranda esse monet, æternitatem, & nouitatem, continuo
enim oritur & deletur motio, quamuis sempiterna sit: itaq; respectu nouitatis, ipsius est uera cau
sa effectrix, ita enim potentiam claudit. & retro docuimus, quòd uti ad potentiam, res se ha-
bet, ita ad uerum agens, ut uero perpetua motio est, causa agente uacat, & tantum conseruante
indiget, Nempe per ortum & interitum, singularium reuolutionum, quarum altera, alteri suc
cedit conseruatur in sua æternitate, motus. Neque absurdum nobis accidit, etenim nonum
quod æterni pars est, proxime à sempiterno & immobili proficisci potest, quemadmodum Auer. G
prima disputatione non semel docuit.

Num Deus, per modum naturæ, motionem efficiat, prima opinio. Cap. 19.

HVcusque, cælestes mentes, motionis finem, & agentem esse docuimus, nunc si per mo-
dum naturæ, & necessario, an potius libere, & contingenter motum producant inquiren
dum erit, hoc enim, si explicatum fuerit, omnis de cælesti motione dubitatio tolletur.
In cuius explicatione consueta philosophantium uia progrediemur, Namque primum uarias alio
rum opiniones referemus, Mox quid Arist. sentiat, adiiciemus. Sapientes itaque concordes
non sunt, siquidem eorum nonnulli, opinantur, Deum necessario non operari, sed contingen
ter, Nempe ita agit, quòd aliter agere potest. Huius opinionis uaria sunt fundamenta, quæ nos
referemus, Atque primum ita se habet, in Deo est mens, & uoluntas, quæ intellectum conse-
36 quitur, ueluti umbra corpus, ut duodecimo meth. dicitur, quando quidem uoluntas non nisi,
quòd cognitum est, expetit, atqui uoluntas in duo opposita potest, quemadmodum Auer. pri-
ma disput. destructionum ad secundum manifestum est, inquit, quod uoluntas est appetitus cu H
iusdam, & erga quandam actionem, & quando fit, cessat sine dubio, ille appetitus, productus,
desiderando ad actum, & iste appetitus, est actio æqualiter, de duobus oppositis dependens,
quare si in Deo mens & uoluntas est, cum cognitione igitur, & opposita operari potest, quare
ita mouet quod potest non mouere, necessarium ergo, neq; secundum naturam agens non dici
tur. Ad idem agētia cum bipartita sint, nā alterum est natura alterum mens, At natura quodpiam
non concipit, neque enim finem, ob quem agit, neque media, quibus finis consequi potest. igi
tur est opus, ut naturæ, ab altero agente, & finis, & media definiantur, alioquin hac, & illac
temere progrederetur. Quare prius est agens, quod per intellectum, & uoluntatem operatur;
atqui primum agens Deus est, erit igitur intelligens & uolens, non ergo secundum naturam, &
8 necessario operatur. Deinde agens secundum naturam, singularem effectum sibi definit, quem-
admodum Arist. 8. physi. asseruit. at primum omnium mouens, cum definitum esse non pos-
sideat, in se enim, totam existendi perfectionem claudit, ex necessitate igitur naturæ, non agit.
Adhuc effectus in causa, secundum causæ modum, præexistunt, effectus ergo in Deo continentur,
secundum

A secundum esse cognitiui sunt, Nempe esse Dei, est ipsa cognitiui, ut Arist. testatur. in separatis intellectio, intellectus, resque intellecta idem sunt, quare ita à Deo procedunt, non ergo secun
dum naturam Deus operatur cum ipsa, cognitione careat. Arguunt etiam alij, quemadmodum
inter Latinos, Scotus, in hoc nostro mundo, quidpiam contingenter fit, ergo prima causa con-
tingenter operatur, quare etiam uolens. prima consequutio ita ostenditur, unaquæque causa
operatur, quatenus à prima mouetur, igitur si prima necessario mouet, unaquæque necessario
mouebit, quare si aliqua causa secunda contingenter mouet, ergo & prima, cum secunda non
operatur nisi in uirtute primæ. Secunda consequtio ita ostenditur, nullum est primum prin-
cipium, quod contingenter agit, nisi uoluntas, aut quidpiam uoluntatem concomitans, quo-
niam reliqua, ex necessitate naturæ operantur, & non contingenter. Quare Deus, & contin
genter, & uolens operatur. atqui Scotus; ut eius ratio ualidior appareat, instat aduersus eam, &
primo quòd prima consequentia nulla uidetur quoniam aliquod, uelle, posset contingenter pro
duci, quare non est opus primam contingenter produre. adhuc nonnulli ex philosophis, quòd
quidpiã contingenter fit, confitentur, at consequens, omnino negant, primam causam con-
tingenter operari, Nam contingentia, quæ in inferioribus est, nõ ex Deo, sed ex motu cæli pro
B ducta est, qui, ea ratione, qua uniformis à Deo necessario producitur: sed quoniam in eius par-
tibus difformitas est, ob hanc difformitatem produci possunt, contingentia. Neque etiam con
sequutio secunda ualida uidetur, non enim sequitur, si contingenter causat, ergo uolens, quo-
niam quæ secundum naturam mouent, impediri possunt, quare contingenter oppositum pro-
ducere possunt. has soluit instantias, & principia, nam semper sequitur, si primum principium,
utputa Deus, si necessario mouet, quòd uoluntas humana, necessario mouet, siue proxime, siue
remote à prima causa moueatur: nam si proxime cum necessario mouetur igitur uoluntas nostra
necessario mouebit, si remote, quod proxima mouet, necessario mouet quodcunque: appetia
tus humanus igitur sequitur, quòd necessario moueatur. soluit secundam asseritque, non uocari
effectum contingenter productum, qui non necessarius, & sempiternus non est, sed cuius ap-
petitus fieri potest, quando intentus effectus sit, & ideo aliud est dicere, aliquid contingenter
fieri; & aliquid contingens, & ideo qui antecedens conceduot, consequens negare non pos-
sunt, quod uidelicet contingentium, motus sit causa quoniam in eius partibus habet nouitatem,
ideo res contingenter fiunt, Nam cum motus totus necessario, & sua causa producatur, ergo
& quæcunque eius pars necessario producitur, ita quod oppositus tunc nullo modo produci po-
C test, quare aut nihil contingẽter fit, quod dicere nefas est, aut prima omnium causa contingen-
ter operatur. ad idem, quod summe necessarium est, ex se, quocunque alio à se non existente,
non potest non esse. Atqui Deus summe necessum est, igitur quocunque secluso, non proin-
de sequitur ipsum non esse, ergo si necessariam dicit habitudinem ad primum causatum, hoc
igitur non existente, non esset, quod cum fieri nequeat, ad ilud igitur necessariã habitudinem
non dicit. Deinde causa necessario agens, secundum ultimum suæ potentiæ operatur, quoniam
sicut non est in potestate sua agere, & non agere, nec intense, nec remisse agere, igitur si prima
causa necessario mouet, quicquid igitur causat, necessario causat, potest uero ex se, quic-
quid fieri potest, producere, ergo nulla causa secunda, quicquã producit, quod uero, omne
quod fieri potest, producere posit, ita ostendit, Nam secundum philosophos prima causa est
perfecta, & necessario operatur, & quatenus potest, & prius ad effectum, quàm causa secunda
concurrit, In eo igitur priori causæ secundæ actioni præuenit, & cum ex necessitate naturæ agat,
omnis igitur effectus erit necessarius: quoniam si ita agit, proxime omnia producit, sed quoniam
ab æterno fuit perfectissima, ergo ab æterno omnia producit, potest enim omnem effectum sine
causa secunda producere, quoniam eminenter, actionem cuiusque causæ secundæ continet &
D primum ad effectum producendum concurrit, ergo si necessario agit in eo priori, omnem effe-
ctum producit, nulla causa secunda concurrente, alioquin si in eo priori non produceret, non
esset perfectissima causa. Postremo si prima causa necessario operatur, ergo quatenus potest ope
ratur, atque ipsa infiniti uigoris est, quare motum in non tempore produceret, quoniam poten-
tia infinita in tanto gradu, & tempore moueret, & maior uirtus in maiori tempore moueret,
infinita igitur in non tempore, quod cum fieri non posit, non ergo necessario Deus operatur.
Idem etiam alij, ut Henricus, ita demonstrant, agens naturale, cum operatur, in sua actione per-
ficitur, quoniam ob finem operatur, quod uero ita agit, à fine quoquomodo perficitur, atqui
Deus in agendo non perficitur, igitur agens naturale non est. Deinde omnis potentia quæ per
se, & primo rem aliquam obiectam respicit, non necessario respicit, quę non habent ordinem
essentialem, sed accidentaliter, ad illud primum, atqui diuina uoluntas bonitatem diuinam re
spicit, ad quam creaturæ ordinem contingentem habent, & non necessarium, quia neque sunt ne
cessaria ad consequendam hanc bonitatem, nec augent eam, ergo uoluntas diuina, quæ facta
sunt necessario non respicit. Præterea quocunque effectu dato siue proxime siue non, producto

Deus perfectiorem producere potest, ergo illum contingenter producit. antecedens patet, quo E
niam merito Dei, nulla est repugnantia, cum infinitæ uirtutis existat, ut perfectum producat,
ex quibus consequutio prospicua est quoniam aut infinita produxit, aut contingenter produxit,
Demum Deus, nullum effectum potest ab æterno producere, ergo omnem effectum, contingen
ter, producit, Nam cum sit æternus, & infinitus non habens imperfectum, si necessario produ-
cit, non expectabit tempus, & non esset maior ratio quare magis in hoc tempore, quàm in alio.
hoc idem Auer. confirmat, qui in tertia disputatione ad primum maxime inquit, quòd actione
naturali, non debet denominari, & dat causam, actio namque naturalis, necessario est in sua sub
stantia, non tamen in uolentibus substantia. Rursus opus assentiale non procedit à sua substan-
tia, Demonstratum est enim, quòd eius actio procedit à scientia idem in decima disputatione. pa
tet, ergo quod philosophi conueniunt, cum istis, in attribuendo Deo uoluntatem, & ideo,
quod ipse dixerat nomine philosophorum, ut quod procedit ab ipso Deo, procedit modo natu
ræ, est falsum. ex his itaque palam factum est, primum omnium mouens, non necessario sed con
tingenter mouere: hæc quæ affirmant isti, etsi uerissima sint, quandoquidem ex lege san-
ctissima firmata sunt. Nos uero non quæ fide tenenda sunt, sed quænam Arist. opinio sit,
disputandum duximus. Quare sic disceptationem declarantes, dicimus, horum sententiam F
Aristoteli, & ipsius principijs, non consentire.

Euertitur opinio. Cap. 20.

ADuersus quorum sententiam Arist. principia accipientes primũ ita ratiocinamur, Si Deus
contingenter ageret, ergo ita motionem producit, quod potest ipsam non producere,
ergo potuit nolle producere, ergo illud nolle in Deo esse potuit, ergo potuit esse Deus,
quicquid enim in Deo est, Deus est, sed quod Deus esse potuit, necessario Deus est, ergo Deus
habuit, & hodie etiam habet illud nolle, atqui hoc falsum est, quoniam motus est, igitur non
potuit illud non efficere quare necessario agit, & non contingenter. Amplius si hunc in mo
dum Deus agens esset, igitur posset non mouere, igitur no esset actus purus, tota enim Aristo
30 telis demonstratio est, duodecimo meth. ubi primum omnium mouens, actũ purum esse osten
dit, quoniam sempiterno motu mouetur, & si semper non moueret uel posset non mouere, actus
prorsus non esset, præterea omne agens, contingens, quod potest in opposita, ab eo, actio non G
fluit, nisi noua causa concurrat, quæ hoc agens definit, & determinat, ad alterum oppositorum,
producendum, quemadmodum ex Auer. patet, Deus ergo si agens contingens est, in opposita
igitur potest, ab eo igitur, actio noua non fluit, nisi causa noua concurrat, à qua definiatur ad mo
tum potius, quàm ad quietem, agendum. ad idem ut demonstratione Arist. arguamus, si primum
omnium mouens ita agit, igitur potuit quandoque primum mouere (quemadmodum isti di-
cunt) quare ante primum motum dabitur mutatio prior, nam si deinde mouet, igitur est orta
noua relatio, namque actu mouens factum est, & quod poterat mouere, actu mobile, atque
noua relatio nõ acquiritur, nisi motu aliquo pacto uel in eo, quod mouet, uel in eo quod mo-
uetur uel in utroque, igitur ante mutationem quæ dicitur prior, alia præfuit, hæc enim est Arist.
demõstratio, quæ euerteretur, si primum omnium mouens cõtingenter moueret: eius igitur
opinio est, quòd necessario operetur. Adhuc Deus ita motionem efficit, quòd potest ipsam nõ
efficere, Atqui possibile est quòd si in actu ponatur, nõ sequitur impossibile, ergo si potest nõ
mouere, si in actu ponatur non debet absurdum accidere, sed sequitur absurdum, quoniam cõ-
tradictio de eodem simul uera esset, nam nõ moueret, & cum motus sua natura sempiternus sit,
uti retro docuimus, ergo semper erit, quare motio semper erit, & nõ erit. Adhuc Deus, omnis
mutationis nõ esset expers, nam si contingenter motum producit ergo potest illud nõ produce H
re, igitur si ponatur in actu possibile, nõ sequitur absurdum, quare nõ mouet, igitur desinit esse
mouens, igitur mutationis capax est, Nam id mutari dicitur, quod aliter se habet modo quàm
prius, quare cum antea Deus erat mouens, nunc uero amplius mouens nõ est, igitur aliter se ha
bet, quàm prius, mutatur igitur Deus. Iam uero motus æternus est ut Arist. dicit, igitur sem-
per ens, quandoquidẽ sempiternũ in omni tempore dicitur ens, At cum Deus contingenter agat
potest igitur relinquere motum, igitur nõ semper ens, sed quandoque nõ ens, motus igitur sem
per ens, & nõ semper ens erit, & ideo contradictio de eodem simul uera, deinde demonstratio-
nes Arist. ruerent, quibus per motum sempiternum, de primo omnium mouente, demõstrat
complura prædicata, ut puta quòd sit sempiternum omnis mutationis expers, & ab omni mate
ria separatum, In his enim demonstrationibus, medium necessarium non acciperet, sed contin-
gens, quoniam motus sempiternus non est, cum cõtingenter à Deo producatur, neque dici
potest, quòd etsi sua natura corruptibilis sit ab alio fiet æternus, utputa à Deo, qui semper mo
uere expetit quoniam cõtingeret ut cõtradictio de eodem simul uera foret, uti retro docuimus.

A Ad idem, ut ab Arist. demóstrationem mutuemus qua duodecimo diuinorum, necessario pri-
mũ omniũ mouẽs mouere demõstrat, quæ ita se habet. mouẽs immobile, quod purus est actus, & 35
aliter se habere nequit, necessario mouet; Atqui primus motor ita se habet, est enim omnis mo
tionis expers, & purus actus, quare necessario mouet; & uerba eius hæc sunt. Cum autem ali-
quid sit mouens, ipsum immobile, existens actu ens, Hoc nullo modo contingit, aliter se habe-
re, latioque, prima mutationum est, huius autem, quæ circularis est. Hanc autem illud mo-
uet, ex necessitate. Itaque est ens, & prout necessitas bene est, ac sit principium necessarium;
Namque totiẽs dicitur hoc quidem quod præter impetum, illud uero sine quo non bene, Hoc
autem non contingit, aliter hoc simpliciter, A tali ergo principio, tum cælum, tum natura
dependet. Non minus, & aliud quod affirmant, Aristoteli pugnat, quando inquiunt, primum
omnium mouens, quatenus potest, non agere, primum enim Arist. demonstrationẽ destruunt,
octauo phys. quando demonstrat uirtutem infinitam, in magnitudine finita non existere, etenim 79
si in hac magnitudine uirtus infinita foret, motus in non tempore fieret, ratio enim, idcirco ua-
lida est, quoniam agens quod ex necessitate naturæ agit, quatenus potest operatur, Quoniam
quocumque tempore paruo dato, moueret, in eodem uirtus finita etiam mouere posset, ueluti
B patet per uirtutis incrementum. Rueret etiam alia Aristotelis demonstratio secundo cæli, ubi 30
habet si cælo adderetur astrum, aut non moueretur, aut tardius moueretur, Quæ quidem con-
sequutio, ualida non est, nisi, quoniam Deus, cælestis motionis causa effectrix, quatenus po-
test mouet, Nam si ita non ageret, Aristoteli dici posset, quod uera ratio esset, si Deus ex ne-
cessitate naturæ, & quatenus potest moueret. At ita non mouet, sed uolens, & contingenter.
Ad hæc, in æternis, non differt, esse à posse, uti tertio phys. constat, Igitur si Deus potest non 32
mouere, ergo actu non mouet. Demum posita causa cum his omnibus, quæ ad producendum
necessaria sunt, omni procul dubio, effectus oritur, sed primum omnium mouens, causa mo-
tionis est, cui ab æterno nihil deficit, aut deficiet, semper igitur mouebit; Quod etiam super-
addunt, primam substantiam, ea, quæ facit, intueri, Et ideo causam agentem secundam na-
turam esse cogitandam, Aristoteli, hoc, non consentit. Nam agens secundum naturam, abs-
que eorum, quæ facit, apprehensione operatur, Ita enim ab agente secundum propositum di-
stingui philosophus asseruit, At Deus secundum Aristotelem, (uti retro docuimus) non nisi se
ipsum apprehendit, & quæ Deus non sunt, non cognoscit, Igitur agens secundum naturam iu
xta Arist. appellandum erit.

C

Aristotelis opinio. Cap. 21.

HIs sic explicatis, Aristotelis opinio referenda est. opinatur itaque Arist. primum rerum
principium, cum ad ea, quorum est causa refertur, agens secundum naturam, atque ne-
cessarium nuncupari. Dicitur etenim secundum naturam agens, quoniam ea quæ facit,
non apprehendit, Nam etsi motionem in gyrum producat, ipsam tamen non cognoscit, quo-
niam Deus, non nisi Deum apprehendit, quod Arist. plane. secundo phys. affirmat, ubi hæc
habet. Dupplicia autem sunt mouentia physicæ, quorum alterum non physicum est, Non enim 73
habet motus principium in seipso, Tale autem est, si aliquid mouet, quòd non mouetur, ut id
quod penitus immobili est, & quod omnium primum est, Quare naturaliter mouere primum
omnium mouens Arist. his uerbis opinatur. Rursus omne quod mouetur, per principium
quod est in eo, per se, & primo, & non secundum accidens, mouetur per naturam, quoniam
hæc est naturæ ratio, uti secundo phys. constat, Atqui cælum mouetur, per principium quod
est in eo, per se, & primo, & non secundum accidens, ergo per naturam, sed huiusmodi prin- 3
D cipium mouens, primum est, ergo secundum naturam mouet. Secunda propositio inquit
Auer. ab Arist. ostensa fuit, circa principium septimi physicorum, & in tertio cæli, Quod mo- 20
uet primum corpus, naturaliter mouet, ergo motor, qui Deus est, naturaliter mouet, Quare
bifariam primum mouens, mouere Arist. opinatur, & quoniam ita mouet, quia motionem,
quam producit, non apprehendit, & quoniam est causa per se, & prima, & non secundum ac-
cidens motus, in corpore cælesti. Quare patet quo pacto Deus secundum naturam agens
dicatur. Necessario etiam secundum Arist. mouet, & agit, ita enim mouet, quòd potest non
mouere, si enim primum mouens posset non mouere, fieret, etiam, ut quolibet, sublunarium
quiescat, & non sit, quoniam octauo phys. demonstratum est, causam propter quam, hæc per-
petua, secundum speciem sunt, primum omnium mouens esse, quoniam motu sempiterno, pri-
mum corpus mouet, Atqui potest non mouere, motu sempiterno, ergo fieri potest ut nullum
horum sit, Quare mundus posset non esse æternus, quare Plat. opinio, Aristotelis esset, quam
primo cæli, sub finem arguit. Consimiliter nullam haberet efficaciam, Aristotelis demonstra-
tio, secundo de ortu, ubi demonstrat, generationem esse perpetuam, quoniam Deus sempi- 56

terno motu mouet, ergo si Deus potest non mouere, fieri posset, ut generatio non sit. Hæc E
itaque apertissime, quæ ab istis affirmantur, Aristotelis sententiam euertunt, Quare iusta Ari-
stotelem, dicendum est, primum omnium mouens, necessario mouere, & quamuis ita agere
affirmetur, non tamen dicitur necessario agere, quoniam ui, & coacte agit, est enim duplex
necessitas, ut Arist. quinto meth. definit, Altera enim est, cum impetu, & ui, Altera uero, est
præter impetum, & uim, hunc in modum dicitur primum omnium mouens, necessario mouere,
28 quemamodum ipsemet Arist. docet. 12. meth. ubi cum ostendisset, primum principium neces-
sario agere, statim modum adiecit, nam necessarium dupliciter dicitur, hoc quidem uti præ-
ter impetum, illud uero sine quo non bene, hoc autem non contingit aliter, hoc simpliciter,
quare coacta necessitate non mouet, Verum quoniam motio Dei esse consequitur idcirco neces-
sario mouet, etenim primum omnium mouens summa est bonitas atque perfectio, quare cum
boni ratio sit ut alijs communicetur, Necessario igitur hanc suam bonitatem rebus Deus imper
titur, quæ si non communicaretur per se bonitas minime foret. Cæterum bonitas hæc secun-
dum peripateticos communicari nequit nisi per motum, igitur necessario mouet; & idcirco re-
cte Auer. duodecimo meth. inquit, si Deus non moueret otiosus esset, quinimmo consequitur
quòd non existeret Deus, & est demonstratio à signo, Nam si non moueret non posset rebus bo B
nitatem elargiri, quare summa bonitas non existeret, & ita Deus, Deus minime foret, cum ipsius
esse sit summa bonitas, & idcirco deridendus Aegidius uenit, qui Auer. demonstrationem non
percipiens asseruit non sequi Deum otiosum fore si non mouet, quoniam aliam longe nobilio
rem actionem habet, utputa intelligere. Ex his itaque satis constat, quo pacto secundum Arist.
Deus rerum opifex agens necessarium nuncupetur.

Deus quo modo agens liberum, & uolens nuncupetur. *Cap.* 22

CAeterum hæc dubitatione nō uacant, etenim si Deus secundū naturam, & necessario ageret,
ergo agens liberum, & uolens non existeret: Hæc enim puta necessitas, & natura cum li
bertate, & uoluntate pugnat, sed hoc dilui potest, atque primum quomodo agens liberum
dicatur Deus, aperiemus, mox, an uolens, fiet apertum. Verum quoniam agens liberum non sim
pliciter secundum Arist. dicitur, ideo quot modis dicatur primum aperiamus, ex hac enim di-
stributione apertum fiet quomodo liberum agens dicatur Deus. Agens enim liberum interdum
illud appellamus quod non coacte, & ui operatur, & ratio ea agentia libera uocamus, quæ pro G
ducunt ea, quæ, secundum naturam eis producere conuenit, quare libere agere est, non contra
naturam propriam, et ui, & coacte, & in hunc modum agens primum liberum dici ualet, siue
ad se ipsum referatur, siue ad ea quæ ad extra producit. Etenim Deus non ui & coacte si ipsum
apprehendit, atque experit, intellectio enim iuxta propriam naturam ei conuenit, motum etiam
producit, & reliqua per motum non ui, & coacte, sed iuxta propriam naturam, quemadmodum
ante docuimus, quoniam sua bonitas summa perfectione, quare dicitur liberum agēs, & quo-
niam liberæ se ipsum intelligit, & appetit, atque ea quæ extra facit, libere facit, atque hæc ipsa
libertas naturæ & necessitati, non repugnat, Nam & quæ secundum naturam simpliciter opera
tur quando id agunt, quod eis secundum naturam conuenit, libere agere dicuntur, quoniam
non ui, & coacti: neque etiam necessitate pugnat, quoniam uti retro docuimus datur quædam
necessitas quæ est præter impetū & uim, necessitas enim coacta est quæ huic libertati pugnat. Di
citur rursus agens liberum, quod ita operatur, quòd secus operari potest, & in eius potestate
situm est agere, & non agere, atque hoc agens, idem sonat, quod agens contingens, quomo-
dò primum mouens liberum agens non potest, secundum philosophum, uocari, hæc enim liber
tas, necessitati repugnat, quare si primum mouens necessario agit, non ergo libere. iuxta hoc H
significatum atque hanc libertatem, alij Deo ascribunt, quam retro reiecimus, Dicitur rursus
agens liberum, quod sui gratia operatur, & non alterius, & proinde hominem, qui sui gratia est
liberum uocamus, seruum uero, qui alterius gratia est, secundum quod significatum methaphy-
sicam, liberam scientiam, prohemio meth. Arist. esse monuit, quoniam sui gratia est, Aliæ ue
17. et 21 rò ob ipsam, atque ita primum omnium mouens libere agere dicitur, Nanque secundo cæli de-
monstratum est, sui gratia prima intentione, Deum agere, quandoquidem nobile, ut inquit
Auer. gratia ignobilis non est, quare iuxta hoc significatum, libere agere dicitur, atque hæc ip
sa libertas, patet, quod necessitati non pugnat, dicitur etiam agens liberum, ut Auicennam 6.
suæ meth. cap. ultimo, monet, illud agens, quod alicui bonum impartitur, à quo nullum expe-
ctat præmium, neque retributionem, quare cum primum omnium mouens, suam bonitatem,
omnibus rebus impertiatur, à quibus nullum expectat præmium, liberum igitur dicitur. quod
88 Auer. etiam secundo phy. testatur. Dispositio, inquit, entis necessarii simpliciter, est, ut non
sit propter suam actionem, sed actio sequitur ipsum, eo, quia bonum est, cui essentiale est, bo
nitatem

A nitatem communicare, ex his itaque patet, quòd Deus, ad entia extra ipsum, relatus, ut libe-
rum, naturale atque necessarium agens dicitur, liberum enim, quoniam non coacte, & ui agit
& gratia sui operatur, & ob bonitatem, quam impartitur, non expectat præmium, necessarium
agens est, quoniam non potest non agere, nam si per se bonus, & perfectus, necesse igitur est, ut
bonitatem communicet. est etiam naturale agens, quia primum principium motus est, quo pri
mum corpus mouetur, consimiliter absque cognitione, motum producit, & quoniam quate-
nus potest agit, si enim secundum totam suam essentiã, non ageret, sed secundum partem, partim
bonus, partim non bonus foret, atque perfectus, quoniam bonum, & perfectum, id dicitur,
quod alijs, & bonitatem, & perfectionem largitur, sit, quare, ut pars, quæ bonum nó imperti-
tur, ut neque bona, neque perfecta sit, secundum totã igitur suam substantiam operatur. Quæ
cum explicata sint superest ut planum faciamus, si primum mouens, uolens agens sit; Atqui
omnes pari consensu Deo uoluntatem ascribunt. Verum nonnulli, eam Deo ascribunt uolunta-
tem quæ æque ad duo opposita potest, nam uoluntas, appetitus, rationem insequens est, qui
duo opposita æqualiter respicit, quare cum Deus in duo opposita possit, appetatque, igitur uo
lens agens erit. sed ex his, quæ retro dicta sunt, patet iam, horum sententiam Arist. non con-
B sentire ex ipso enim demonstratum est, Deum necessario agere, igitur ita uolens esse nequit.
adhuc nulla uoluntas, ad duo opposita æque se habet, nam omnis, ad unum definita est, utputa
ad bonum, Nam cum uoluntas non cognoscat, sed illud tantum appetat, quod bonum esse iu-
dicauit, intellectus, igitur fieri nequit ut in bonum, & malum, ea ratione qua malum uoluntas
feratur. idem ex uoluntatis definitione patet, tertio Ethic. ubi dicitur, quòd sit appetitus boni, c.4.
aut simpliciter, aut apparentis, quod pro fine, intellectus statuit, quare si eius esse, ad unum,
utputa ad bonum definitum est, igitur non nisi, quod boni rationem habet, appetere potest,
quare quod mali rationem habet, minime appetit. Rursus cum uoluntas ipsius finis sit, ut Arist.
eodem libro monet, at finis semper boni rationem habet ut secundo physi. constat, æque potens c.2.
ad duo opposita uoluntas non est. Verum hæc retro à nobis explicata fuere, quare ex his con-
stat, quòd uoluntas ad duo opposita non est indifferens, quare neque ita diuina uoluntas se ha-
bere potest, & proinde dicendum, in Deo uoluntatem esse, Nam ut duodecimo methaph. sequi- 36
tur uoluntas, intellectum, quemadmodum umbra corpus, quare cum in Deo mens sit, igitur
appetitus mentem insequens, unaquæque enim uirtus cognoscens, siue sensus siue mens, suũ
respódentem appetitum habet, ut tertio de anima constat, quare si uis intelligens in Deo est, igi
C tur appetitus, qui uoluntas dicitur, uerum quoniam uoluntas, in id fertur, quod mens mouet
non nisi in id quod cognitum est, uoluntas fertur, inuisa enim deligere possumus, incognita ne
quaquam, quare cum Deus se tantum cognoscat, se ipsum igitur tantum appetit, quare ad se, di
uina substantia relata, uoluntas dicitur, substantia enim diuina, mens, uoluntas & natura dici-
tur, diuersa tamen ratione, dicitur enim mens, ut comprehendens est, cognoscit enim suam sub
stantiam, quæ forma ab omni materia spoliata est, sensus enim quæ sunt conditionibus singu-
laribus affecta cognoscit, quæ Deus minime cognoscit, & ideo mens, & non sensus sua substan
tia dicitur, hæc etiã uoluntas dicitur, & seu appetens est, est enim Deus omnium finis, summa-
que bonitas, & perfectio, quare appetitus in eo existens, uoluntas iure uocatur, dicitur quoq;
natura, cum, quoniam sine cognitione res quas facit, producit, tum qñ principium primũ motus
primi corporis est, quemadmodum retro declaratum est. substantia quare diuina, ut rerum cau
sa est, uoluntas nó dicitur, quoniam cum illas non cognoscat neque igitur uelle potest, quòd
uero hanc in modum ex Arist. senẽtia uoluntas diuina se habeat, Auerois testimonio confir-
mari potest, qui etsi nostram uoluntatem, ad duo opposita æque indifferentem posuerit, quæ ta
men in Deo est ita se habere negauit, ueluti in prima disputatione & in tertia, uoluntas, inquit,
D quædam est, quæ ex æquo ad duo oposita se habet, ex qua uolens, eligensq; denominatur agẽs ad primum
& est illud, quod quandam interdum agit actionem, & interdum eius contrarium, & quod nan-
que facit, omni procul dubio, cum deliberatione, & intellectione agit, Vnde primum agens, ad primum
nequit hac uoluntate denominari, hæc enim uoluntas nostra est, quòd uero hæc uoluntas Deo
non conueniat, ita demóstrat. omne agens hoc modo uolens, ab eo quod uult, deficit, & Deo
nihil deficit, ita igitur uolens nó erit, deinde, omne quod ita agit, quoniam electione agit, quę
inter duo est, ideo agit, ut quod melius, per se consequatur, quare cum Deo quicquid non de-
ficiat, ita agens uolens non erit. Demum agens uolens, ita operans mutationi subiectum est,
nam hoc agens cósultatione agit, consultatio uero, quidam est discursus, qui quidem motus
est, nam ex fine præcognito, media ad finem inuenit, uti tertio moral. constat, quare in Deo
cósultatio foret, & ita discursus, quare & motus, quod aliter etiam ostendi potest, hoc enim
agens cum quid agendum est, eligit, electio cessat, & non amplius eligit, quare mutabitur de
eligente ad non eligens, quare cum Deus nullo modo mutetur ita uolens agens non erit. Al-
tera uero uoluntas, inquit, Auer. ad duo non se extendit opposita sed id uoluntatis habere dicitur

quod appetat, quod à ratione cognitum, & liberæ, absque necessitate inducente ad agendum; E
neque de se, neque de re aliqua extrinseca, immo duntaxat ex sua bonitate, & admodum eius di
spositionis. Nulla igitur nobis præsens uoluntas, similis est Dei uoluntati, hęc enim necessa-
rio, uult & eligit in præstantiori, omnium graduum uolentium, & eligentinm, non nauque
ei commisit defectum commitentium, nolentibus nobis præsentibus in hoc mundo. quare
etiam secundum Aueroem patet, in Den non esse uoluntatem, quæ in duo fertur opposita, sed
quæ ad unum definita est.

In oppositum obiecta diluuntur. Cap. 23.

QVibus explicatis, facile est aliorum euertere rationes, & primæ rationes ex dictis iam solu
tæ sunt: ea autem, quæ ex diuo Thoma habetur, id tantum ostendit, quod necessarium
est, ut sit agens quod agentium, quæ sunt hic, actionē dirigat, alioqnin temere hæc, & illæ
mnuerentur. atqui hoc agens Deus esse non potest, quandoquidem, quæ non sunt, Deus, non
apprehendit. adhuc cum horum ageutium actiones singulares sint, consimiliter & agentia, quæ
diriguntur, singularia, nulla mens, nullusque intellectus apprehendit; quemadmodum tertio F
de anima demonstratum est: igitur à primo omnium intellectu, agentia, quæ apud nos sunt di-
rigi non possunt, Hæc enim uirtus, quemadmodnm in disputatione de anima sensitiua demon
stratum est, est sentiens anima quæ in cælo est, quæ agentium, quæ sunt, hic actiones dirigit;
ut præoptatum finem consequantur, Neque itidem ratio alia, alicuius est momenti, Nam etsi
Deus, agens secundum naturam dicitur, non tamen eo modo quo agentia naturalia, quæ apud
nos sunt, Nam Deus uniuersalis natura est, & ideo definitum effectum non habet, sed rebus
producendis simul cum causa secunda cooperatur, quare illo Deus ad unnm, definitus non est,
Agens uero naturale, quod apud nos est, uniuersalis causa non est, sed particularis, & proxime
unum definitum effectum sibi determinat, quare ad unum tantum definitum est: aut dicendum
quòd proprium sibi Deus definit effectum utpote ipsum esse, existendi uero secretio non à Deo
sed à causa secunda petenda est, ut quarta disputatione docuimus, non tamen agens naturale uti
illud quod apud nos est, nuncupatur, quod Auer. tertia disputatione ostendit, ubi monstrat;
Deum secundum naturam non agere, quemadmodum, ea quæ naturaliter apud nos agunt. hęc
enim agentia, quæ in nostro mundo fiunt, in agendo, à propria actione perficiuntur: unūquodq;
enim tunc perfectum est, cum operatur, ut primo moralium. cum itaque Deus summa sit per- G
c.7. fectio à sua igitur perfectione perfici nequit, quare agens secundum naturam, ut ea, quæ hic
sunt, Deū non potest. Deinde agentis naturalis, quod hic est, opus à substantia, quæ sententia
& intellectus est, non procedit, quemadmodum perspicuum est; At Dei opus à substantia pro
ducitur, quæ sententia, & mens est, igitur Deus, agens secundum naturam ut ea quæ sunt hic
non est. Etenim quæ æternis, & caducis communia sunt, eadem ratione non conueniunt, ut
omnes peripatetici pari consensu testantur, sed diuersa ratione. quare cum agentia, quæ apud
nos sunt, secundnm natnram operentur, consimiliter Deus, igitur eadem ratione agens naturale
nnn dicitur. ex quibus, primum Henrici argumentum solutum est, quoniam eadem ratione,
Deus agens naturale non dicitur quemadmodum quæ sunt apud nos, hæc enim & ab actione,
& in suo opere perficiuntur; nam cum secundum indiuiduum perpetua fieri nnn possint, miserta
est natura in dando eis secundum speciem æternitatem, quemadmodum secundo de anima con
34.36 stat: atque agens naturale, quod uniuersalis causa est, non agit ob finem acquirendum, sed sui gra
tia primn operatur, prima enim causa, sibi ipsi, finis est, & à nullo extrinseco perfici potest & in
eo idem est perfectio, & perfectum, & nou differunt, nisi secundnm certum modum intelligē
39 di, ut duodecimo meth. monet Auer. operatur autem secunda intentione propter nos, esse enim H
63.64. diuinum, motus quo bonitas impartitur, consequitur, & hoc Aue. docet secundo cęli: quod est
63 perfectæ nobilitatis, non indiget operatione ut sit nobile. & paulo superius inquit, uidetur opti
me, quòd est intuenti existere, quod bene sine actione propinquissimo, per paucam, & unam
His autem, quæ longius per plures, & sermo est, de ea actione, quæ non est sua substaniia,
ab hac enim perficitur, licet per hanc in optima dispositione conseruetur, quoniam per
eam, eius bonitas communicatur. Sed his, quæ ab Aristotele dicuntur, obstant qui agen-
tia bipartiri asserunt, & naturale agens, ad unum definitum esse asseritur, quare de omni
agenti naturali sermo fit, igitur Deus quoque, cum naturalis sit, causa ad unum erit definitum.
sed soluitur, & fatemur de omni agenti ibi sermonem fieri, omne namque agens non nisi unum
producere potest, Atq; ita Deus, non nisi, unius causa est, utpute ipsius esse, & ita uniuersalis cau
sa omnium, eorum quæ fiunt dicitur, Agens uero secundum propositum, duo opposita produ-
cere potest, quorum per se causa est. Diuina uero substantia, quāuis omnes in se claudat perfe
ctiones, in ipso Deo, aliquam non patiuntur secretionem, quemadmodnm de auro constat,

A in quo omnium metallorum perfectiones continentur, non tamen ſecundum eſſe diſtinctum;
non enim aurum, eſt perfectio argenti, ea ratione, qua, argento conuenit, ſed aurum tantæ
perfectionis eſt, quantæ argentum, & adhuc ultra, Ita Deus eſt tantæ perfectionis, quantæ
ſunt creaturæ, & plus. Quando inſuper in alis ratione aſſerunt, in Deo, effectus, eſſe intelligi-
bile habere, uerum eſt, nam eo modo, quo ſunt in Deo cognitum habent, atque affectus in
Deo, à Deo nullo modo diſtinguuntur, ſed ſunt ipſemet Deus, qui a ſeipſo cognoſcitur. Inquit
enim Auer. in Epithomatibus meth. libro quarto, quòd quando effectus, in cauſa æquiuoca
continentur, nullam in ea, habent diſtintionem, ſed omnia cum cauſa, idem ſunt, Quare cum
Deus, horum cauſa æquiuoca ſit, ergo effectus in eo contenti, idem omnibus modis ſunt; cum
Deo. At nunc Scoti argumenta ſoluenda ſunt, & primum quod diu phyloſophantium animos
torſit multifariam diſſolui conſueuit, Quidam ita ſoluunt, & confitentur, quidpiam hic con-
tingenter produci, cauſa tamen prima, contingenter non agit, cum autem probat, cauſa ſe-
cunda, à qua proxime effectus fit, non mouet, niſi mota, hanc dicunt propoſitionem ſimpli-
citer, & nude intellectam multos claudere errores; Nam ſi intelligatur, quòd ſecunda ideo à
prima mouetur, quoniam uirtutem à prima recipit; uera non eſt, quoniam altera ab altera, ut
B operatur, nihil ſuſcipit, quoniam ſua natura ad effectum producendum ordinatur, ut in ſuo gra-
du, illum producat; Nullum influxum recipiens, cum ab æterno, & immobili, proxime no-
uum non fiet. At ſi intelligatur, determinatus, atque definitus cauſarum ordo in producendo
ſimul, ita quòd ſecunda abſque prima operari non poteſt, Conceditur hoc, non tamen inferen-
dum eſt, ſecundam neceſſario moueri, licet, prima neceſſario moueat, quoniam cum hæc, uni-
uerſalis cauſa ſit, & æque omnibus effectibus producendis cooperetur, ad omnes effectus neceſ-
ſario concurrit. ſecunda uero cauſa, ſecundum modum ſuæ naturæ concurrit, unde ſi apta eſt
contingenter agere, ita agit, ſi neceſſario, producit effectum. ſolutio hæc dubium habet, Nam
etſi ſecunda cauſa, quando operatur, a prima nihil accipiat, accipit tamen uirtutem à prima, cum
producta eſt; quemadmodum primo metheorum Alexander monet, quod ex Ariſtotele habe-
ri poteſt, quando ait, mundum hunc inferiorem, ſuperioribus lationibus eſſe contiguum, &
inde omnis eius uirtus gubernetur, quare cum ſecunda cauſa accepit, uirtutem à prima quæ ne-
ceſſario mouet, ergo & ipſa per hanc uirtutem acceptam, neceſſario mouebit. quare argumen-
tum adhuc ſolutum non eſt, ſed defendi ſolutio hæc poteſt, Nam etſi enim facta eſt cauſa ſecun-
da uirtutem à prima accipit, quomodo eſt innata illam ſuſcipere, ſuſcipit, unde ſi eſt innata
C contingenter recipere, ita recipit, ſi neceſſario, neceſſario recipit, nam agens ita producit, quem-
admodum agens eſt aptum producere, & quod recipit, ſecundum modum ſuæ naturæ reci-
pit. Deus enim rebus, uirtutes largitur, quomodo ſunt res aptæ illas ſuſcipere, Vnde eius uis,
in cauſa ſecunda producta, ſecundum naturam ſecundæ cauſæ, ſuſcipitur, & quemadmodum
eſt innata operari, ita per illam operatur. Vnde ſi eius natura eſt, ut contingenter ſuſcipiat, ita
ſuſcipit, ſi uero neceſſaria eius natura, ita recipitur. Nonnulli uero, aiunt, prouentum rerum,
merito primæ cauſæ neceſſarium eſſe, at merito, patientis, ut materiæ, eſſe contingentem, &
cauſa eſt, quoniam cauſa, omnis contingentiæ, in his inferioribus, eſt ipſa materia, eſt enim
materia cauſa, per quam res poteſt eſſe, & non eſſe ſeptimo meth. unde materia in ſui ratione
conſiderata, ad utrumlibet ſe habet, ut quarto meth. unde Ariſt. ſexto meth. materia eſt cauſa 22.53.
contingens, Interdum enim materia, motori, & agenti obedit, interdum uero ei non obedit, 11
licet ergo prouentus rerum à primo, merito ſui, & ſecundarum cauſarum, quæ neceſſario agũt, 5
ſit neceſſarius, tamen, quia talis effectus recipitur in patienti, quòd ad utrumlibet ſe habet, inde
eſt, quòd non omnia ex neceſsitate contingunt. ſed horum ſolutio recta non eſt, & multiſariam
peccat, Nam illud contingeret, quòd aliquid eſſet poſsibile ex parte agentis, quod non eſſet,
D poſsibile ex parte patientis, cuique enim potentiæ actiuæ, ſua paſsiua reſpondet, & e contra,
ut etiam ipſi fatentur, Igitur fieri non poteſt, ut merito materiæ, res ſint contingenter pro-
ductæ, merito agentis, ſint neceſſario productæ. Adhuc Ariſt. ſecundo phyſ. prope finem,
quomodo res eſt apta nata fieri, fit ita ab agente, & quomodo agens eſt aptum, res producere,
ita & res ſunt aptæ fieri, ergo ſi eſt agens, aptum neceſſario producere, ita quoque res neceſſa-
rio fiet, quare materia neceſſario recipiet. Deinde neq; rationem intelligunt, nam ratio in hunc
modum ſe habet, Datur hæc cauſa, quæ contingenter agit, ergo cauſa prima contingenter agit,
eſt uero cauſa contingenter producens, ut inquit Scotus, quæ ita unum oppoſitum producit,
quod & oppoſitum producere poteſt, quare cum hæc cauſa, apud nos detur, quæ eſt agens ſe-
cundum propoſitum, uti antea patuit, igitur prima cauſa contingenter agit, & probat; alio-
quin hic non daretur cauſa, quæ contingenter ageret, Nam ſi prima neceſſaria mouet, ergo &
ſecunda, cum non moueat hæc, niſi mota à prima. ſolutio horum, concedit cauſam ſecundam ne
ceſſario mouere, & ita negat, quod plane Ariſt. fatetur. Nos itaque pro ueritate dicimus
quòd cauſa agens contingens, non eodem modo apud Scotum, & peripateticos accipitur, Nam

apud Scotum,ea causa contingens dicitur, quæ cum duo opposita producere posit, cum unum E
producit, in eius potestate est, tunc ab illius productione desistere, & oppositum facere, quem
admodum ex solutione instantiæ, patet. At peripatetici philosophi nomine huius agentis intel
ligunt, quemadmodum ex retro ostensis manifestum fieri potest, agens,quod sua natura in duo
opposita potest, Nam cum alterum eorum producit, causa est, quoniam noua causa concurrit,
quæ magis pro uno, quàm pro altero facit, & cum hoc producit, fieri non potest, ut a produ-
ctione eius desistat, quoniam causa posita, cum omnibus conditionibus, quæ ad agendam sunt
requisita, necessario operatur & non potest non operari, quare cum eiusmodi agens tunc ita se
habeat, igitur ab illius productione,desistere nequit,quare agens contingens illud non est,quod
Scotus dicit, eiusmodi uero agens, cum operatur, consimiliter, & rerum omnium, quæ fiunt
productio necessaria est, non tamen contingentia à rebus tollitur, uti retro docuimus, & octa-
ua disputatione de anima sensitiua, quare constat quòd rerum productio necessaria est, effectus
tamen, qui producitur contingens esse potest. quibus hunc in modum explicatis patet multifa
riam quòd soluitur Scoti ratio, atque primum fatemur, secundam causam necessario producere
ea quæ facit,res tamen quæ fit potest esse contingenes,quinimmo necesserio est contiengens,aut
dici potest cõcesso quòd apud nos datur causa contingens,uti Scotus opinatur,nõ tamen sequitur F
primam causam contingenter operari, quoniam a prima causa esse rebus largitur,quod necessa-
rio efficit, licet ipsius secretio, à causa secunda petenda sit, Secunda uero ratio de facili solui-
tur, quoniam illud tantum concludere uidetur, quòd motus cæteraque sempiterna non sunt
ita necessaria quemadmodum Deus, non tamen inde sequitur, ut Deus sine illis esse posit, sed
solum quòd Deus intelligi posit motione, & cæteris non intellectis, & idcirco cum infertur
necessariam habitudinem non habere non sequitur, sed solum quòd ea habitudo de ratione Dei
non est, Deus enim intelligi potest, & quòd nullam dicat ad res effectas habitudinem, Multa
enim sunt, quæ secundum rem coniuncta sunt, quæ tamen mens separare potest, ut Auer. duo
decimo meth. docet, quare licet Dei necesitas à motione, & cæteris non pendeat; esse Dei in
re, necessario motio sempiterna consequitur,& mundus,quæ sine Deo existere nequeunt,Nam
uti dictum est, diuina substantia summa est bonitas, quæ necesse est ut communicetur. Quare
cum sine motu communicari non posit,idcirco motus, & rerum productio Dei esse consequi-
tur. Veluti esse rerum à propria affectione non pendet, in re tamen absque propria affectione
res non existunt, etsi remoueatur res deperduntur,ita de Deo, & cæteris rebus dicendum, in re
enim Deus sine rebus esse nequit cum summa bonitas, & perfectio sit, quæ non nisi rebus com- G
municatur. Tertium de facili soluitur,& confitemur omnia quæ fieri possunt à Deo produci,
ab ipso tamen, absque causis secundis, in lucem non prodeunt, Nam cum Deus causa putetur
uniuersalis, quæ ea dicitur, quæ simul cum causa secunda, omnibus rebus producendis coope-
ratur, sine enim huiusmodi causis, Deus quippiam producere nequit, Nam si posset cum in
æternis esse, à posse non distinguatur, ergo sempet sine causis secundis hæc efficeret, & ita absur
da omnia euenirent, quorum Auer. meminit octaua meth. quòd, ignis non combureret, neq;
aqua frigefaceret,sed Deus omnia hæc operaretur. quæ cum absurda sint non ergo Deus, sine
causa secunda,quippiam producere potest, deinde si ab æterno, & immobili quidquam proxime
non producitur, igitur sine causa secunda, nouus effectus à Deo non prouenit, quare simul cũ
causa secunda operatur, neque tamen in aliquo priori quicquam producit in quo causa secun-
da non faciat, sed simul operatur, cum autem idem sit, utriusque causæ effectus, secundum nu
merum, discrimen tamen est, quoniam uniuersalis causa, non tantum illis cooperatur,sed om-
nibus, & ideo non dicitur perfectisima, quoniam omnia sine medio producit, hoc .n. imperfe-
ctionis est in deo, uti demonstratum est. sed ambiges, causa prima, cum sit prior secunda, er-
go in aliquo priori causat, in quo secunda non producit. soluitur quòd prima causa est prior se H
cunda, ut in secunda est nouitas, quoniam ut æterna est, secundum speciem, causa secunda
non est prior, quoniam in æternis non est prius secundum tempus, sed dicitur perfe-
ctione prior ut ipse dicit, contra diuum Thomam. Postremum argumentum, falso secun-
dum Aristotelem innititur fundamento, quoniam infinitę uirtutis Deus non est, Nam si
Deus, secundum naturæ necesitatem operatur, secundum philosophos, ergo quantum potest,
quare cum sit infinitus, momento motus fieret. Sed nunc Henrici argumenta sunt soluenda,
& ad primum iam solutio patuit, secundum soluitur, & maiori concessa, minor falsa est, quo
niam res, quæ fiunt, licet secundum indiuiduum, ordinem essentialem non habeant, habent ta
men secundum speciem, nexum essentialem, quia si non essent, res, quæ continuo fierent, Deus
non esset summa bonitas, quoniam non posset se rebus communicari, quare res, quæ fiunt, li-
cet diuinæ perfectionis incrementum non afferant, hæc ipsa tamen,in his conseruatur,ut Auer.
duodecimo meth. monuit, nam mouent, & res producunt formæ separatæ, quoniam per hanc
actionem, in optima dispositione conseruantur, Reliqua uero argumenta iuxta Aristotelem fal

so

A ſo iunituntur principio, quoniam Deus, uigore infinitus non eſt, uti poſteà demonſtrabimus.
Hæc quæ retro à nobis de prima opifice cauſa, deq; eius libertate, neceſsitate, & alijs complu-
ribus, quæ à ſacræ religionis noſtræ principijs diſſentiunt, non ex noſtri animi ſententia; ſed iuxta
Ariſt. dogma explanata fuiſſe, lectorem admonemus; cuius quidem uiri fundamenta, cum à ue- 2
ris principijs diſsiderant, facile eſt diluere, Nempe ueri ſapientes primam mentem uigore infini 1
tam inſtituunt. quo quidem principio ſumpto, omnes Ariſt. conatus ruunt.

Cæleſtes mentes quo pacto à Deo ut ab agente forma & fine dependeant explicatur. Cap. 24.

CAeleſtium, diuinorumque corporum, quo pacto Deus, ſecundum peripateticos, cauſa
eſſe putetur, hucuſque explicatum eſt, At nunc, de diuinis mentibus ſermo ſuccedit, quo
pacto ipſæ ab eodem rerum principio dependeant, id tamen ex retro declaratis inferre po-
teſt, huiuſmodi mentes, uera cauſa effectrice uacare, Nempe in eis nulla eſt potentia, Sunt enim
ſimplices, & puri actus, quemadmodum duodecimo diuinorum Ariſt. docuit, Quare uero agen- 30
B te carent, neque itidem formam habent, ob quam eſſe & permanentiam æternam, uti cæleſtia
habeant, etenim ſubſtantiæ compoſitæ eſſent, quod Ariſt. quinto meth. monuit inquiens, ho- 6
" rum quidem utique altera cauſa eſſendi neceſſaria, horum autem nulla, ſed propter hæc alia ſunt
" ex neceſsitate, quare primum & neceſſarium proprie ſimplex. quæ uerba his reſpondent, quæ
" ſecundo meth. habentur, ubi dicitur, diſpoſitio primorum principiorum cum corporibus cæ- 4
leſtibus. in corporibus enim cæleſtibus aliquo modo ſaluatur quod à principiis ſeparatis pen-
deant. & idcirco duodecimo eiuſdem operis, cum oſtendiſſet neceſſarium, quod non contingit 38
aliter ſe habere, inquit, ex tali principio dependet, tum cælum, tum natura. Manifeſtum itaq;
eſt, quod agente, & forma, quæ exiſtant, carent, ſed ex ſeipſis exiſtunt, quemadmodum 2. meth.
Ariſt. monuit inquiẽs, principia ſemper exiſtentiũ nõ habere cauſam ut ſint, ſed ipſa cauſam eſſe,
quare alia ſint, & loquitur in numero plurali. & ideo Auer. inquit, quod intendit diſpoſitionẽ pri
morum principiorum, cum corporibus cæleſtibus. Verum quoniam à Deo dependent, opus
eſt, ut modum explicemus; ſed quædam altius repetenda ſunt, ut res aperta fiat. Accipere itaq;
primo oportet, caducam formam, eſſe formam, finem, & agentem, Verum primo ei formæ ra
tio competit, ſecundo finis, tertio agentis ratio, quod ita manifeſtum fieri poteſt, forma enim
C per partem, poſt partem oritur, ergo ei primo conuenit, materiam perficere, quare formæ ra
tio primo ſibi aſcribenda erit, & ideo rectè ab Auer. dicitur, eſſe materiæ eſt, ut à forma perfi-
ciatur, ergo ſi ex oppoſito arguere licet formæ ratio, erit materiam perficere. Secundo ei com
petit, ut finis ſit, nam ut forma, ortum terminat, ita optimi, & finis attingendi, per agentis
actionem, rationem ſortitur, Nempe generans, per motum bonum attingit, quare forma, ut or
tum terminat finis dicitur. Demum eidem conuenit, ut ſit cauſa agens, primo enim opus eſt, ut
forma exiſtat, deinceps ut operetur, operatio namque, eſſe præſupponit operantis, & dicitur
effectrix cauſa, quatenus in re actiones producit, quemadmodum per Ariſtotelem ſecundo de
anima patet; eſt itaque caduca forma, primo forma, deinde finis, demum agens. At in abiun- 37
ctis formis, ita res non ſe habet, Huiuſmodi enim formæ quoniam à materia non dependent,
non habent eſſe, poſt non eſſe, quare eis primo materiam perficere non conuenit; Neque iti-
dem rationem finis habent, uti caducæ formæ, quoniam nullum terminant ortum, neque etiam
ratio agentis primo ipſis competit, quoniam hæc non niſi mota mouet. Quare diuerſa ratione
in ſubſtantijs abiunctis, eſt forma, finis, & agens. Deo itaque, finis ratio, primo competit,
Nempe primæ cauſæ ratio, primo enti conuenire oportet, atqui prima cauſa finis eſt, inter cau-
D ſas enim finis mouet, & non mouetur, & ideo recte ab Auicenna dicitur, quod ſi aliqua ſcientia
de cauſis exiſteret, maxime de cauſa finiale exiſteret, quia eſt, gratia cuius omnia agunt, iure
igitur prima cauſa eſt, quare primo enti, primo conueniens. Deinceps Deo, ut ad intelligen
tias confertur, formæ ratio competit, Verum quia forma perfectio eſt, eius cuius eſt forma,
ergo cum cæleſtes mentes, deus perficiat earum forma erit, ſed quo pacto mentium forma dica-
tur, non patet, & idcirco ſciendum formam duplex habere eſſe, quemadmodum tertia diſpu-
tatione Auer. docet, Alterum in re, Alterum uero in mente, uti uiuentis forma, cum in re eſſe
habet, cauſa eſt, ob quam uiuẽs eſt, id quod eſt, ut uero in mente exiſtit, ipſam perficit, uelu-
ti res intellecta, uirtutem intelligentem perficit. Deus itaq; utroq; modo forma eſt, Nam ut
rebus exiſtentiam largitur, ita in re eſſe habet, ut uero ad intelligentias confertur, forma eſt illis
ſpiritualis, quoniam obiectum eſt ab eis intellectum. Ex his quo pacto mẽtium Deus cauſa ſit pla
num fieri poteſt, eſt enim earum finis, & forma. eſt finis quia Deus ipſas mouet, ut res amata,
ipſæ uero ſunt Deum amãtes & intelligentes, & ei quatenus poſſunt ſimiles fieri cupiunt, à Deo
uero, mouẽtur, non uero motu, ſed ſecundum methaphoram, ut primo de ortu Ariſt. docet, 55

finis mouet secundum methaphoram, quare cum Deus res optima sit, summe expetibilis est, in- E
telligẽtiæ uero sunt ipsum expetẽtes quare earum finis est. Vt uero obiectum intelligibile est, ac
à mentibus intelligitur earum forma dicitur. quod per Aueroem planum fieri potest, qui tertio
8 de anima, inquit intelligibile est essentia intellectus, & se habet, ut forma. & eodẽ libro, ait,
14 intelligẽtiæ se inuicẽ perficiunt, & sunt se inuicẽ formæ, & in para. meth. tractatu quarto, obie-
ctum intelligibile, est forma, & intelligẽtis perfectio. Constat itaq; ex his quod esse à Deo in
telligẽtiis communicatum est, diuersa longe ratione, quàm sublunaribus, & cælestibus corpo-
ribus, Nempe Deus esse intellectum, atq; esse nobile, ipsis communicat, Nam ut intellecta for
ma est, eas perficit, atque constituit, ut sint Deum intelligẽtes, ut uero earum finis est, ab eo
esse nobile sortiuntur. Etenim intelligentiæ, Dei gratia agunt, & ei similes fieri cupiunt, quare
cum unumquodq;, tunc perfectum sit, quando operatur, si itaque intelligentiæ, ut operentur,
à Deo habent, esse igitur optimum, ab eodem sortiuntur, quare diuersa ratione, à primo prin-
pio, cælestis mẽtibus, esse communicatum est, quam cæteris rebus. Neq; tamen putandum,
huiusmodi mentes, æque à Deo depẽdere, Nam æqualis perfectionis non sunt, & idcirco qui-
busdam clarius, ut quæ Deo proximiores sunt, quibusdam uero obscurius, quarum præstantiam
ex motione comprehẽdere possumus, quæ enim uelocius mouẽt, his quæ tardius mouẽt præstan F
tiores sunt, Quare ueluti in operatione, primo principio magis persimiles sunt, ita & in substan
tia. Cæterum quoniam forma, & finis, quoquomodo agẽtes causæ nuncupari possunt, idcirco
fit, ut Deus, quoniam forma, & intelligentiarum finis est, ut earum sit quoquomodo agens.
Nec etiam opinãdum est, prima mentẽ, in secunda, intellectionem efficere, Eueniret enim ut
intellectio non actio immanens, sed transiẽs foret, sed res ita se habet, Secunda etenim mens,
à Deo dependet, ergo quoquomodo eius est effectus, At in effectu, causæ imago re-
lucet, idcirco fit, ut secunda intelligentia, se ipsam apprehendens, supremam quoque intelli-
gat, Est enim eius essentia, ratio, & intelligendi species, ut per eam, prima intelligatur, Diui-
na etenim mens, ut à secunda intellecta est, eadem secundum substantiam, cum secunda existit,
quoniam non est, nisi inferior mens, quæ ut primam refert, à se ipsa, ratione distinguitur, & id-
circo Auer. recte sentit quando inquit, in prima intelligentia, nullam intellectorum multitu-
dinem existere, At in cæteris, quoquomodo multitudinem reperiri, testatur, Deus enim, non
nisi se ipsum intuetur. Quare omnibus modis idem est, intelligens, intellectum, & intellectio,
quæ, in Deo solum, secundum nostrum intelligendi modum distincta sunt, ut idem Auer. 12.
39 meth. affirmat, Cæteræ uero mentes, quia aliquid extra se intelligunt, intelligibilium multitu- G
dinem retinent, Non ita, quòd intellectæ res, ab intelligente, substantia, & re distinguantur, sed
ratione solum, ueluti id, quod refert, ab eo, quod refertur distinguitur, Quare re, tria illa, in-
telligens, intellectum, & intellectio, in mentibus inferioribus, non separantur, sed ratione so-
lum, Quamuis cum se ipsas apprehendunt, omnibus modis, uti in Deo, intelligens, intellectum,
& intellectio sunt. Hæc, quæ nunc à nobis exposita sunt, per Aueroem, confirmari possunt,
44 qui 12. meth. Auicennam arguens, ait, in intelligentijs, non esse prouentum, neque consequu-
tionem, neque actionem, nisi secundum quod intellectum, est causa intelligentis, Atqui intel-
lectum, intelligentis causa est, ut forma, uti retro docuimus, Quare Deus intelligentiarum for
ma est, ut ab eis comprehenditur. Neque ij audiendi sunt, qui Aueroem asserunt, Auicennam
arguere, quoniam Auic. opinatus est, primam intelligentiam aliãs creare, & in hoc, aiunt,
Aueroem, Auicennæ assentire, sed penes illud, ab eodem dissentire, aiunt; quando affirmat,
ab uno, non nisi unum proficisci, Horum enim sententia, aperte ab Aueroe recedit, Ibi enim,
inquit, quòd sunt multi modi, quomodo Deus, sit secundarum mentium causa, & modum ex-
ponit, & ait, ut intellectum est causa intelligentis, sed intellecta res, intelligentis solum forma
est. & non effectrix per creationem, ergo penes utrumque ab Auicenna dissentit. Et quarto cæ- H
1 li, æterna, de quatuor causis, non habent nisi formalem, & finalem, & si agentem, quatenus
coincidit cum forma, & fine. & tertio de anima, auctoritate Themist. & Theoph. asserit, in æ-
5 ternis, non esse agens nisi secundum similitudinem, Nempe opinabatur, Them. intellectum spe
culatiuum, non esse uere factum, neque agentem intellectum, rerum agens, Neque intellectum
potestatis, uere patiens. sed omnia hæc dicuntur, secundum similitudinem, quoniam sempiter-
na sunt, & perspicuum est, Themistium opinatum non fuisse, agentem intellectum, esse a-
gens per simplicem emanationem, uel per creationem, quamuis Auer. credat, agentem intel-
lectum, uerum agens esse, Nam opinatur, quòd transferat res, de ordine in ordinem, atque de-
nudat, à materia, & conditionibus materiæ, ipsa phantasmata, Atque ipsa facit, ut uniuersalia
31 sint, & actu intellecta, & hoc est id, quod Auer. docuit, septimo meth. quando inquit, sed
mouit Aristotelem, ad ponendum mouens separatum à materia, in factione uirtutum intelligi-
bilium, quia uirtutes intellectuales, apud ipsum, sunt non mixtæ cum materia, Intelligit enim,
per uirtutes intelligibiles, phantasmata, ut à materia sunt denudata, quæ formæ intelligibiles, &

uniuersalia

A nniuersalia dicuntur, quæ fiunt ab intellectu agente, Eas enim transfert, de potentia intelligibili, & facit, ut actu intelligantur. ex quibus, aduersus hos, ita ratiocinari possumus, Auer. putat, quòd intellectus agens sit uerum agens, quia producit intelligibile, uidelicet, faciendo ipsum, ut actu moueat, intellectum potestatis, & ab eo intelligatur, Non quia prodeat, de non esse, ad esse simpliciter, sed de non esse intellecto, in actum, ut actu intelligatur, quare si Deus, esset intelligentias producens, esset uerum agens, quoniam cum produceret eas, de non esse ad esse, esset uerum agens, licet non per motum producat, ut Auer. de intellectu agente affirmat, ergo cum Deus de non esse, ad esse intelligentias producat, igitur uerum agens foret. Constat itaque ex his, quomodo à Deo, inferiores mentes dependeant. Sed hæc dubia uidentur, Nempe si Deus ita sempiternorum causa foret, illud accideret absurdum, ut non eodem modo æternorum principium esset. sed hoc ab Aristotele soluitur, secundo de ortu animalium, contra Democritum, rerum, quæ aut semper sunt, aut semper fiunt, nullum principium esse, affirmantem, inquit, rerum, quæ aut semper sunt, aut semper fiunt, nullum principium esse quærendum, non bene asseritur, sed ea duntaxat principia, non accipiunt examen huiusmodi, quæ rerum sempiternarum sunt, principij enim alia cognitio, non demonstratio, principium uero, in B immobilibus, quidditas est, In rebus autem, quæ fiunt, Iam plura habent, sed modo diuerso, nec omnia modo eodem, quorum principiorum unum numero est, ut unde motus. separans itaque Arist. res mobiles, ab immobilibus per dictionem aduersatiuam, inquit, Principium in immobilibus, quidditas est, in rebus uero, quæ fiunt plura sunt, quasi in rebus immobilibus, solum principium sit quidditas, & modum exponens, quo mobilia, principium habent, quod immobilia non habent, quorum principiorum unum numero, ut unde motus, ut causa effectrix, quare plane affirmat, mobilia non eodem modo, cum æternis principia habere. Per quæ quidem uerba, perspicua fiunt, ea, quæ contra Democritum, octauo phys. ab Arist. scribuntur, quando ait, quorundam sempiternorum esse principium, patet iam, hoc principium esse quidditatem, hoc est, formam, Quare agens habent, ut cum forma coincidit, Verum causa, cur eodem modo à Deo sempiterna non pendeant, est, quoniam uaria, diuersaque sunt, & ideirco diuerso modo, à Deo fluunt. Quæ cum explicata sint, superest, ut latinorum fundamenta diluamus.

Latinorum fundamenta euertuntur. **Cap. 25.**

C VAria, diuersaque latinorum fundamenta, quibus propriam confirmabant sententiam, retro in mediū adduximus, Nunc hæc ipsa dissoluenda sunt, & quo ad primum spectat, ipsius solutio, ex retro dictis constat, Nempe docuimus, sempiterna, quatenus sempiterna, causa effectrice uacare, siue substantiæ, siue accidentia extiterint, sed quatenus, in aliquibus sempiternis, nouitas clauditur, causam agentem retinent. Quo uero ab secundum attinet, dicimus, effectricem causam, quæ uere est effectrix, priorem forma, respectu speciei existere, Nam nono meth. scribitur, actum, potentia priorem simpliciter esse, sed respectu eiusdem, secus, Causa etenim agens, formam de potentia ad actum deducit, Quare cum forma, esse, post non esse habeat, agente indiget, Quare ubi uerum agens non est, neque forma, ex materiæ sinu educta erit, & uice uersa, Nam ubi potentia est, ibi agens, & e contra, Quare cum in æternis nulla sit potentia, & forma educta, ergo neq; uerum agens, & ideo formæ, quæ à materia dependent, sunt, quæ perfectionem, imperfectioni permixtam indicant, formæ uero abiunctæ, absolutam perfectionem afferunt, ob materiam enim formæ imperfectionis capaces fiunt. Tertium de facili soluitur, Nam Deus, suam bonitatem auferre, fieri non potest; nam tunc Deus, non esset Deus, quoniam summa bonitas non esset, cuius ratio est, ut com- D municetur, quare absurdum illud contingeret, ut æterna essent, & non essent, si Deus, suam ab eis auferret bonitatem, Nempe si rerum opifex, Deus, bonitatem tolleret, ipse non esset, quare neque sempiterna, cum ab eo pendeant, Verum quoniam sua natura sempiterna sunt existerent, Hoc itaque sequitur, quoniam id quod accipiunt, impossibile est, & ex eo quod fieri nequit, non nisi impossibile sequitur. Euertitur quartum, & assumptum, uel uerum non est, aut æquiuocationem in se claudit, Nam cum finium alter per motum adipiscatur, & ubi hic finis est, opus est, ut uerum agens sit, Nam huiusmodi finis, non nisi forma est, quæ in materiæ est potestate, ab hac enim, agens per motum, ad ipsius productionem, operatur, quare cum in æternis, hic finis non sit, neque igitur efficiens quod rei præbeat existentiam, est alter finis, qui motui præsuppositus est, ob quem res simpliciter esse non habent, sed nobile, & optimum, Quare ubi huiusmodi finis est, opus est, ut agēs sit non tamen, quod idem sit agens, & finis, ueluti in sempiternis, Deus hic finis est, ergo opus est, ut sit agens, quod propter hunc finem operetur, Huiusmodi uero agens, cætera sempiterna sunt, quæ propter Deum agunt, quoniam ab eo motu, quærunt ei assimilari, & hoc est, quod

Auer.

Auer. ſecundo de ſubſtantia orbis affirmat, quando ait, quod finis ſignificat agẽs, ſignificatio- E
ne neceſſaria, Etenim Deus cum finis ſit, ob quem cætera agunt, ergo opus eſt, ut agẽs ſit, quod
huius finis gratia operetur. Deus tamen huiuſmodi agẽs non eſt, ſed alia ſunt, quæ eius gratia
agunt. Euertitur etiam quintum, & confitemur omnibus modis, ſempiterna neceſſaria eſſe,
Pendẽt tamen quoquomodo à Deo, uti retro docuimus, & idcirco ſequitur utrunque ſi .n. primũ
remoueatur, exiſterent, quoniam cauſis carẽt, ob quas, res non eſſe poteſt. Rurſus ex alio non
eſſent, quoniam à Deo, ut à forma, & fine, & quoquomodo, ut ab agẽte dependẽt. Cum uero
inferunt, ſi omnibus modis neceſſaria ſempiterna eſſent, & nullo modo poſsibilia, à nullo de-
penderẽt, hoc non recte infertur, quia poſsibilis res dicitur ex eo, quod agentẽ habet, quod, in
principio, patienti contrarium eſt, & materiam habet; quare ſempiterna, etſi poſsibilia non ſint
dependere tamen poſſunt. Quod deinceps, de ſciẽtia Dei, & noſtra, afferunt, noſtrã ſcientiam
non deturbat, ſiquidem neutra ſcientia, à rebus cauſata eſt, non enim, quæ Dei eſt, cum Deus
» ſeipſum ſolum cognoſcat, neq; itidem ſcientia noſtra, nam quęcumq; mens humana intelligit,
» per ſuam ſubſtantiam apprehendit, quæ ratio, & idea eſt, omnium, quæ intuetur. atqui huma
» ni intellectus ſubſtantia, à rebus producta non eſt, quare neq; ipſius ſcientia. Verum hæc, à
» nobis aperta facta ſunt, tertio uolumine de anima. Quod demum obijciunt, ita diſsoluimus, F
» Entis per eſsentiam nomine, duo peripatetici intelligere conſueuere, primum id, quod ſua na-
tura tale eſt, ueluti homo, per eſsentiam, rationale animal nuncupatur, quoniam ſua eſsentia
tale eſt, ſecundum uero, id quod cum ſua natura tale eſt, ullo unquam pacto ab alio dependet,
quemadmodum Deus, ſeipſo .n. eſt, id quod eſt, & ab alio non pendent, ſed alia ab eo. Verum
quoniam res diuerſæ, & uariæ ſunt dependentiæ, ratio eadem non eſt, Nam earum nonnullæ, à
Deo, ut a forma, agẽte & fine dependẽt, aliquæ uero, ab eodem ut à forma, & fine, & ſi ab agen-
te, quatenus cum forma, & fine coincidit, Sempiternorum itaq; principia, ſe ipſis ſunt, id quod
ſunt, & cauſam non habent, ob quam ſint, ueluti ſecundo, & nono meth. Ariſt. docuit, &
quamuis ſeipſis ſunt, id, quod ſunt, Dei gratia ſunt. ſed quis ambigere poteſt, eſse extra Dei effe-
ctus, ſed cæleſtes mentes, ſunt, ergo Dei effectus ſunt. ſed diluitur ut hoc, etenim illud eſse, Dei
effectus eſt, quod ab alio eſt. Atqui, huiuſmodi mentium eſſe, ab alio non eſt, cum teſte Ariſt.
ſeipſis ſint, id quod ſunt, & eis, cauſa non eſt, cur ſint, gratia tamen Dei ſunt, atq; eius gratia
operantur, cui perſimiles, quatenus poſsunt, efficiuntur. Teſtimonia uero, quæ à latinis alla
ta ſunt, ex diſputationis decurſu, quo pacto intelligẽda ſint, conſtat. ſolum illud dubium facie
quòd Auerois eſt, ſecundo cæli, ubi aperte aſserere uidetur creationẽ, eſſe concedẽdum, Verum G
ad hoc dici poteſt, Auerroem ob ſcripturæ prauitatẽ, Auicennæ opinioni adhæſiſſe.

Hæc, quæ de ſempiternorum, & cæleſtium corporum cauſis, ex Peripateticorum placitis in medium produximus Amplissime Cardinalis, tibi recognoſcẽda mittimus, quæ eo complectaris animo, quo ego tibi dedico. Vale quam feliciſsime.

FINIS.